

195  
28

لشون

ا

لشون


*Aspíndes de medicina Egípcia*

§ L 15

1 2 3 4

P. 27

C. 4



PROSPERI  
ALPINI  
DE MEDICINA AEGYPTIORVM.  
LIBRI QVATVOR.

IN QVI BVS MVLTA CVM DE VARIO  
mittendi sanguinis vſu per venas, arterias, cucumbitulas, ac scarifi-  
cationes nostris insitatis, deq; inſuſionibus, & alijs chyurgi-  
cis operationibus, tum de quamplurimis medicamentis apud  
Aegyptios frequentioribus, clauſſunt.

QVAE CVM PRISCIS MEDICIS DOCTISSIMIS,  
olim iustificatur, ac permilatissima efficit, nonne ingenui artis medice-  
iellora à nostris defiderantur.

AD ILLVSTRISSIMVM ET SAPIENTISSL.  
Senatorem ANTONIVM MAVROCENVM, Supre-  
mum VENETAR. Reipub. Consiliarium.



VENETIIS. MD XCI.

Apud Franciscum de Franciscis Scnensem.







ILLVSTRISSIMO  
AC SAPIENTISSIMO  
SENATORI,

ANTONIO MAVROCENO,  
Supremo Reipub. Venetæ Consiliario.

PROSPER ALPINVS. S. D.



*V*M multis ab hinc annis, Vir fl-  
lustriſſime, medicina ſtudio, ac ſcien-  
di cupiditate duc̄tus, patrijs & ipſe  
( exemplo preſtantifſimorum viro-  
rum, qui ad hanc, & alias discipli-  
nas per diſcendas, variaſ regions  
per agrarunt. ) littoribus relictis, in Aegyptum profe-  
ctus eſſem, quod ipsam medendi artem primas ac ve-  
riffimas radices apud illas gentes olim habuiffe intelle-  
xerim, quando vel à brutis animalibus ibi medicinam  
exerceri, aliqui prodiderint, ex quibus & vacuandi  
ſanguinis per ſectas venas, et multorum aliorum pra-  
ſidiorum uſum prodiſſe Aegyptiorum non paucis per-  
ſuofum eſt, apud illos populos nonnullos annos mo-  
racius, iſorum uſitatam medicinam à me eo tempore  
obſeruatam, & in quinque commentarios digestam,

post meum in patriam redditum cum perficere summo-  
pere optarem, euocatus interea Genuam ad Joannem  
e Andream Auriam, Principem amplissimum, ut apud  
illum medicinam ficerem, a seduis aula curis implicat-  
tus, id e tempore efficere non potui: Cum vero illi in re-  
uersus, in perfectiorem eos, quoad potui statum resti-  
tuuisse, decreui sub tuis nomine nunc tandem ipsos in  
lucem proferre. Quos tibi amplissimo Senatori, mihi  
iam usque a primis meorum studiorum annis sautori,  
ad iutori, ac patrono unico ure merito dicare debeo.  
tibi enim soli hi primarij meorum studiorum partus, ac  
fructus debentur. Quid? non te solo adiunctore mihi in  
Aegyptum proficiisci, eiusq; loca perlustrasse olim con-  
cessum est? Qui, cū me mei inuenit utis annos in his locis  
medicinam facientem exigua sane studiorum meo-  
rum expectatione terere aliquando animaduertisses,  
neque parum hanc meam doluisse vicem, tantum in  
meis rebus study ac laboris adhibuisti, ut Georgius He-  
mus Patricius Clarissimus, Consul pro Cäyro Aegypti  
designatus, me in ea loca medicina causa ubenter con-  
duxerit: scilicet illa per agratione varias hominum per-  
sp. etas naturas, morbos, causas, ac usus medendi pe-  
nes varias gentes obseruator, non parum utilitatis ac  
Splendoris meis studijs afferri e posse, intelligebas. Ta-  
ceo innumera alia longe maiora ex te in me collata be-  
neficia quanto enim benevolentia, ac humanitate Fran-  
ciscum Alpinum, carissimum Patrem meum, dum  
vivueret ( quem medicina causa multos annos cognoui-

sti, ac plurimi fecisti ) meq; ac alios meae familia semper fueris complexus, dici quidem à me satis non potest. Merito itaque non vos modo moos studiorum labores, verum meipsum quoque cum his tibi deuouendum, puto. Iam dñi enim pluribus de causis mibi sunt in optatis, ut tantorum in me munerum tuorum aliquod tibi grati animi, meaq; præstantis in te obseruantia signum ostenderem. Ad hac illud etiam accedit, quod vos libros de illius gentis medicina à me (qua mea est ingenua tenacitas) conscriptos, cum non omni plane culpa carere cognoscetis, tui clarissimi nominis splendore fultos in lucem prodire volui, quod plurimum illius auctoritatis, & existimationis, se patrono, accessorum intelligerem. Tu enim sis es, qui quidem hac nostra etate multis virtutibus in hac fælicissima Repub. Maurocenorum familiam antiquitate, nobilitate, ac auctoritate claram magis ac magis illustras, & ornas. De cuius quidem iure familia, atque de tuis ipsis laudibus mihi nunc agere institutum non est, tum quia ad Oratorem magis hac tam magna tractare, quam ad medicum pertineat, tum etiam quod adeo omnibus eas non sunt, ut nullo, qui eas alijs indicet, indigere videantur. Quis vero hic, aut alibi nunc est, qui istius familia claritatem, antiquitatem atque auctoritatem ignoret? Quam tot Serenissimi Duces, classisq; maritima praefecti excellentissimi, quam Cardinales amplissimi, & Patriarchæ ex ea orti (qui plurimum olim Christianam Rempubl. illustrarunt, )

quam

quā Senatorēs alij ferē innumerī maximis honorib⁹,  
ac dignitatib⁹ varijs temporib⁹ in hac Ciuitate decora-  
rati, adeo nobilem, amplam, & Illustrem esse decla-  
rant, ut hoc ad eius laudes maxime sufficere posat.  
Nam ut alios omittam, Hieronymus Maurocenus fra-  
ter tuus nemini superiorum cedens, praeclaris virtutibus  
& rebus gestis, dum viueret, patriam exornauit. Cu-  
ius mortem immaturam multis Lacrymis non modo  
patricij, sed planè omnes, quos tanti viri virtutes non  
latuere, maxime luxerunt. Nec hercle id iniuria. In  
quo enim viro tantam unquam in Deum fidem, pietat-  
atem, charitatem illa reperit antiquitatis? Quis etiam  
in Reipub. magistratibus obeundis talem ac tantam sa-  
pientiam, institutam, prudentiam, atque humanitatem  
ostendit? Testes sunt Veronenses, qui in eius praefectu-  
ra ita fuere tractati, ut & illius magistratus, & re-  
rum ab eo preclare gestarum nulla unquam sit homi-  
nibus oblinio creptura memoriam. Ex quibus in ea ci-  
uitate exantlatis tum vigilijs, tum maximis laboribus,  
agritudo, qua ille postea defunctus est, originem habuit.  
Ijs etiam prater alios multos magistratum, ac praefec-  
turarum ordines, quibus sua etate ipse magnifice orna-  
tus est, in amplissimo Clarissimorum patrum cœtu co-  
optatus, multiis annis praeclarissimus Senator vixit.  
Act tandem Decemviro capitalium dignitate sum-  
ma cum laude perfunctus est. Hac igitur virtutum,  
& recte factorum exempla Hieronymus tuus frater  
moriens reliquit. Hec eadem in te postea bareditario  
quodam

quodam iure , mirifice transflata suisse, tecum eodem splendore claruisse , quis ignorat ? Nolo enim de te etiam nunc dicere , quam omnibus Catholicis religionis verus amator , atque accerrimus defensor videaris , quamquam divini cultus assiduus sis obseruator , quantoq[ue] in Deum quoque tua sit fides , in Pauperes pietas , ac charitas . Quod maius pietatis in patriam , charitatis , fortitudinisq[ue] exemplum de te proferri posset , quam quod tu quindecim nunc labentibus annis , hic ingenti illa grasse sante pestilentia , urbemq[ue] hanc atrocissime devastante , tuis ciuib[us] edidisti ? Cum scilicet sexta pars civitatis peste infecta , curam à Clarissimis patribus in tanta calamitate tibi demandatam , non modo ( quod plerique , sibiipsis plus quam patrie consulentes , tunc faciebant ) non recusaueris , sed hilari potius uultu summe arduam ac periculosam illam provinciam suscepseris , non minusq[ue] pie , quam fortiter , sapienter , ac feliciter obieris . Neque enim tota civitas hac infecta pelle in tanta sui necessitate tunc à te deseripta potuit . Omitto praeterea quanta in multis Reipub. muneribus , à te variis temporibus dignissime expletis , iustitia , probitate , ac prudentia rem Venetam administraueris . Praesertim ubi te patres conscripti auctibus Illustrissimorum Procuratorum , atque legum conseruationi praefesse uoluerunt . In quibus quidem , atque in Senatu ( Senator iam diu ab ipsis creatus ) plurimum laudis ac splendoris es consecutus . Simul & illud omittam , quam in graui ista provincia , qua hoc anno supremus Reipub.

pub. Consiliarius à Clarissimis patribus detectus es, vi-  
gilantissime, ac sapientissime te geras, quantaq; soler-  
tia, ac benignitate cunctos in eo magistratu complectis-  
tis, ut ea profecto causa nemo sit, qui te semel noue-  
rit, quin statim se tibi addictissimum fateatur. Unum  
vero illud de te minime tacēdum puto, domum et enim  
tuam sic sapienter, ac prudenter instituisti, ut meri-  
tò hac atate plurimum sit admiranda. In ea quidem  
talis ac tanta penes omnes, qui ipsam habitant, recte  
ac honeste vivendi elucet harmonia, ut sacer religio-  
rum hominum catus iure omnibus videri debeat. In  
ipsa quidem neminem inuenias, qui prater id, quod  
summe honestum est, quicquam aut facere, aut loqui  
audeat. In qualis est futura filiorum posteritas, ut  
si ex presentibus ventura prauideri liceat, maxime spe-  
randum sit, fore, ut tuarum virtutum claritas eter-  
nis faculis in filiis, ac nepotibus tuis resulseat. Qua-  
les Ioannes, Petrus, Laurentius, Franciscus atque  
Mattheus existunt, morum profecto integritate, ac  
virtutum praestantia non parum hoc saeculo admiran-  
di. Sic enim à te omnes educati sunt, ut inter ipsos  
nullus sit, qui vera religione, perfectaq; in Deum fide  
non effuleat, qui plurimatum in te, tum in reliquos  
fratres obseruantia, obedientia, ac amore eximio non  
exardeat. Liberalitate vero, modestia, temperan-  
tia, mansuetudine, continentia, alijsq; serè innume-  
ris virtutibus nemo certe excīs, qui vel sunt, vel fuere  
praferendus ipsis videtur. Sed & bac, & piura quo-  
que

que huiusmodi omittam, cum hoc meum institutum non  
sit, atque plurimum etiam tuam his modestiam offen-  
di sciunt, quo aliorum laudes, quam tuas libentius au-  
dire soleas. Et si tu igitur nunc is Senator sis, cui am-  
plissima ac diuina propè munera debeantur, est tamen  
tua liberalitatis, qua cunctos perbenigne complectaris,  
ut hos meos libros, quos tibi nunc ego denotissime confa-  
cro, atque voueo, libenter accipias, tenue quidem, et  
tenuis hominis munusculum, à summa tamen obser-  
vantia, studio, & amore in te meo profectum. Id si  
tibi non erit ingratum, mibi animum ad grauiora me-  
dicina studia plurimum inflammabis. Vale, meq;  
ut soles, ama.

*Venetis, Anno Salutis humanae. M D XC I.  
Mense Martio.*

PROSPER ALPINVS  
ERVDITIS LECTORIBVS.



X Aegypto, in qua ego nonnullos annos medicinæ causa olim morari feceram, Deo annuente, in patriam reductus, Pataium quamprimum me contuli, ut Melchiorem Guilandinum (virus in omni genere scientiarum clarissimum, ac in plantarum cognitione nulli hoc ævo secundum, mihiq; plurima necessitudine conjunctissimum) salutationis gratia conuenirem: A quo humanissime acceptus, aliquot dies apud illum fui, in quibus multa inter nos de Aegypti regione, cælo, temperie, & de illorum corporum habitu, temperamento, locuti sumus, de medicis, ac morbis, quibus illa regio abundat, & de medicina penes illos populos visitata, ac denique de plantis, quæ illis in locis nascuntur sermones aliquos habuimus. Is igitur me postea, ut illa, quæ internos commentata fuerant, litteris mandarem, obnixe rogauit, & suasit, fore enim, ut non parum utilitatis, ac voluptatis ex his ad medicinæ studiosos accedat. Cui cum non parere ac obsequi, turpe putarem, quanta cura, & studio potui, eisdem ipsis à nobis per id temporis habitos sermones in quinque libris diuisos,

u·fos, ac digestos, sub nomine Aegyptiorum medi-  
cinæ ( quando de illa tantum agere nostrum p̄eci-  
puum fuerit institutum, neque de alijs; nisi illius gra-  
tia ) comprehensos, scriptis tradidi. Quos cum à  
multis desiderari forte intellexerim , quamplurimis  
etiam id mihi medicis doctissimis persuadentibus,  
præsertimq; Hieronymo Mercunali, ac Alexandro  
Massaria hac tempestate médicis celeberrimis, ne  
horum voluntatem aspernari, & multorum vtili-  
tati inuidiſſe videar, ipsos in lucem proferre non  
sum venitus. Hos itaque erudit̄i lectors candido  
animi accipire, legite, ac bene consulite . Quod si  
ego hos vobis gratos fuisse aliquando intellexero,  
alia his grauiora, atque vtiliora in arte medendi stu-  
dia, à me multo labore, ac vigilijs alijs clucubrata,  
atque informata, vobis medicinæ amatoribus com-  
municare non recusabo. Valete.

# INDEX OMNIVM CAPITVLORVM

QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

*De reditu in patriam fælici congratulatio; itinerisq;  
longissimi, ingentibus periculis peracti narratio.*

## LIBRI PRIMI CAPITA.

- F**éatu Aegyptiorum medicorum, cap.i.  
Aegyptij qualem nunc medicinam exercant, cap.ii.  
Quamobrem hoc tempore Aegyptij artem medicam ha-  
beant virtutem, cap.iii.  
Apud Aegyptios medicos medicam illam propositionem usurpa-  
ri, quae est contraria contrarijs curari, atque an ipsi causam refellere  
observent, cap.iii.  
Quae præsciri debent, priusquam ad particularem medicinam Aegy-  
ptiorum narrationem accedatur, cap.v.  
De Aegypti situ, atque illius aeris temperie, cap.vi.  
De anni temporibus apud Aegyptios visitatis, atque de ipsorum tem-  
perie, cap.vii.  
De aeris mutatione ex ventorum septentrionalium spiratione, atq;  
ex augmento fluminis Nili, cap.viii.  
De Aegyptiorum corporum temperaturis, atque habitibus, cap.ix.  
Quali vieti Aegypti habitatores nunc videntur, cap.x.  
De causis cur longiori sunt Aegyptij, cap.xi.  
An ad vitæ conseruationem aquæ Nili fluminis usus vino sit utilior  
necne, cap.xii.  
De morbis patrijs, & epidemicis, qui apud Aegyptios obseruantur,  
cap.xiii.  
De morbis Aegyptijs familiaribus, de q; ipsorum causis, cap.xvij.  
De peste, que sipe loca Aegypti inuidit, atque atrocissime deuastat,  
cap.xv.  
Cur pestis contagium ex locis Barbaricæ Cayrum importatum diu-  
turnius

## C A P I T V L O R V M.

turnius sit, & magis exitiosum eo, quod ex alijs locis proueni-  
re obseruatur, cap. xvij.  
Quo tempore pestis loca Aegyptia inuadere soleant, & quo tempore  
ipsa definit, cap. xvii.  
A qua causa Cayri qualisunque pestilentia sit, mensa Iunio omni-  
no tollatur, cap. xviii.

## L I B R I S E C V N D I.

 **E** via mittendi sanguinem apud Aegyptios medicos fre-  
quentato, & cura propter ipsos sanguinis vacuatio sit familia-  
risimum remedium, cap. i.  
De ratione variorum corporum temperamenti atque habitus, deq[ue]  
Aegyptiorum vario temperamento, & habitu, cap. ii.  
In quibus morbis Aegyptii sanguinis missione vrantur, atque in  
quibus corporibus, cap. iii.  
Aegyptios errare nimium frequenti ac copiose sanguinis evacua-  
tioni indulgentes, & in pueris mitentes sanguinem, cap. iii.  
Aegyptios medicos non errare si in pueris, qui morbis acutis corri-  
piuntur aliquando sanguinem mittant, cap. v.  
In pinguioribus corporibus, Eunuchis, mulieribus, pueris, senibus-  
que quo modo Aegyptii sanguinem mittant, cap. vi.  
An Aegyptii medici recte se gerant in via missione sanguinis in dy-  
fenteria, diarrhoea biliofa, exanthematis poncticulis appellata-  
tis, pestiferisq[ue] babonibus, & parotidibus, cap. vii.  
Aegyptios medicos à cibo sanguinem mittere, atq[ue] an recte faciant  
etiam illis, quibus sanguinem mittere debent, potum aliquem  
propinare, cap. viii.  
Quot modis Aegyptii sanguinem mittere soleant, cap. ix.  
De venis, qua in via sunt apud Aegyptios pro molienda sanguinis  
missione, cap. x.  
Aegyptios arterias pro sanguis missione non fecus quidam venas  
incidere, cap. xi.  
De arteriis, quas Aegyptii secare soleant, atq[ue] quomodo illas secant,  
& curent, & in quibus etiam morbis ipsarum sectione vaneant,  
cap. xii.  
De cocurbitulitis, quibus in Aegypto medici vrantur, cap. xiii.  
Qua-

## I N D E X

- Qualis cucurbitularum apud Aegyptios sit usus, in quibusque morbis iis ipsis tantur, cap.xiii.
- An solis cucurbitulis corpora recte ac tuto vacuari possint, & num in principiis morborum pro evacuatione sint adhibendæ, cap.xv.
- An errant Aegyptii nunquam utentes cucurbitulis pro adiuuanda exanthematum eruptione, cap.xvi.

## L I B R I T E R T I I .

- D**E V A R I A R V M scarificationum frequenti apud medicos Aegyptios usus, cap.j.
- De aurium, narium, labiorum, gingivarum scarificationibus, quas medici Aegyptij pro evacuatione frequentant, cap.ij.
- Malleorum sive crurum scarificationem ad molie dam evacuationem auxilium esse antiquissimum, à Græcisq; clarissimis medicis valde visitatum, cap.iii.
- Quibus in Italiæ locis hominibus sanguis crurum scarificatione fuerit detraetus, cap.iii.
- Crurum scarificationem non eam esse, quam nostri applicitis cucurbitulis frequentant, cap.v.
- Inter crurum scarificationes, atque venæ sectionem maximam esse conuenientiam, ac similitudinem, cap.vj.
- An crurum scarificatio vicaria sit venæ sectionis, cap.vij.
- Quomodo Aegyptij crurum scarificationem exercent, atque administrant, cap.viii.
- In quibus morbis usus crurum scarificationis apud Aegyptios frequentetur, atque in quibus corporibus, cap. ix.
- An crurum scarificatio in sura, ut Aegyptii faciunt, vel potius in malo loquuntur Gal. doctor, fit scienda, cap.x.
- De usu scarificationis partium inflammatione, tumore, pustula, colore non naturali, insigni dolore, uexaturum, apud Aegyptios frequentato, cap.x.
- De variis partium inustionibus, quæ selectissima secreta ad uarios curandos morbos apud Aegyptios habentur, cap.xii.
- De sectione, qua in hydropicis & suppuratis Aegyptij utuntur, cap.xiii.
- De lapidis è vesica extractione absque villa incisione apud Aegyptios frequentata, & de dysentericæ curatione empirica, cap.xiii.

De

## I N D E X

- De usu balneorum dulcium pro ornatu corporum , atque quid mulieres ad pinguefacienda corpora in ipsis moliantur . cap.xv.  
Quæ Aegyptiz mulieres in balneis frumentent, ut ipsarum corpora impinguefcant . cap.xvii.  
De dulcium balneorum pro finitate corporum apud Aegyptios usu . cap.xvij.  
De frictionibus, quibus Aegyptij in balneis utuntur . cap. xvij.  
De balneorum apud Aegyptios usu ad varios morbos periandos . cap. xix.

## L I B R I Q V A R T I .

- D**E medicamentis alterancibus, que in usu apud medicos Aegyptios existunt . cap.j.  
De medicamentis ab Aegyptijs animi gratia usitatis, sperantibus ab his deuoratis varia exceptata in insomnijs uidere . cap.ij.  
De decoctis, quibus Aegyptij, tum in fani, tum ex grotis corporibus uenientur . cap.iij.  
De syrups apud Aegyptios usitatis . cap.iii.  
De purgantibus medicamentis a medicis Aegyptijs usitatis . cap. v.  
Vter nobiliure, vel plebeiorum Aegyptiorum purgandi usus sit laudior, sive an purgando medicamente levior purgancia praeculidis magis preffert . cap.vj.  
Apud nonnullos Aegyptios in usum esse statim ab affumpto purgante medicamento frigidam aquam multam propinari . cap.vij.  
De theriaca , atque alijs compositis medicamentis, que in usu sunt apud Aegyptios . cap.vii.  
Theriace compositione, quam singulis annis pro Turcarum Rege componunt, quam tharac faruc appellant . cap.ix.  
In quo Aegyptiorum theriacæ descriptio differat ab ea, que ab Andromacho Seniore olim fuit memorie prodicet . cap.x.  
De aliquibus simplicibus medicamentis theriacæ compositionem ingredientibus consideratio . cap.xj.  
Errores, quos committunt Aegyptij in componenda theriaca , atque de ipsis theriacæ prestantia . cap.xij.  
De quibusdam alijs compositis medicamentis, quibus Aegyptij etiam uenuntur .

C A P I T V L O R V M.

- utuncur. cap.xiiij.  
De clysteribus apud Aegyptios usitatis. cap.xiiiij.  
De secretis auxilijs, quorum usum ad febres Aegyptij frequenterant.  
cap.xv.

F I N I S.

## Errata sic Corrigito:

Fol. 1.5, fol. 6.9. *lepro* multarum. fol. 4.3, lin. 1.2. *adijfer*. fol. 5.3. *ad*. lin. 1.4. *negunt*. fol. 5.3, lin. 1.8. *corporibus*. fol. 6.3, lin. 1.8. *carbam*. fol. 6.6, lin. 6. *comitantur*. fol. 8.3,4, lin. 17. *frigida*. fol. 8.3,4, lin. 15. *proposito*. fol. 9.2, lin. 2.7. *obseruantur*. fol. 9.5, lin. 3.1. *Temperat*. fol. 9.8, b. lin. 1.1. *instalatorem*. fol. 10.3,lin. 1.1. *oscillat*. fol. 10.5,lin. 2.2. *calore*. fol. 11.1, lin. 1. *perfidius*. fol. 11.2, lin. 2.1. *Campi*. fol. 11.4, lin. 2. *accidit*. fol. 12.1, lin. 1. *Atchiepit*. fol. 12.2,4, lin. 1.4. *Aegypti*. fol. 14.3, lin. 1.4. *Mantuanus*. fol. 14.3, lin. 2.8. *causis*. fol. 14.4, b. lin. 1.6. *Histrio*. fol. 15.2, lin. 1.2. *paup*. fol. 15.3, lin. 1.7. *ford*. fol. 17.1, lin. 3.5. *poupe* qu. fol. 17.2, b. lin. 1.1. *emper*.  
ragio *emperio* *redd*. fol. 17.2, lin. 1.9. *zinos*. fol. 17.2, b. lin. 1.2. *equum*. fol. 17.2, b. lin. 2.1. *mor*.  
*ber*. fol. 17.2, b. lin. 1.7. *sporades*. fol. 17.4, lin. 1.8. *obtundit*. fol. 17.6, b. lin. 2.7. *efficiens*. fol. 17.8, b.  
lin. 3.6. *huones*. fol. 17.8, b. lin. 3.6. *proficit*. fol. 17.8, b. lin. 1.4. in *equalem*. fol. 17.9, a, lin. 3.6.  
*dignoliter*. fol. 17.9, b. lin. 1.7. *extingit*. fol. 17.9, b. lin. 1.8. *accidit*. fol. 18.2, b. lin. 2.5. *excentur*.  
fol. 18.2, b. lin. 2.7. fol. 18.3, lin. 1.7. *frigida*. fol. 19.2, b. lin. 1.7. *obseruantur*. fol. 19.2, b.  
lin. 2.3. *angustia*. fol. 19.2, b. lin. 2.1. *pocer*. fol. 19.3, b. lin. 2.2. *non minas*. fol. 19.5, b. lin. 2.1. *obderantur*.  
fol. 19.5, b. lin. 4. *concupirant*. fol. 19.5, b. lin. 4.4. *uniores*. fol. 19.5, b. lin. 6. *allecto*. fol. 20.3, b.  
lin. 2.7. in *maximis*. fol. 19.5, b. lin. 1.1. *fol*. 20.4, b. lin. 2.7. *accidit*. fol. 20.4, b. lin. 3.1. *excrecione*.  
fol. 20.4, b. lin. 3.1. *Cleandide*. fol. 20.4, b. lin. 3.2. *angulo*. fol. 20.4, b. lin. 3.6. *metam*. fol. 20.4, b.  
lin. 3.8. *caucus*. fol. 20.4, b. lin. 3.5. *coffitum*. fol. 20.4, b. lin. 3.7. *malloctes*. fol. 20.4, b. lin. 3.7. *dash*.  
fol. 20.4, b. lin. 3.7. *postimis*. fol. 20.4, b. lin. 1.8. *excellens*. fol. 20.4, b. lin. 1.8. *stomachio*.  
fol. 20.4, b. lin. 6.6. *hirsutes*. fol. 20.4, b. lin. 1.2. *sumum*. fol. 20.4, b. lin. 1.8. *Cedram*. fol. 20.4, b. lin.  
19. phlegmatis. fol. 20.4, b. lin. 1.9. *caecum*. fol. 20.4, b. lin. 2.1. *cataginem*. fol. 20.4, b. lin. 3.3.  
*scato*. lin. 3.3. *fecato*. fol. 20.4, b. lin. 1.9. *arteria*. fol. 20.4, b. lin. 2.1. *indument*. fol. 20.4, b. lin. 3.3.  
*rau*. fol. 20.4, b. lin. 6. *constitut*. fol. 20.4, b. lin. 1.3. *corus*. fol. 20.4, b. lin. 1. *chyangu*. &  
*ibidem*. lin. 2.1. *gurgitum*. fol. 20.4, b. lin. 1.8. *expir*. fol. 20.4, b. lin. 1.9. *antrum*. fol. 20.4, b. lin. 2.6.  
*hemor*. fol. 20.4, b. lin. 2.1. *epidermis*. fol. 20.4, b. lin. 2.6. *peri*. fol. 20.4, b. lin. 3.7. *andula*. fol. 20.4, b.  
lin. 1.6. *augerent*. fol. 20.4, b. lin. 1.6. *adprimis*. ibidem. lin. 2.5. *aliquis*. fol. 20.4, b. lin. 2.2. *qui* fa  
perficierit. ibid. lin. 2.7. *calidit*. fol. 20.4, b. lin. 2.2. *accen*. fol. 20.4, b. lin. 3.3. *fecis*. fol. 20.4, b. lin.  
3.1. *scancio*. fol. 20.4, b. lin. 2.5. *adsum*. ibid. fol. 20.4, b. lin. 2.7. *celeberriman* ibid. lin. 20.4, b.  
lin. 2.6. *fol*. 20.4, b. lin. 1.8. *gurgitum*. fol. 20.4, b. lin. 1.8. *fundatur*. fol. 20.4, b.  
lin. 1.8.6. *medicis*. fol. 20.4, b. lin. 2.7. *queque*. ibidem. 2. *Divisio*. ibidem. 1. *lin*. 2.1. *prodit*.  
fol. 20.4, b. lin. 2.7. *fructu*. fol. 20.4, b. lin. 1.8. *ligatur*. lin. 2.4. *indice*. lin. 2.7. *et ad sumum*  
*ceteris*. fol. 20.4, b. lin. 2.7. *periferio*. *obseruantur*. fol. 20.4, b. lin. 2.1. *gesperatio*. fol. 20.4, b.  
lin. 1.9. *paucipatum*. fol. 20.4, b. lin. 1.9. *frequentatio*. fol. 20.4, b. lin. 2.1. *in hunc remedij*. fol.  
20.4, b. lin. 2.1. *hunc*. fol. 20.4, b. lin. 1.2. *caecis*. fol. 20.4, b. lin. 1.8. *obser*. fol. 20.4, b. lin.  
1.8.6. *taenias*. fol. 20.4, b. lin. 2.2. *diapri*. fol. 20.4, b. lin. 1.8. *fection*. ibid. fol. 20.4, b. lin. 2.3. *obtemere*. fol.  
20.4, b. lin. 1.8.9. *prugne*. ibid. fol. 20.4, b. lin. 2.1. *caudina*. ibid. lin. 2.1. *sumum*. fol. 20.4, b. lin. 2.6.  
*caudina*. ibid. fol. 20.4, b. lin. 2.2. *desinatur*. *anxie*. fol. 20.4, b. lin. 2.2. *caudina*. ibid. fol. 20.4, b. lin. 2.7.  
*caudina*. ibid. fol. 20.4, b. lin. 2.2. *caudina*. ibid. fol. 20.4, b. lin. 2.7. *qui* in *Daudis*. fol. 20.4, b. lin. 2.5. *qua*.  
*ibidem*. *opernas*. ibid. lin. 2.3. *robust*. fol. 20.4, b. lin. 2.4. *temperata*. ibid. b. lin. 2.7. *morg*.  
*ibidem*. fol. 20.4, b. lin. 2.7. *hunc*. ibidem. ibid. *cauta*. fol. 20.4, b. lin. 2.4. *induc*. fol. 20.4, b. lin. 2.4.  
*ma*. *laibido*. fol. 20.4, b. lin. 2.5. *fructu*. fol. 20.4, b. lin. 1.8. *Admiratis*. ibid. lin. 2.7. *bac*. fol. 20.4, b. lin. 6. *pau*  
*cum*. fol. 20.4, b. lin. 4. *wism*. fol. 20.4, b. lin. 2.1. *magis*. fol. 20.4, b. lin. 2.1. *reduc*. ibid. lin. 2.2. *inter*  
*nos*. folia. *movent*. *ac* *ercent*. ibid. lin. 2.1. *capit*. fol. 20.4, b. lin. 2.2. *hunc*. fol. 20.4, b. lin. 2.1. *sec*  
*bellare*. ibid. b. lin. 2.1. *lauro*. fol. 20.4, b. lin. 2.5. *portorum*. epifol. 20.4, b. lin. 2.4. *in* *sec*. fol. 20.4, b. lin.  
2.7. *zelnica*. fol. 20.4, b. lin. 2.4. *untria*. fol. 20.4, b. lin. 2.4. *lum*. *sec*. *acutum*. ibid. b. lin. 2.1. *et* *zelnica*. fol. 20.4, b. lin.  
2.1. *zelnicar*. fol. 20.4, b. lin. 2.7. *hic*. fol. 20.4, b. lin. 2.0. *peo*. *zelnica*. ibid. b. lin. 2.7. *ratio*. fol. 20.4, b.  
lin. 2.7. *zelnica*. ibid. b. lin. 2.7. *publico*. folia. ibid. lin. 2.1. *eligere*. ibid. lin. 2.9. *dilecta*. fol. 20.4, b.  
lin. 2.7. *Ab*. *bulian*. ibid. b. lin. 2.0. *zelnica*. fol. 20.4, b. lin. 2.4. *Ab*. *bulian*.  
fol. 20.4, b. lin. 2.7. *zelnica*. fol. 20.4, b. lin. 2.4. *zelnica*. ibid. b. lin. 2.7. *zelnica*. ibid. b. lin. 2.4. *Rho*.  
fol. 20.4, b. lin. 2.7. *zelnica*. fol. 20.4, b. lin. 2.7. *zelnica*. ibid. b. lin. 2.7. *zelnica*. fol. 20.4, b. lin.  
2.7. *appetentiam*. fol. 20.4, b. lin. 2.7. *Castris* gratia diffam. et. medicamentorum pharmacis. *bets*,  
*a* *que* *damnit* sicut esse maxime exercere. ibid. b. lin. 2.7. *deici*. ibid. lin. 2.7. *sentire*.  
fol. 20.4, b. lin. 2.7. *potu* cum *diuerter* ibid. fol. 20.4, b. lin. 2.7. *proposita*. fol. 20.4, b. lin. 2.7. *panus*. ibidem. lin.  
2.7. *unus*. & codem modo. lin. 2.7. *annol*. fol. 20.4, b. lin. 2.7. *alij*. 2.7. *dissu*.



M E L C H I O R I S  
G V I L A N D I N I .  
D E P R O S P E R O E X A E G Y P T O  
A V T O R I S I N P A T R I A M R E D I T U  
C O N G R A T U L A T I O .

*In qua obister multa que in itinere acciderunt, prafationis loco habentur.*

G V I L A N D I N V S .



R A T V L O R . summopere Alpine te ex Aegypto tandem in columnen Parauium redijisse , quandoquidem maximum esse existimem , hominem multas , quas longissima itinera ferunt , molestias , crebrioraque & grandiora simul pericula à varia illiusse gentis barbarie sibi saepe oblata , superasse , in patriamq; saluum omnino reuersum esse . Quem tuum redditum difficulter reddebat varix Aegypti locorum naturæ , cœliq; calores , quibus nostra corpora diverso assuetæ cœlo , multum alterantur , atque lœduntur . Quam obrem gaudeo maximopere , atque iterum gaudeo , quod nunc te salnum ad nos denuo contuleris , mihiq; ita hilarem te nunc obtuleris .

A L P I N . Atque ego etiam ingenti gaudio perfundor , quod te virum doctissimum , viuens literarum professoribus , & principibus multis excellentis tua doctrinæ causa acceptissimum , inueniens in hac præclarissima studiorum urbe , optima valetudine tuis studijs viuere , præ gaudioq; tanti tui boni , & præ voluptate vix quid loquar scio . Gratias etiam maiores , quas possum tibi nunc ago , quod ex meo rediu tantum gaudij , ac voluptatis acciperis , mihiq; tantum tribueris , quem in tua potestate esse , quicumque sum , tibi persuadeas volo . G V I L A N D . Tibi non minus multas

gratias agere debeo pro tua istac humanitate. Iter uero arduum,  
& periculis plenum te olim suscepisse existimo. Sed cur in Aegyptu te conferre volueris tantisq; illis te exponere periculis, libenter audirem. A. 1. P. I. n. Ego ferè vsque à pueris huius semper  
fui sententiz, neminem posse perfectum esse medicum, qui variis regiones, & loca non peragrauerit, diuersosq; hominum  
mores non obseruauerit, atque hoc pace illorum dixerim, qui in-  
star urbiuum nunquam nidos suos deserunt, neque ab his latum  
vnguem recedere audent. Variae etenim regiones varios tum  
morbos patiuntur, tum medicinas ferunt ad eos perfanandas ac-  
commodatas, atque etiam varij medendi viss in varijs obseruantur  
locis, quorum obseruatione medicus sit prudētior, & doctior,  
qua sententia adductus sum, vt si in arte medica cuperem aliquid  
proficere, orbis partem aliquam peragracem, aliosq; morbos in  
alijs familiares locis, & varias medicinas ac plantas, quae ibi na-  
scerentur, & diuersos viss medendi penes diuersas nationes vita-  
tos obseruarem, atque cognoscerem. Cum itaque publice medi-  
cinam facerem in proximo Oppido C. S. Petri, aliquo remotius  
ab eundem existimau, atque in hac sententia multum persteti, sed  
quorū versus proficiisci prestaret, id uero ignorabam. Quo  
quidem tempore mihi Deus Opt. Max. optatissimam occasionē  
præbuit, vt in Aegyptu proficiuceret medicus cum Clarissimo  
Georgio Hemo, qui illo tempore à Serenissima fœlicissimaque  
Veneta Republica Consul in ea prouincia fuerat electus. Adhoc  
iter etiam me multum hortatus est, Franciscus Alpinus Medicus  
paterq; meus carissimus. Tandemq; in eam veni sententiam, ut  
in mihi facile foret ex animi mei sententia illuc proficiisci. Itaque  
accepi conditionem, meque tunc ad iter hilari animo paravi.

G V E L A N D. Quidam virtus laudata crescit, non pudebit me  
hoc vel te præsentē dicere, autem iri vehementer tuoru m studio-  
rum peritiam ac laudem, ob hanc tui animi non vulgarem nobil-  
itat m, qua hanc peregrinationem sciendi gratia suscipere, ita  
prob̄e in animum induxeris. Sed his omisis, cuperem tuum nur c  
iter audire, & quo tempore ipsum incep̄is, quoque forte etiam  
eo fucris usus, omnes siquidem longa itinera confidentes, multos  
labores patiuntur, & multa subeunt pericula, quae postea alijs  
narrent. A. 1. P. I. n. A nno à Virginis beatissimē partu m D LXXX.  
S. p̄tambil incise die xxj. eam, quae Peccatora appellatur, nam  
con-

conscendi unā cū Georgio Hemo Consule designato pro Cayro Aegypti, viro sanē pro sua ipsius humanitate, animoq; integratō Clarissimo: quiq; in Consulatu ita se gesit, ut cuique carissimus fuerit, & illius discessum ab Aegypto non modo Veneri mercatores, sed vel ipsi Argypeij ægre tulisse, aequæ adeo luxisse visi sint. Itaque datis uelis Zacynthum secundis uentis paucis diebus peruenimus, portumq; ingressi sumus. Vnde digressis non ita ex voto reliqua nauigatio succedit, quandoquidem paulo post ita validis procellis tempestibusque agitari, turbariq; expimus, ut facile dixissem nobis cuenisse, quod Ouidius cecinit:

... Nauita sollicitus quoque ventos horrer iniquos  
... Et propè tam lethum, quam propè certit aquam:  
... Quod si concusas Triton exacerbat undas,  
... Qui tibi nunc topo est, nullas in ore color.  
... Tam secunda uoces generosa sydera Leda  
... Et felix dicas, quem sua terra tenet.

Cospit enim ea nocte, q; est ante diem decimum Septimum mensis Octobris, quem diem omnes nauis stellarem, vixit dicam appellant, ventus Hellepontius ita aduerlo impetu tempestuo se perlire, vt coacti fuerint nauis protam obuoluere: Qui timentes ab Africis uentis, qui eo temporisflare solent, creberrimis, grandioribusq; procellis mare uerentes, ne nauis in solum ab his abduceretur, naufragiumq; fieret, per eosdem Africos uentos iter suum discerunt: quo sanē ita directo itinere, nauis in ualissimi mare ab Hellepontio vento, quem nautarum vulgus Circum Orientalem appellat, raptim, & ingenti impetu ferrebatur, ita, ut a terra magis magisq; ipsa elongaretur. Nostrum uero nos iudicium fecellit, quod sperabamus eum oborum uenitum cito casarum, ab eoq; rursum nostrum ier, quod per circiam uentum fuerat, breui tempore nos esse recepturos, siquidem prior ille ventus non adeo citò cessauit, quin potius tanta tempestate ac furore persuasus est, & nobis ita fixe minari ceperit, ut coacti fuerimus nam uelis nudatam mari committere, & tertere ab illorum insano impetu interitum nostris oculis milles in hora minantium expectare, atq; ab his absq; uillo regimine in ualissimo pelago aterratis undis ad librum agitari. Atque hæc horrida tempesta ad diem usque vigesimum secundum prorendebar, tanto omnium timore, ut nemo esset, qui de salute sua sperauerit quicquam. nostram

stram aliquantulum demulcebāt miseriam illa Lucretij Carmina:  
Certa quidem finis vite mortalibus adstat;  
Nec vitari lethum potest quin' obeatus.  
Placuit tamen misericordi Deo , ne ab ea tempestate interiremus,  
vt fortasē ad aliquam rem etiam viueremus: Cui quas possum  
maiores nunc gratias ago, ac perpetuo referam; qui me sua cle-  
mētia ac pietate ex tanto periculo . incolunē seruauerit . Die  
vero vigefimo secundo mensis Octobris aurora lucefcente, ad Cor  
cyrē locum.eum peruenimus , quem Fanō appellant, ventis omni-  
no sedatis . Et paulo post Zephiris placide spirantibus insulę fre-  
tum ingressi sumus summa omnium cum voluptate ac gaudio, at-  
que Merleras appellatum portum tenuimus: ab eoque altera die  
summo mane alium in portū peruenimus, a primo parum distan-  
tem, atque ab eo Corcyram. In qua per diem moram traximus.  
Postridieq; Septentrionali exorto vento, ab eius portu digressi su-  
mus, quo cessante non multo post ad portum, qui est apud Gome-  
nizzas accessimus, aduersis vero nostrae nauigationi ventis diu  
perseuerantibus, & largissimis adhuc pluvijs, magnisq; imbribus,  
detenti, quibus quidem Corcyra insulę situs sex quotannis men-  
fibus obruitur, atque alijs sex siccitate exhanritur, coacti sumus  
in Corcyra portum confugere , & salutē nostrę consulere .  
Vbi usque ad nativitatem Domini permanimus, cuius die festi-  
uitate deuote seruata, altera die orto Sole, triremis auxilio nostra  
nauī ē portu deducta, vela ventis dedimus , eodemq; die Paxō vi-  
dimus. Alteraq; die Aparchia vento impetuose spirante, sub au-  
rora Zacynthum rufum vidimus , portumque illum cum magna  
omnium eam urbem accolentium admiratione, quod accolē ca-  
terique omnes ex proxima tempestate nos int̄ rīsse fibi firmiter  
persuaserint . Zacynthi vero toto Ianuario mente commorati fu-  
mus . Dieq; sequentis mensis tertia ab eo portu discessimus, me-  
lliorique fortuna iter nostrum recepimus , ac per diem ante cine-  
rem in portum Sudę fortissimum Cretę insulę propugnaculum  
peruenimus, vbi peractis quinque diebus, portum Fraschi.m uo-  
catum, qui ab urbe Creta decem millia passuum distat, innasimus.  
Multi ex Cretensibus, qui pro certo habuerent nostram nauim  
Octobri proximo ienisse mari absorptam fuisse, sunulq; cum ipsa  
aliquot Cretenses Caloyeros nobiscum nauigantes, nostro ad-  
iunctis, tanto sunt aucti ēti gaudio, ut ipsorum lætitiam publicis cam-  
paniarum.

panarum sonis in templis per multos dies publice manifestarentur.  
ubi vero Cretæ multis diebus moram traximus., inter initia  
mensis Martij, ut nostro longissimo itineri finem tandem impo-  
neremus, vela rursum ventis dedimus , in altumque nauim Cir-  
cio vento, qui leniter spirabat, adiuchi permisimus, ceterum tertia  
die Austrinis ventis rursum vehementer exortis, retrogressi in por-  
tam Standiam applicuimus , ab eaq; noua procella salui fuimus ,  
dilectis & hic portus ab vrbe decem millia passuum. Ibiique tribus  
peractis diebus, orto Sole, ab eo portu nauim soluimus , Argesi qj  
vento, & Faouonio impetuissime spirantibus, mare mediterraneum  
ingredimur, in ipsoq; procellofa nauigatione vtentes duoq;  
dieru spatio Alexandriam procul inspeximus, ingentiq; omnium  
gaudio iter nostrum tunç finem habiturum sperauimus, neque  
nos nostra deceperisset sententia , ni ventus ille non modo omnem  
subito furorem dimisisset, verum penè omnia filuisse. Mare  
etenim quam citò ventis omnibus caruit, adeoque filuit, vt nauis  
vlerius progredi non posuerit, ob maximam eius tranquillitatē,  
à qua ualde pertinuimus, ne ab ipsa alia noua tempestas oriretur,  
nostrisque itineris finem , quem oculis prospiciebamus, prohibe-  
ret, & in alia grauiora maris pericula nos iniiceret. At Dei optimi  
maximi voluntate factum est, vt ope triremis Præfecti Alexan-  
dræ, quem Sangiac appellant, in portum nauis duceretur, & die  
xvij. mensis Martij finem longissimæ nostræ nauigationi impo-  
neremus. Alexandria uero Cayri ingenti grassante pestilentia  
vsque ad Iulium mensim mansimus; cuius mensis initio per Ni-  
lum flumen nauigantes, Cayrum venimus. In qua vrbe tribus  
annis, & adhuc amplius moram traximus. Tandemque hoc an-  
no M D LXXXIIII. Aegyptijs littoribus relictis , nauis Balbia-  
na vocata, mensibus Octobri, atque Nouembri tantum nauigan-  
tes, Deo summa pietate patriæ redditi sumus. GVILANDA. Ord-  
nia certe maris itinera in summo periculo versantur, quando na-  
uiganium vita, quia proxima est mari, proxima semper exitio sit  
dicenda , atque etiam quod spes prosperi itineris in aeris incon-  
stantissimam naturam referatur. Verum ne te piceat hec atque  
illa passum fuisse , quoniam fortasse hec olim te meminiisse iouabit . Apprime iucundam semper existimauit, hominem posse di-  
cere, hec atque illa sum passus, siquidem eorum euentuum memo-  
ria hominem acriorem ad serendos fortunæ casus, prudentio-

remq[ue] efficit. Sed his omissis age quæsto, quid tu tantiū in Aegypti profecisti, quibusvè studijs anima unā toro illo tempore oblectasti? Neque enim cum te esse arbitror, qui non egregium aliquod nobileque studium sis ibi prosecutus, quando credendum est, plurimas easdem que pulcherrimas tibi non defuisse occasiones, quibus aliquid re ipso dignum in re medica meditari potuisses.

**A L P I N.** Quid faciem oculos rotō illo tempore in Aegypto? nisi apud eam gentem qualis exerceceretur medicina, atque quales plantæ in eo solo nascerentur dignoscere operam darem, ne saltem diceretur noctu me Aegyptum adjisse, per id temporis, quo ibi moram traxi, publice medicinam exercedo, apud illos medendi vñstatum modum discere studij. Et quod temporis etiam ab eo studio atque ægrotorum curis mihi supererat id ponebam, ut tu ex me quoque audisti, in opere de presagio medicorum, multis iam ab hinc annis a me incepto. **G V I L A N D.** Gaudeo te operam Aegyptiorum medicinæ cognoscendæ sic dedisse, ut apud illos frequentatum medendi modum, atque ipsorum vñtata medicamenta planè, anim aduerteris, & didiceris. Que omnia cum ad prime sint digna, que à nostris medicis cognoscantur, te nunc obnixe rogo, hisce diebus, quibus Patauij communorabcris, ne gracie sit tibi, mecum de his, in hoc viridario loqui, præsertim uero de morbis illi populo familiaribus, deque ipsorum medendi vñtu, atque demum de plantis ibi nascentibus, sic enim in his gestiis caloribus sub gratissimis huiuscviridarij vmbbris tempus cum virtute consumere nobis iucundissimum fore existimo. **A L P I N.** Dabo equidein operam libentissime, ut non in hacre solum, verum in omnibus alijs tua obsequar voluntati, quamquam nullam unquam tuorum meritorum partem ego assequi valeam. Idq[ue] libentius faciam, quod plurimum emolumenti me sperem ex hac nostra collocutione pro tua doctrina, & humanitate consecutur. Solem vero cuius nunc videam penè in Occasum descendisse, fortasse prefficerit loquendi principium in proximam diem remittere. **G V I L A N.** Recè sanci, ego uero vix aurora expectata in viridarium cōferam, teq[ue] ut quamprimum venias etiam atq[ue] etiam oro. **A L P I N.** Perplacer, sed tempus est, ut abs te nūc abeam, meq[ue] multis meis negotijs nunc expediā, ut mane quam diluculo ad te redire possim. interea vale. **G V I L A N.** Quando apud me esse nolis, ut lubet, ut autem noctem tuis funditus negotijs, mane redire possis abi felix.

PRO-



# PROSPERI ALPINI DE MEDICINA AEGYPTIORVM

L I B E R P R I M V S.

*De statu Aegyptiorum medicorum. Cap. I.*

GVLANDINVS, ALPINVS.



V uero haec dies serenissima iam illuxerit, & opportune nos in hoc viridario simul concesserimus, locū secretioris huius recessus quietissimū, opportunissimamq; occasiōnē nocti, de medicina Aegyptiorum iam aliquid cōmentemur, de qua quidem prius quā agamus, à medicorum, quibus ea regio abundat, narratione principium faciemus. ALPIN. Iam iā ē via huc ueniendo, eminus te in viridatio ambularem, profundeq; cogitantem prospexi, & haud parum miratus sum, quod tam diluculo ē lectulo surrexeris. Neque tamen ab re credo, in uiridariū descendisti, ut frigidiuscula scilicet istac aura matutina, ac nō minus istius elegantissimi tui uiridarij amēnitate aliquantulū te recreares. Sed ne tuum loquendi desiderium amplius oratione mea retardē, ad principium proposiciū tui seminonis iam iam descēdo. Sed quid obsecro me de medicis Aegyptijs dicturum arbitrari? an quia multis persuasum est ibi medicinam primas habuisse radices, plurimosq; illustres viros tū in medicina, tū in alijs sciētijs olim in Aegypto floruisse, iūdē etiā hac tē pestate ornariē regionē illā ac florere? GVLAND. Quid ni oēs istud ipsum sentiāt? quādo vīsq; adeo etiā ibi bruta multa animalia repe-

A - riantur,

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

rianitur, quibus ars insta curandi morbos aliquos existimetur? quemadmodum de Hippopotaino equo marino in Nilo flumine degente apud quosdam legitur. Hunc eniun equum in quadam medendi parte etiam magistrum esse aliqui affirmant. Asida namq; ipse, ut aiunt, ingenuile & facietate obesus, exit in litus, recentes indagaturus harundinum cæsuras, atque ubi acutissimum earum stipitem cernit, id in corpus adigens, uenam quandā sibi in cruce vulnerat, atq; ita profluvio sanguinis excitato morbidum alijs corpus exonerat, inpx plagam rursus lipo obducit. Quamobrem sunt, qui arbitrantur, missionem sanguinis ab hecimodo animali homines didicisse, ueluti etiam à uolucre quadā libi uocata apud Nilum quoque nascente clysteriorum vium accepisse. Qod ipsam sepius sibi aliusq; exonerasse, rostri aduncitate aqua per anum intromissa sepe sit obseruatum. Si itaq; bestias ipsas in ea orbis parte natura medicinam docuisse creditur, quid de hominibus erit ratione ac discursu prædictus existimandum? Atque eo magis cū priscis ijs sculis Aegyptius plurimis doctissimis medicis semper floruerit? A. LPII. Hippopotainū & alia bruta anima lia, de quibus ea medendi miracula prædicantur, ibi reperi certum est, at quod ego de hominibus medicinam proficentibus hisce annis obseruarim, in medium nunc tibi proferam, paucisque narrabo, quæ ex his scitu digna mihi fuere uisa, ac primum dico, Cayri alijsq;. in locis Aegypti plurimos tum viros tum mulieres reperi, qui publice per urbem medicinam faciunt, non tamen vi los existere, qui hanc artem aliqua ratione atque Hippocraticę faciant, quando ibi nunc non literis, sed armis opera ab his populis detur: neque id quidem mirum, cum Turcarum imperio ea gens subiecta sit, qui nullis scientiarum studijs delectantur: armis tantum, auro argentoque & veneri indulgentes. de quibus vere videatur Seneca dixisse:

- 1. Turpis libido dominatur (scilicet nunc) potens venere
- 2. Luxuria viatrix orbis immensas opes.
- 3. Iam pridem auaris manibus, ut perdat, rapit.

Deest illis studiorum exercitatio, quamquam publicas scholas, siue studia ipsi habeant, in quibus uaria scientiarum genera docentur; Cayri studij locum Gemellazar appellant, pro quo tercenta millia aureorum anno quolibet dissipari aiunt. Siquidem ibi totius Academie sumptus ad libros, ad viuum & ad reliqua docto-

doctoribus & scholaribus necessaria quotannis a re publico supeditantur. Ex omnibus vero scientijs, atq; artibus, que ibi docentur, ea sola pars theologia apud ipsos colitur, quae Pseudo-propheta Malbomeris leges, institutionesque pertractat. Multi siquidem, propemodumq; infiniti sunt, qui honoris atq; velitatis gratia in ciuitinodi scientiam incumbunt, quam qui adepti sunt in summo pretio atq; honore apud Turcas, aliosq; omnes habentur. Hos Cadi appellant, quasi discerint, sacre legis doctores, quos Turca illius regionis prefectus suos quoq; iudices crebat, quibus authoritas concessa est, ut possint quacunq; de re in iure ciuili, ac pontificio iudicare, ob quam rem ipse tum in summa veneratione habentur, tum maximas parant opes. In alijs vero artibus atque scientijs perpauci sunt, qui perfecti fieri studeant, omniumq; minime in arte medica, que cum alijs omnibus ferè in locis summo dignitatis gradu sit, infirmum nunc atq; utilissimum tum ob gentis barbariem, tum ob eorum, qui per urbem inedentur ignorantiam locum tenet. quam nisi hinc ex Europa per Venetos Consules conducti medici, curandis ibi Turcarum, Arabum, & aliarum gentium optimis, & quamplurimis, quos alij medici desperata falete reliquerant, ad valeritudinem reducitis exulissent, atque illustrarent, omnium mechanicarum artium ignobilissima apud Aegyptium iacuisset, id autem diligentia ut dixi nostrorum reparatur. Illi vero cum ab omnibus contemnuntur, tum etiam lucrum ipsorum exiguum est. GUILAND. Cum medici illi ita negligantur, neque multum lucri faciant, quae occasio erit, quae ad medicinam valenter perdiscendam illi moveantur. Non est igitur mirum inter illos paucos perfectos medicus reperiri. Quid cum explicatum à te sit, nunc reliquum est præterea nihil, nisi ut suscepimus de medicina Aegyptiorum sermonem claudas, ac de alijs rebus loquaris. ALPIN. Quamobrem? GUILAND. Quoniam ex indoctis medicis, quid boni, ac scitu digni ex te obseruatum audire possum? ALPIN. Intelligo unde tu in eam decueneris sententiam. Sed hoc fortasse non est ita existimandum, quando scientia atque doctrina ignoros homines Empirice tamē multa in arte secreta posse dignoscere, quis negabit? qualia sunt multa medecina, secundis auxilia summanum ob utilitatem nobilissima, apud Aegyptios pristinos medicos olim inservient, hereditarię potius ab alijs præclarissimis medicis his relata, quam aliqua doctrina ab

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

ipſis acquiſita . Quid etenim , vt tibi de multris aliqua proferam , non ne mirum in modum laudandus eſſet ille mirtendi ſanguinis Aegyptiorum vſus ex ſectione multrarum venarum , que noſtris medicis minime ſunt viſitatae & quales ſunt jugulares , narium , angulorum oculorum , frontis , poſt aures , poplitis atque aliarum multrarum corporis partium . Quis etenim medicus iſ erit , qui neſciar , illarum venarum ſectionem ad quam plurimos tollendos morbos eſſe utiſſimam ? Quid dicam de ſectione arteriarum , quam ad mittendum in moltris morbis ſanguinem non minus tu- tò , quam in venis ipſi familiariffime vſurpant . Cum Galenus interiuſ ijs ſectis quali miraculo multos ſeuos morbos curatos no- bus ſcriptum pluribus in locis reliquerit . Quid de aurium , colli , occipitis , labiorum , narium , atq; malleolorum ſcarificatione dice- mus ? Cum ipſi mirabili dexteritate hoc genus auxiliij praeflent . Et quid de ſuarum eucurbitularum vſu ab hec noſtro planè di- uerso ? Quidq; de vſionum ratione , atq; de multis alijs ferme in- finitiis , quibus ipſi medendi vntur , medicis praefudijs . Deq; etiam quem plurimus in dicameuris ſimplicibus ; ac compoſitis ab hiſ multa cum viuitate ſequenariſ , erit iudicandum ? GVILARD . Digna illæc mihi videntur , vt ab omnibus doctis medicis deſide- renat , mirumq; omnibus videri debet , quo pacto hi indocti ho- manes tot , tantisq; nobilibus auxilijs recte vti ſciant , nullo en- diſcurſu ac in diez artis ratione cognoſcentes . Sed quo ordine hiſ medicis per eam regionem exercere medicinam perniittitur , quan- do ira artis medice dogratum ignari exiſtant ? ALPIS . Extoſ Cayri inter exeros medicos omnes quidam Aegyptius , quem Achimbaſi illi appellant : qui medieorum princeps noſtra lingua interperatur . Huius officium eſt , illos , qui ibi medicinam exer- cere velint , de illiusfece arris peritia ſe dulo percutiari , & examina- re , arq. eis , qui in medendi examine recte responderint ac recte ſe- gefi rint , publica fide concedere , vt per eam regionem mederi ſupine poſſint . Illud autem in doctorum numero aſcendi- manus non datur multis , vt in multis Europe locis fieri ſoleat , ſed vni ſoli tantum , illiꝫ prefertim , qui plus auri argenteive Prefecto Cayri , quem Beſſa appellant , hac de cauſa ſoluerit . Parum etenim id curat hoc tunc pore Beſſa an ille , qui Achimbaſi procreandus eſt , ſi ad illud manus recte obcurandum probè idoneus , adeo nunc apud illos omnia corrupit anaritia ; non hoc inquam ille curat , ſed

sed an potius auricos multos ipsū offerat'. Eodem exemplo & ipse Achimbaſi etiam à Præfecto perdoctus eodem auaritiz vitio ſublatus, pretium à cooptandis accipiens, omnes indiftinē cum iadoctos, tum doctos mederi per urbem finit. Qua facilitate numerus tum virorum, tum mulierum medentium in ea maxima urbe Cayri eft ferè infinitus, cum quifq; exhibito auro poſſit ab Achimbaſi medendi authoritatem obtinere. Horum vero, qui per eam urbem medentur alij promiscue morbos omnes curare profitentur, alij partis alicuius tantum mala. veluti fuit ocularij, qui omnes morbos ac ſymptomata oculos laedentia, fanant. & dentarij, atq; auricularij, tantum malis dentium auriumq; medentes. atq; alij qui tantum intestinorum ægritudines, alij pudendorum, alij veſicæ & alij vteri curant; in quibus morbis mulieres in edicæ viris praferuntur, exiſtimant enim ægrotæ mulieres haudquaque poſſe viros ſic recte vteri affectus cognoscere, vt mulieres ipſæ. Quare fit vt ægrotæ medicas potius, ut à ſuis morbis curentur, quā medicos adhibeant, ſine etiam alij qui tantum febres fanant, quorum alij omnium, & alij aliquarum tantum curationem profitentur, atq; haec obiter dicta ſint de medicis Aegyptijs.

*Aegyptijs qualem nunc medicinam exercceant.*

Cap. II.

### GVILANDINVS.

**E**TIBBLEXXI probè omnia, verum id à te ſcire cupio, quid eſt, quod omnes medici Aegyptijs Empirici exiftant, ſeſtamq; Empiricam sequantur. ALPIN. Ut per eos annos, quibus Cayri moram traxi, obſeruare potui, potius methodicas ſimulq; empiricas ipſos addictos iudicaui, quando ad indicandam morborum curationem partium laſfarum, cauſarum, naturæ, ætatis, virium, habitus coeliq; obſeruationem eſſe neceſſariam negent, quibusdamq; medendo vtantur communissimis propositiōnibus, qua methodicorum ſectam reſerve videntur. Ipſi etenim affiſmant omnia morborum genera, vel à caliditate, vel à frigiditate oriri, uel morborum omnium præcipuā cauſam in cauorem præter naturem, uel frigiditatem reſerunt: Quoniam vero

A 3 ipſi

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

ipſi arbitrannur eorum omnium, qui Aegyptum incolunt, corpora ratione cœli, ſub quo viuunt, valde calidi, ad ſummam vergere caloris in tempeſtē, ob id perfrigerantium medicamentorum uſum in omnibus ferē morbis ſine diſcrimine habens frequentiſſimum, illisque tempeſtē & inconfuſtō medendo vtuntur. Obſeruare ſedulo ſe putantes familiſſinam, vulgatissimamq; in ſchola medicorum illam propoſitionem, que eſt, contraria contrarijs curari. Hincq; credentes, ob illiuscē cœli ſumme calidam tempeſtē, ibi omnes ferē morbos, vel primo ab ea, que præternaturaſt, eſt, calidate procreari, vel faltem ſemper cum alijs cauſis præternaturalem caliditatem concurrere, ob quam ea uſam uſum refrigerantium medicamentorum maxime affectant, idq; præferunt in febribus: ut quibus abſq; ullo delectu, valde frigidis medicamentis ſemper vtauntur, maximeque in ijs, que ex humorum putredine oho riuntur. Quod: fanē contra medicinę dogmata ab ipſis fieri exigitmo. Nihil enim, frigidorum remediorum uſus, quantum ad febrium, cauſas, que ſunt obſtructio[n]es meatum, venarum, vel aliarum partium, ſpectat, aliquid prodeſſe, & multum obceſſe potest, cum a frigidiitate humortum cruditas, aeq; obſtructio augeannur, maxime vero quando piniroſi ſucci ſant obſtructio[n]is auſtores. Tales enī humores ab uſu frigidorum in crudelē magis, & craffe ſint magis, & iſotum copiā, ventri-culo frigidore arque ad concequendum. incepſore ab eisdē effe-cto, peraugeruntur, quam, vero ſint illa refrigerantia in edicamenta ab ijs frequentara posterius ſuis locis dicemus. GVILAND. Malus mihi quoque ille in medendis purridis febribus valde refrigerantium uſus eſe, videtur, quando: nemo, rationalium medicorum, quorum ſedam omnibus preferendam iudico, ignorat, obſtructio[n]es venarum, aliarumque partium in febrentibus à multris ſuccis, vel craffis, vel viſcidis, fieri, & à multa frigidi-tate ipſas adaugeri. Galen, in synochis putridis febribus, ut apud ipſum in libro nono, merh. medendi legitur, ea laudauit medicamenta, que obſtructa liberandi vim haberent, abſq; multo tamen calore, ne calor febribus augeatur, ob idque eligenda illa eſcē, que ex quo calore praedita, id tamen praefare poſſint. Hincq; in rollendis obſtructio[n]ibus uſum oxyneſſiris ſumopere com-mendauit. Aegyptij vero foetaſē ira frigidis in ijs febribus vtuntur medicamentis, quod haec ex bilioſiſtenuiſſimisque humoribus ortum.

értum maxime dicunt, qui non attenuandi sed incrassandi sint, ut Auicennæ affectæ affirmant, hancq; fortassis ob causam illi medici frigida medicamenta adhibent, vt ex quibz genita scribis fuit, biliis, tenuissimisq; humores crassiores evadant, ad faciliorcmq; excretionem e modo parentur. Hec erit igitur ratio quamobrem frigidis adeo medicamentis utantur. ALIM. Si tu corpora illorum hominum quali temperamento sint, recte nouisses, in hac proculdubio sententiam non venies, nam, vt suis locis dicam, omnium ferè illa loca habitantium corpora diverso constant temperamento, quod aliquis coeli illiuscet ratione, credere posset, quando pleraque illorum corporum licet ex sui natura sanguinea existant, multa tamen pituita, etiam ex viëtus ratione apud ipsos vñtata, abundare dignoscantur. Quamquam enim Aegyptij in ipso ortu interna viscera valde calida sub calidissimo celo insuperint, ex portu tamen aquarū, vñtu continuo ciborum tum frigidorum tum refrigerandi qualitate magna ex parte præditorum, quibus ferè semper ventut, ab immoderataq; venere, atque ab vñ dulcium balneorum, quæ assidue frequentant, temperamentum illud calidum paucatim permutant in minus calidum, & tandem in frigidum, itaq; fit, vt qui bilioso nascuntur temperamento, in sanguineum inurentur, & qui sanguineo in pituitosum. Hincq; quamplurima foeminarum, mariumq; corpora ibi reperiuntur pinguisima, cum tamen coeli calidissimi ratione corpora omnia gracillima esse potius deberent. ex his igitur omnibus illorum corpora refrigerantur. Quo fit, vt omnes eius regionis accolæ stomachum valde frigidum contraxerint, licet ipsi corporis habitu carnoso, bonis suci, constare etiam obseruentur. Huius autem facto ex me conieciuram, qui prius quām Aegyptum adiissecum, cum gravissimo corpore summeq; calido essem, ibi ex assidue aquæ portu, cui ob illos vehementes calores continuè indulgendum erat, carnosum effeci corpus & pingue. quo tempore stomachus adeo erat ad frigiditatem conuersus, ut eius concoctrix facultas ad conquerendum imbecillior effecta sepe videretur, quam ob causam sepe acidis eruditatibus vexabar. Quid si mihi id acciderat, homini medico, & in temperata regione genito, quid de Aegyptijs ipsis existimandum, qui non solum aquam pro potu affectant, sed omnes frigidos cibos, quibz immodece veneri dant operam vñlam-que dulcium balneorum frequentant? quæ omnia refrigerandi

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

facultatem habent; nisi illos crudis multis humoribus abundare? Quod confirmare videntur affidit ventriculi cruditates in quas ipsorum quamplurimi incident, frequentissimique articulorum dolores, qui continue sparsum per urbem vagantur, ac mulieres, Eunucos, & omnes absq; discrimine inveniunt ac affligunt. Ex his igitur colligo Cayri rarissimas febres ab exquito humore biliolo gigni, pleraq; verò à crude ac pituitoso excrementorum genere. ideo arbitror viam refrigerantium medicamentorum ijs febribus non recte conuenire, ob illorum humorum, à quibus generatur temerarem substantiam, ut Arabes medici volūt, crassificandam, quando eos potius crassiori substantia confare quin tenui ex nuper alatis optime patet. Non erit itaq; frigidorum medicamentorum vius in febribus putridis ibi vagantibus omnino tenuis, sed sepe ijs noctis. Illi igitur medici quo ad febres compescendas attinet, probandi quidem essent, scilicet, ut illum h̄bris foeculum calorem extinguant, pessime vero facient quod febrium causis minime auferant. Ac potius ipsos dixerim medicinas adulatores, quando solum agrotantium, caloribus, doloribus, sibi occurrere, symptomataq; solum deinceps studiant: perfectam vero curationem, quæ Galeno docente in lib. 9. meth. med. à causis exorditur, negligant. Accidit tamen aliquando, ubi febres vehementiores affligunt, in caloribus que hec dicis, ut recte frigidorum medicamentorum vius administratus videatur.

GVLTA. Mendosam satis illos possidere in medendo artem methodicam ex his à te narratis intellexi, quam etiam empiricam esse facile perspicitur, quod ea quæ in hac arte mouerunt, potius hęreditarie à maioribus tradita, accepissent, atque in ipsorum memoria remanserint, quam raro discurso, vel ratione fuerint ab ipsis cognita.

*Quamobrem hoc tempore Aegyptiū artem medicam  
babeant vitiosam. Cap. III.*

A L P I N V S.



*I*xi m̄s Aegyptios medicos nostro hocano non exercere rationalem, vel dogmaticam medendi viam, sed vitiosam, ac multis mendis plenam. GVLTA. Quidam

nā modo est ibi vitium istud in medicina contractum? ALPIN. Scito hoc tempore medicos illos finem habere non sanitatem ægrotantium, quem veri medici semper intuentur scopum, sed ut gratiam atque obsequium hominum comparent; ita vt nunc ibi locum habeat illa sententia:

Obsequium amicos, veritas odium patit.

Hos medicos Galadulatores appellant, cum haudquaquam id ipsius sit cordi, quemadmodum ægrotis recte, ac ruto medeat, sed potius quomodo eorundem delitijs inserviant. Respicit itaque ipsorum medendi methodis ægrotorum gratiam, atq; obsequium. & ob hāc causam vitium ægrotis gratum institunt, omnibusq; febricitantibus, ac sifientibus permittunt, vt quantum volant, aquæ potu se expleant, fructusq; in victu quolibet ab ægrotis expeditos non negent, affirmantes, nihil à natura appetitum posse ægros offendere, quando naturam ipsam tutius, ac prudentius ad corporis tutelam moueri, quam medicos, affirmandum sit. proinde multi ægrotis febrientibus non verentur in viâta concedere angarias, cucumeres, cucurbitas, melones, fucus, atque alios quoscumque ibi habere possunt fructus, & vt uno verbo dicam, omnia concedunt ægrotis, quæ grata illis esse cognoscunt. De medicamentis itidem hoc idem obseruant, vt tantum illa medicamenta ad sanitatem parandam adhibeant, que ab ægris non abhorrent, eaq; tam qualitate, tam copia feligunt, que nullo paclio corpora ægrotantium agitare possint. ob idq; maxime in communi sunt vīs, ad quoq; propulsando morbos, huiusmodi medicamenta, manna scilicet, cassia, tamarindii, syrups de granatis foliis, atq; rosatus, non exceduntq; manna, cassia, tamarindorum vñcia, sapissimeque ægrotis hec offerunt, aliij singulis, aliij alternis, & aliij pluribus diebus offerentes. pluribus etenim nūcibus eam purgationem peralunt, quod nos vñica vice facere consuefamus. Ex purgantibus reuntur, myrrabolans, rhubarbaro, agarico, senna, atq; alijs huiuscè generis multis, quocum dragmar in singulos haustus non excedunt. hicque modus purgandi inter pleroq; ciuium ac nobilium exercetur, atque de hoc si recte gerere videntur, dum cauent à validioribus, scaroncatisq; pharacis, in ijs purgandis corporis. Sunt tamen alijs qui resūcīs idententur, et in ijs vero præualidicribes purgationibus agunt, sed, vt dixi, non nisi in rūcīcis. Mirumque non ex his medicos his

medi-

## DE MEDICINA AE GYPTIORVM.

medicamentis potius lenientibus, quām purgantibus vientes, tardissime & gros lanare, id autem ea causa faciunt, ne purganda corpora nimium ab ijs agitentur, atque perturbentur: ob quam causam pleriq; clysteribus medentur, potius quām medicamentis per os assumptis, vt quām minime corpora agitant. In materia quoque chyurgica eodem modo egrotorum obsequia sequuntur, hincq; multum sanguinis omniibus detrahunt, quod omnes missione sanguinis levantur, id uero sepe in multis, etiam à cibo, vt multis obsequantur, qui sicut ieiuno stomacho egrotis non conducere id auxiliū, quod nūm vires absunt. Et in omnibus denique me dicamentis eodem semper spectant, vt quām maxime egris obsequantur. GVILAND. Adulatores medicos non solum Aegyptus habet, sed non minus multa Italia loca, in quibus multi ignari homines eos optimis quibusq; medicis ea causa præferunt, quod obsequantur sibi, idque tantam vim ad capiendos egrotorum animos habet, ut plurimi sepe ab ignarisi atque adulatoribus medicis vsq; ferēt ad exitium perduci, neque tam grandes illorum in medendo errores agnoscant, neque si etiam agnoscant, ab his discedere velint. Sed quamobrem medici illi olim præstantissimi ad medendi modum hunc vivitatum accelerunt? ALPIN. Hic corruptus medendi modus non à priscorum illorum medico fū ignorantia principium duxit, sed ut ex Aegyptijs historiarum peritis audiui, à barbara priscorum Aegypto imperantium tyrranide, tempore enim quo Mamluchi illiusce regionis obtinebant imperium, omnia ea loca medicis doctissimis florebant, qui dogmatice summaq; cum ratione medicinam faciebant, sed tanta erat ea in dominis barbaris, vt optimi illi doctissimiq; medici, vel rebus bene gellis sepe incri loco ab ijs contumelij afficerentur. Barbara etenim ea progenies, qng moribus bestijs erat similissima, quod originem duxerit à Tartaris rusticisq; rectam ac rationalem medendi methodum non admittet. Illorum aliquis dolore aliquo conceptus non fecus quam furiens bestia subito ut fanaretur imperabat, quod cum non semper ita cito eneniret, pessime miseris eos medicos trahebat. Idem obseruabatur in illos qui sufficientibus ipsis plurimam crudam aquam in potu negabant, vel à calore febri valde detentis frigida balnea prohibebant, in quibus immersi uolebant, & ijs insulam refrigerari. Si cornua ab assumptione aliquo pharmaco sentibant, vel multum eo purgantur,

tus, vel fastidiosè vomerent, in medicos iurgia, & contumelias. miseros Aegyptios, qui sato quodam semper Tirannis subiecti fuerunt. Illi itaque optimi medici recte medicinam exercentes indigne has consumelias ferentes, modum sanè per quam facilem in medendo inuenierunt, quo barbaris ijs hominibus fatisfacerent, atque perpeccas iniustè obiurgationes ac contumelias vindicarēt, ac de illorum tyrānide in ipsis exercita hoc modo p̄nas sumerent. **GVLVAN.** Piget me tantorum medicorum insurartum, sed mirum non erat, eos ita à barbara ac ferina ea gente contumeliose pati, quando virtuti vitium, & sapientie ignorantia opponatur. Ab illorum enim barbaro dominio illis seculis non solum medicinam, sed etiam omnes alijs scientias ab Aegypto in alias orbis partes commigrasse existimo, atq; ideo nunc Turcarum loca studijs scientiarum omnino vacare. Sed perge modum enarrare, quo ad fugiendas & viciendas illo rum consumelias vñ fuerunt. Si quidem haud parum esse iudico, homines illos in tanta calamitate positos, viam inuenisse, qua id periculi effugere potuerint.

**ALPIN.** Tunc hac ratione mederi eis cæperunt, haecq; sicut ab his indagata methodus; Namq; eis regioto curando proposito, primo quo ille morbo, vel miti vel magno vexaretur, atque quibus symptomatis corriperetur, eaque mitia ne an magna essent, scire operam dabant: quibus recte perspectis ac cognitis, omnes curationis indicaciones præcipue considerabant, hinc morbos tantum atque symptomata relipiebant, casis omnino neglegatis, vel levissime cognitis. morbo enim, si symptomatibus ijs vehementibus careret, contrarijs mederi omni ratione studebant, veluti exempli gratia; febre vēxato, absque multis grauioribus symptomatis, vīcum primo frigidorum atque humidorum instituebant, quem penitus morbum extirpare, ijs ignatis bestijs facile suadebant, proinde omnes fructus, qui humidi essent ac frigidi eis collaudabant, ut sunt anguriæ, cucurbitæ, cucumeres, poma, & ex alterib; beta malua, bambia, colocassia, lattuca, endiua, funicus atq; alia huiuscmodi temperamenti ac facultatis multa. Proprii frigidissimam quamcunq; aquam, largissimeq; ad frigorationem libitum, concedebant. In materia uero chyrurgica in quamque febre, quo-d omnes illos barbaros ad largam sanguinis euacuationem inclinatos admodum cognoscerent, multum sanguinis detrahebant. Et ex medicamentis alterantibus ea laudabant,

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM.

bant, quæ refrigerarent, atque humectarent, atque de purgantibus,  
euacuationem per epicrālēm, lenientibus medicamentis, à quibus  
nihil Barbarorum corpora turbarentur; moliebantur. Febris ve-  
ro omnia symptomata demulcere vel omnino abigere studebant,  
calori enim g̃tuoso interne frigidis aquis, vel syrups, vel deco-  
cts, vel fructibus, & frigidis epithematibus occurrere, cona-  
buntur, sifientibus quantum uellet ægrotis aquæ permitte ntes;  
inappetentijs, quoſcumque cibos ab ægrotis expeditos conceden-  
tes, vigilijs, valide ſomnum prouocantibus, qualia ſunt opia omt-  
nia, obſtibant, dolores vehementes tollebant, ijs medicamentis  
quaꝝ insigni frigiditate partium ſenſum adiuunt, qualia ſunt stu-  
pificientia a noſtris appellata, atque ſic in ſingulis alijs ſe brūm  
symptomatibus facere c̃perunt: hicq; ſuit modus curandi quo  
ægrotos blandè curare ſe aicabant, eoque medici illi ſuo gladio iu-  
gulabant, verique inde facti ſunt medicinæ adulatores, vt illorum  
tam importunam effugerent tyra�idem, atq; miseriā, quando  
ægroti obſequij vi arbiterarentur recte à medicis illis tractari. Or-  
tusq; eft malus is medendi mo dñs ab Aegypto imperanzium ty-  
rannide, quem poſtea omnes alij qui conſequuti ſunt medici p̃dē  
obſeruarunt, mortuisq; doctiſſimis ijs medicis, ſimilq; cum ijs  
huius artis doctriña, poſtea paucissimi reperti fuerunt literarum  
ſtudijs dediti; ſiquidem dominorum ob barbariem literarum pro-  
fessoribus inimicam, academias, ac ſtudendi commoditates deſe-  
cerunt, eaq; cauſa ſtudentium etiam numerus defecit, omniaq; p̃-  
fertimque in philoſophia & medicina, indeque Aegyptius expers  
ſcientiarum, literarumq; professorum q; tunc facta eft. Deindeq;  
ille medendi modus, iam multis z̃tatibus ibi frequentatus, ac per  
illas ṽt̃es receptus, alijs oīnibus medicis, qui poſteā fuere, com-  
municatus fuit, neque diſcultet ab ijs perdiſcebatur, cum pauca  
quadam tenenda eſſent. Hic igitur modus medendi, quem illi  
homines affecuti ibi optimi medici exaltimantur, tale principium  
habuile, à multis dicuntur. In eo vero ſicuti multa corrupta, atque  
arte Hippocratica indigna obſeruantur, ſic multa etiam ueram  
p̃eclarisſimorum medicorum antiquitatem redolentia reperiuntur,  
quaꝝ digna ſunt ob egregiam quam p̃eſtant in medicina vti-  
litatem, ut ab omnibus doctiſſimis medicis audiantur, atque per  
discaneur. In qua vero parte medicinæ iſtac eluecant, nuper di-  
ctum eſt, & inferius qualia particulatim exiftat, ſuis locis dicemus.

Sed

Sej priusquam ad ea accedamus, multa prius erunt cognoscenda quæ ad maiorem clarioremque dicendorum cognitionem facere videntur. atque in primis, ne tempus frustra conteramus, considerandum tibi viro doctissimo eam propositionem propono, quam illi medici mordicus obseruare medendo creduntur, quæ est, contraria contrarijs curari. Quam propositionem vel mulieres ipse medicinæ & rerum omnium ignaræ perbelie ibi se putant obseruare.

*Apud Aegyptios medicos medicam illam propositionem usurpari, quæ est contraria contrarijs curari, atq; an ipsam rectè obseruent.*

Cap. I I I I .

### G V I L A N D I N V S.

**G**U Aegyptij in medendo vtantur ea propositione, quæ est, contraria contrarijs curari, videntur hac in re non omnino carere rationali medicina, quando ea queque omnes rationales medici ægrotis medeantur, morbos curantijs medicamentis, quæ ei sunt contraria. vt Gal. in lib. 11. meth. cap. 12. testatum reliquit. Quamobrem & illos, qui posito hoc principio medicinam ibi faciunt, ob id inter rationales medicos esse recensendos, aliquis affereret. ALPIN. Huic medicæ propositioni non modo eius loci medicos inniti, sed ipsas etiam mulieres, certum est. quinimo Cayri si volueris tertianam nocham febreim, agrimonio, apio, vel petrosclino, vel chamedrio, vel alijs curare, vt obſtructiones, à quibus oritur, atq; ſouetur ea febris, auferantur, non modo inedici, ſed mulieres inclamabant non esse id faciendum, quando febris, quæ calidiffima eft in temperies foliis refrigerantibus remedij curari debent, quibus medicamentis callida intemperie præditis potius febris augeretur, nedium tolli posset, hanc igitur ob causam ea vituperant, atque ſucepta habent, quæ ſuperius aperientia narrauit, quæ licet morbo ſimilia videantur, tameu eius causis contraria exiftant, quibus ſublatis febris tollitur, ijsdemq; perſeurantibz nunquam febres illæ finiuntur, idcirco dicenda fuit illa eadem medicamenta per hunc modum morbo

## DE MEDICINA AEgyptiorum

bo contraria. Neque tamen è quod medendo vntantur ea quam dixi communitate, rationales appellandi sunt medici. Tibi enīa doctissimo viro notissimum est, methodicos tantum appellatos medicos vsos fuisse ijs communitatibus, qui neque locum patien-tem ad curationis indicationem aliquid prodeſſe autumnarunt, ne-que causam, neq; etatem, neq; tempus, neq; ccelum, neq; virium robur, neque frotantis habitum, neque temperamentum, sed à foliis affectus indicatione remediij indicatione sumpta, ea commu-nitate februm exempli gratia nuper in medium propositam cu-rant. Sed errant in cognoscendis morbo contrarijs remedij, Namque putridæ febres que ab obſtructionibus genitæ ſunt & ſouenrur, vreclē curantur, debemus vti ijs que tum morbo, tum cauſis ſint contraria, qualia ſant que refrigerant, humectant, ape-riunt, atq; abſtergunt, quibus fanē ſi obſtructions cedant, febris proculdubio tollitur, ijdēm vero ob humorum leuitorem & craſtiniem curationi obſtentibus, atq; non cedentibus, contraria val-entiora prioribus requiruntur, ſcilicet que maiorem vim habeat obſtructa aperiendi, vt propterea, quod omnia valenter ape-rientia calida ſint, ad calida fit deuenientium vbi vero cauſe febriū putridarum haud admodum curatu ſunt diſſiciles, ſufficient ea que tantum ſunt in morbo contraria, que ſimul aperiendi vim ha-beant, & vbi cauſe non facile cedunt, morbo ſimilibus, quo ad ca-liditatem, & cauſis contrarijs, quod ad aperiendi facultatem vti debemus. At in febribus que cauſe coniunctis vacant, vt ſunt he-elicæ ab ephemeris, vel putridis febribus genitæ, medici ſolis morbo contrarijs vti debent: ambobus vero tum cauſa tum morbo cu-rationem indicantibus, nos remedia ſequimur, que ambobus ſunt oppofita. hincq; cichoreacea omniaibus putridis febribus conve-nientia auxilia iudicantur, quia tum febei, ea qua prædicta ſunt fri-giditate, rifiſtunt, tum cauſe ob eam quam' adepta ſunt obſtructa aperiendi, facultatem. Si vero morbus mitis, ac non vehementer ingruat, ijs que cauſe contraria ſum magis quam morbo vti opor-tet, quemadmodum in morbo, tum vehementer, tum magno, me-dicamenta debent in agis morbo effe contraria. Hincq; Galenus prudenter docuit in lib. meth. med. ſi multa ſimul curationem indicerit, ci medicos attendere oportere, quod magis vrget, alijs tamen non neglegent. Aeg. ptij vero ſecus in curandis morbis agunt, ſemper a morbo ſumptu curationis indicatione, vt numer-

ijs, quæ morbo contraria esse arbitrantur, morbi causis omnino neglectis, proindeque in omnibus febribus nullo discrimine frequissimum habent medicamentorum valde refrigerantium usum, quod ipsa morbo validissime obsistere arbitrentur. In putre disq. decipiuntur, pessimeq; ut arbitror se gerunt, valde frigidis videntes, quia frigiditate intensa obstruta augentur, & cruditas humorum crudorum fouetur. GVILAND. Mirari nos non decet, si iij medici etiam ea communitate, quæ est contrariorum contraria esse remedia, pessime, ac vitiose nunc medendo utantur, cum ferè omnia alia, quæ à priscis doctissimis illis medicis in ipsorum memoria relieta fuere, corrupèt ac pessime nunc etiam sequantur. Neque etiam mirum ipsos ad frigidiorum usum ita precipites ferri quoq; omnes ob celi caliditatem sibi ipsis in animum induxerunt, à calidis esse caendum, ne calida corpora calidorum usu obliquantur, quod & apud Genuenses quoq; obseruari licet, iij enim biliosa corpora natæ, ita calidorum usum effugient, ut ad contraria potius ad frigida scilicet non secus quam Aegyptij defleuant. Secus verò apud Germanos, Boemos, Polonos, Anglos, Flandros, Gallos, atque alios sub frigido celo niventes, fieri consuevit; Namque illi tantum à frigidis metuentes, in calidorum usum nimium labuntur, aromatum etenim usq; atq; generofissimorum viatorum, calidorum quæ non minus medicamentorum fibi psis hepar, sanguinemq; comburunt. ALPIN. Verum profectò dicis, sed de his fatis, nunc ad alia transeundum.

*Qua præsciri debeant, priusquam ad particularem  
de medicina Aegyptiorum narrationem  
accedatur. Cap. V.*

## GVILANDINVS:

 **V**AB nam isthac erunt, quæ nunc explicata statuisti, alii quæ ne præcipua & propria illorū praefidia, quibus ad curandos morbos utantur? ALPIN. Nondum co peruenimus, ut possimus de ijs nunc agere; Etenim multa supersunt audienda, priusquam ad illorum narrationem deueniatur. GVIL. Quæ nam igitur isthac inquam existunt? ALPIN. Multa, quippe Aegypti

## D E M E D I C I N A A E G Y P T I O R V M

Aegypti situs, illius temperies coeli, anni tempora, ipsorumque nature, & acris mutationes ex Nili fluminis incremento. Aegyptiorumque corporum habitus, temperamentaque, vietus, morbi ibi nascentes, ipsorumque cause, atque alia, quae ad medicinam illorum recte noscendam facere videntur. **G V I L A N D.** Quamobrem haec. **A L P I N.** Quoniam cum eorum, quibus ad curandos humani corporis affectus illiusce regionis homines vtuntur non simplicem historiam tibi sim proditurus, sed una cum ea rerum illarum laudem atque uitium, ut ex horum sedatione medicinæ studio si iis que illi in medicina facienda maxime sequuntur, tuio, & ex artis preceptis utrū sciant, & ad morboeum instituendam curationem, ab illis que uitiose, minimeque ex artis ratione sunt apud ipsos usitata periclia cauere queant. **G V I L A N D.** Laudo hunc tuum loquendi ordinem, quando præter eorum, quibus Aegyptij utuntur inmedendo, utile notium ista, que prius exponenda proponis non minorem cogitare, nobis afferent, & voluptatem, & utilitatem. Perge itaque quod vis enarrare, nulla interposita mora, ne hac dies sine longa linea nobis abeat. quando multa superfluit dicenda, quibus huius dicti reliquum posse sufficere, uia credo.

*De Aegypti situ atq; illius aeris temperie. Cap. VI.*

## A L P I N V S.

**N**EOTYPI regio posita est inter Aethiopiam, Arabiam, & Marmaricam, quæ nunc Barbaria dicitur, atque matre mediterranei, habet enim à meridiq; Aethiopiam, à Septentrione mare mediterraneum, veluti ab ortu Arabiam, rubrumque mare spectat atq; ab occasu Marmaricam. Cyrus, olim Babylon, uel Babylis, nunc primaria Aegypti ciuitas ab equatore triginta gradibus distat, & longitudine eius est, graduum circiter sexaginta. sex tantum gradibus cum dimidio hanc ciuitatem ad tropicum Cancri accedere Ptolemaeus testatur. maximaque dies ibi est quatuordecim horarum, & minima decem. Ciuitas haec ad radices montium Arabie Petreæ ab Oriente posita est, Septentrionalibus omnibus vritis exposta nullo monte ab ea maris parte contexta, tota meridionalis pars fabulosa est. à quibus omnibus eius.

etiusac ad frigidum & calidum alteratur. Ab Orientalibus aero atque Occidentalibus parvam suscipit ille aer alterationem. Cum itaque hec regio prope tropicum sit, mirum non est si Sole multum caelestis, praeferitur, etate, quo tempore Sol radijs ibi terram rectius ferit, copiamque radiorum vel luminis, maiorem eius terrae ecclisie demittit. Quem calorem illi multum esse, ac uehemensem eos populos quandoque perpetui, oscidunt multa ab ipsis refrigerationis, cauila inservita, atque uitata. Eos enim in primis terrena habitare tedium loca apud omnes ob calorem noxiū manifestum est, non minusq; in quaq; domo frigidarum aquarum in medio qdium positi fontes, eos frigiditate oblectari, significant. His eternis aquarum fontibus per totam etatem ipsum domorum aerem refrigerant, propè etiam illos omnes ferè dormiant. Amplius ciuitas hec alissimis est fabricata qdibus, quæ supra vias usq; adeo latissimis expanduntur regumentis, ut viarum totum penè ecelum ex superiori parte occupent, obstruantq; ne Sol ( quando omnibus horis umbræ vias detinent, atque obregant) noctam inferat viatoribus. Vaftissimis etiam fistulis, quæ maximis tubis sunt sinuosa, intra omnes domos positis ad frigidum excipicadum aerem utuntur. Haec ex medijs domibus meatu decem cubitorum latitudinis ferè exurgunt, per mediumq; rectissime sursum ferruntur in aerem, perueniq; multo latiori ore instat campana expanso, ad summam vestigia definita atq; pertingunt, quo ore Septentrionem uersus oportet, frigidam auram spiranteam excipiunt, inferniq; ipsius celum terrenis locis demittunt. & hoc pacto cuiuscumq; celis inferna, terrenaq; loca refrigerantur. Viēus frigidorum ciborum, potuumq; apud omnes nūnū obseruati, eam regionem immodico aeris calori expositam proculdubio confirmat. GVILARD. Isthec certe omnia summe calidum aeris illius temperie coargunt, nihilominus calorem glatis tempore ibi talen esse audiui, quem facile quisque perferrere possit. Temperati enim caloris illiusce temporis à Nili fluminis incremento per id temporis celebrato, atque ab affida Septentrionalium ventorum spiratione à multis proditum est. ALERS. Ni Deus his diabos causis ambientis illius aeris estiuos calores minuerit, haudquam fieri posset, ut animalia ibi uiuerent. Tanta est Dei Optimi Maximi prouidentia, ut in locis sub oculo calidissimo uim diolorum solis indumentis, sit aliiquid quo refrigerentur, sicut in

## DE MEDICINA AEgyptiorum

frigidissimis regionibus omni ferè calore defitutis, ut aliquid habeatur, quo ex loca incalescant. Eaç causa in locis Septentrionalibus, sib frigidissimo celo preciosissimę ac copiosissimę pellē reperiuntur, & lignorum combustorū copia, quibus à vehementissimis illis frigoribus homines defendant. Aer itaque q̄tate proximis radijs solaribus rectius terram férientibus valde accensus, ab aucta Nili fluminis aqua, Septentrionaliumq; uentorum spira tione assida obcunditur, ac multum moderatur, ex predominio uero ipse est calidus & siccus, inequalis, valdeq; inconstans, substannia tenuissimus, maximeq; in locis à mare remotis, ut Cayrum, aliisque ciuitates & loca supra ripas Nili posita. Hic aer hyeme aliquando insigniter frigidus appetet, & aliquando calidissimus, ob siccitatem immodicam acris (ibi etenim rarissime pluit.) quę ut rerum naturę non ignari sciunt, utramq; actuarum qualitatum auit, ueluti hę ab humiditate hebetantur. Quam ob causam ob tenuitatem substantię hyemalis aer frigidior, quam reuera sit, ab his p opulis experitur, quoniam is ob partium etiam tenuitatem corpora penitusime penetrat, frigidamq; qualitatem introducit, lēdensq; sensibiles partes, malitia est causa sensus, quam sit ipsa uis frigoris, maximeque ex omnibus corporis partibus caput ab acris eius loci frigiditate oblidit, multoq; magis, quod antea calido aere calidum, inentus ualde apertos habuerit, per eos faciliter frigidum aerem suscipita, quo postea facile offenditur. Hincq; nullum est genus morbi ex capitis distillatione eborum, quod illi populi non patiantur. Dominatur autem aer summe calidus, ipsius cceli, ut dictum est, ratione: quod hęci ciuitas à tropico cancri iunctum sex gradibus dificit. Quā breui intercapedita, dum Sol ad illum accedit tropicū, & illorū Zenith fit propinquior, aer ille ualde incalescit, & nisi Eteīquenit tunc à Septentrione spirarent, vehementissimus & qui vix à noctis perferri posset, caloris q̄stus sentiretur. Hyeme etiam nocturnus aer admodum frigidus obseruatur, qui ab orto Sole paulo post parum incalescit, in meridięq; plurimum; adniente uero nocte rursum in frigidum primitur, ita, ut aer ille ualde inqualis sit dicendus, ab ipsiusq; illa inqualitate plurimi morbi originem ducunt, atque generantur, qui eo temporis per urbem nascuntur. GVLAND. Cupio etiam eiusdem aera tempeſtatem pro anni temporum ratione à te explicari. Quam ob causam

nam te in primis de anni temporibus , quæ in usu apud eam nationem existunt , atque de ipsorum temperie , loqui optimum fore arbitror . ALPIN. Libenter de his nunc sermonem instituam .

*De anni temporibus apud Aegyptios visitatis , atque de ipsorum temperie . Cap. VI I .*

A L P I N V S .

 I V I D A M annum apud Aegyptios visitatum ac obseruatum in quatuor , ut nostri etiam ficiunt , partes , sed sensus quād illi , ac primum à vere incipiam . Quod anni tempus ibi duobus mensibus temperatum , obseruatur , Ianuario quippe & Februario . Incipitq; Orione & Canicula Orientibus , & definit ad occasum Arcturi , quo tempore zefirus incipit , & definit usque ad nocturnum Trianguli ortum : Quæ quidem zefiras duplex singulis annis obseruatur , quarum prima est inqualissima ac summe inconstans vehementissimo cum caloris zefiro , quæ maxime corpora offendit , praesertimq; aduenarum eiusdem coeli qualitatib; iniuste afflcta : id igitur anni tempus , ut nuperum etiam dictum est , principium facit , Arcturo Occidente , scilicet in initio mensis Martij , protendeturq; ferè usque ad tropicum cancri , tribus , scilicet comprehensum mensibus , quippe Martio , Aprile , Maio . Altera zefira , quam secundam partem zefiratis appellamus , priori flatum succedit , nam ipsa incipit Sole signum canceris ingrediente , terminumq; habet proprie finem mensis Augusti . Hæcque zefiras prioris æqualior , constantior , minusque pestifera , atq; minus sentitur noxia corporibus . Autunmus habet alios duos menses , scilicet Septembrem atq; Octobrem . Hyems vero orientibus Pleiæibus , scilicet incipiente mense Nouembri , incipit , atque ad Ianuarium mensem vique procenditur . Hoc itaq; modo annum Aegyptiorum diaudi oportere iudico , ut quatuor diuersis aera naturis quantum anni tempora recte respondeant . Ver Ianuario , atque Februario ibi obseruari non est mirum , cum eiusdem temporis temperamentum mediocre ac temperatum in aere percipiatur . Id ipsumq; etiam tempus veris inquam , indicant arbores , que per eos menses ibi gerulantur , & frondescere incipiunt , terraq; illa virgen-

B 2 tibus

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

ibus herbis, stirpibus, floribusq; amoenissima redditur. His autem exactis mensibus primam aestatem, vel primam estatis partem animalibus valde pro eius inconstantia, multumq; inaequali caloris, & frigoris statu, noxiū feneunt. Atq; hæc prima estatis pars inconstanter mensibus Martio, Aprili, Maio, obseruatur. GVELAND. A quibus nam causis hæc prima estatis pars inconstantissima, aestuolissima, atq; inaequalissima fit. Memini etenim ego dum Cayri olim moram facerem, ijs utique tribus mensibus me ventos calidissimos, molestissimosq; sentiſſic, cum arenarum inflammatarū magna copia, qua aer ita obscurabatur, ut Sol neutiquam viderē posset. Illodq; etiam tempore quamplurimos vagasse epidemicos, atque lethales morbos, maximeq; oculorum lippitundines, quas Graeci Ophthalmias appellant, Quidam ob causam arbitror huius prioris aëtatis partis causam esse ventos illos siame calidos, atq; ardentes à Meridie, locisq; arenosis inflammatis perflantes; Hosq; ventos Campū appellabant, quasi dicerent ventos diebus quinquaginta persistentes; id vero tuis proximis verbis aduersatur, quād exieris illam estatis partem non tantum diebus ijs, sed tribus perpetuis mensibus durare. ALPIN. Euri Austriaq; venti, ut tu recte dixisti, à meridie loca arenosa, summoq; calore inflammata transfeuntes atque in Aegyptum spirantes, tantum caloris ḡstus, puluerumq; & inflammatarum arenarum euhunt, vt ignitas formacis flammis, nec non palucribus obscurissimas, nubes èo asportasse videantur. Puluis illa vel arena copiosè ventis tum asportata, tum ex solo Argypti veneis arrepta, atque per aërem agitata, non minus quād aer suo calor, corpora ladiit, atque offendit, oculosq; maxime, quos mordet & inflamat. Hincq; epidemias plurimas & ophthalmias, quæ tunc temporis per illam urbem vagantur, originem habere dicere. Hi uenti interrupte ac inconstantiter, quandoque tribus, & quandoque quinque, & aliquando etiā septem atque novem diebus ( quamquam rarissime contingat ) spirant. Iposq; Charonios vocare possumus, quos qualia à Charente procedant, semper plurimos lethales morbos ijs populis asportantes. Quo tempore multis pestiferas febres, atque phrenitides homines non diebus, sed horis paucis perdentes, sequimur, quamplurimas ophthalmias ibi vagari obseruari. Corpora omnia ita ab his lāguida redduntur, ut ferre cibos abhorrente videantur, inextinguibilijque sui continuo ardant. Pro qua siti arcenda flumep

flumen Nilum eis Deus largitus est, cuius aqua præ iuscundissima omnia refrigerantur, atque humectantur. Aduenæ nostri ijs pro flantibus ventis ad subterranea loca configunt, in quibus morantur quousque ille ventorum ardor refederit, atque cessaverit. Coniunxit hec incommoda Deus Optimus, cum alijs quibusdam bonis, nam ubi calidissimi ij venti conticuere, statim à Septentrioneflare alijs incipiunt, qui subitancum inflammatis, atque laxatis corporibus solarium prestant. Si enim illi diu perseverarent, neino in ea regione vivere posset. Quid autem ad primam æstatis partem attinet, quam trium mensium esse affirmarim, & ad ventos, quos Aegypti vocent Campsim, quod nomen numerum explicat quinquagenarium, sciro circa illas quinquagenarij numeri explanationem multos multa locutos fuisse. Aliqui etenim illos ventos Campsim appellant, quoniam ipi interrupte diebus quinquaginta spirare soleant. Atq; aliqui ex nomine quinquaginta eos nuncupant, quod illorum ventorum furor ac æstuosa molesta spacio dierum quinquaginta finiatur. Et alijs Campsim ob id eos dicendos affirmant, quod vt plorium à Paschate Resurrectionis usq; ad Pascha Ascensionis ipi flare obseruentur, quod tempus est dierum quinquaginta. Quod tamen falsum dignoscitur, quando ego obseruavi Iepius ante Pascha etiam Resurrectionis, illorum ventorum furorem. Alij, & derius mea quidem sententia, dicunt, hos ventos Campsim vocatos finisse ex morte Campsis multarum copiarum ducis, quem immodi ca arenarum, copia, que ventis illis asportata fuerat cum toto exercitu in Africæ deserto suffocaverat, vt in vita Alexandri Magni legirur. Hac æstatis pars est corporibus ualde noxia, quoniam per id temporis calor inter im continuo, & interim frigus in acre percipitur. In hoc etiam anni tempore per urbem vagatur ille letal illatus morbus, quem Demel-mia, appellant, qui paucis horis homines perdit. Altera æstatis pars hanc sequitur æqualis & minus calida, sicut tamen & ipsa calidissima, nisi Septentrionales venti continue tunc spirarent, atque nisi Nili fluminalis fieret incrementum, quibus aeris æstuosa caliditas pandolum contemperatur. Hac æstatis parte, que a nobis secunda æstas vocatur, aer est malum & ipse calidus, sed æqualis constansq; à principio ad finem visque, non subito, sed paulatim sensimq; caloris adferens mutationes; qui quo Septembri nensi vicinior, eo temperator redditur. Ideo hoc anni tempus nesci-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

bis caret, & salubre est. Omnes agricultorū tunc vitam ociosam  
ducunt, quoniam terra usque ad perauēti fluminis diminutionem  
culturā est inepta, inundatione aquæ supra ipsam non finiente. At-  
que tunc spectacula, Iudique augeſcente flumine ab his celebran-  
tur. Autumnus Septembri, Octobrique mensibus celebratur, in  
cuius fine cessante fluminis inundatione, tritium ferunt, quod  
Martio mense maturum ab ipsis euellitur; atque colligitur. Huic  
temporis aer est temperatissimus, æqualis, morbis carens. Alijs fe-  
quentibus duobus mensibus frigidior fit, atque hyemalis. Raro  
decidunt pluie, quod si contingit, tanquam ros est: Cayri inqui-  
s, quandoquidem Alexandriæ Pelusijq; & in omnibus locis mari ad-  
iacentibus pluit largissime, & siepe. Non embrique facilius, quam  
Decembri, id accedit, quod eo mense aer fit frigidior: rarissime  
glacies, nunq; nix, neque grando ibi visitur, cum aer careat tanta  
frigiditate qualiter gigni queant. Hęcque est temperies aeris lo-  
corum, qui a mare longe distant, per omnia anni tempora obser-  
vata. loca mari proxima aere utitur minus calido, & minus siccо,  
ibique largissime, ut dictum est, pluere solet. GVILAND. Tuo de  
anni in ea regione partibus diligenter habito fermone mirum in  
modum sum delectatus, sed quoniam dixisti, Sole tropicum can-  
cri ingrediente aeren ibi ex inmoderate calido atque fluoso,  
ad minus calidum ob ventos à Septentrione spirantes, atq; ne ob  
incrementum Nili fluminis mutari, id illius coeli natura uidetur  
maxime contrarium, quando quis crederet, in calida regione Sole  
terrā ad angulos rectos feriente, aeren à magis calido ad minus  
calidum mutari posse. Ideo cupio te de hac eademq; acri mutatione  
rursum clarius loqui. ALPIN. Tibi ut soleo semper etiam  
hac eadem in re satisficiam.

### *De aeris mutatione ex ventorum Septentrionalium ſpiratione, atq; ex augumento fluminis Nili. Cap. VIII.*

A L P I N V S.

**V**E NYI, quibus ad calorem & frigus aer Aegypti, pre-  
fertimque Cayri permutatur, sunt Meridionales atque  
Septentrionales. Ab his ceteris, ut nuper etiam dictum  
est,

est, ea loca maxime incalcent, veluti à Septentrionalibus refri-  
gerantur. His omnibus tota illa regio est exposita, sed magis  
Septentrionalibus, quibus Aegyptus libere euentatur, à Meri-  
dionalibus vero, cum inter ipsum & meridiem montes quam plu-  
rimi sine, praesertimq; Lybie atque Ehiopie, non ita libere per-  
flatur, raro etenim ipsi perflant, atque non nisi, ut superius dictum  
est, in prima aestatis parte. Perflant vero à Septentrione serpissime  
in anno, sed præcipue tota aestate. Summa enim Dei sapientia  
Aegyptum coeli causa valde calidum Septentrionalibus magis,  
quidam alijs expositum esse voluit, vt ipsorum refrigeratione aer  
illiuscet regionis summe calidus multum refrigeraretur. Ab Orien-  
talibus autem parum vel nihil illorum locorum aer alteratur, quo-  
niam & rarissimi, & paucissimi existunt, quod tota ea regio mon-  
tibus ab Oriente supposita sit, atque ab his connecta. Et ex his  
qui ab occatu spirant, non multum aer alteratur, cum hi temperati  
sunt. Septentrionales itaque venti, qui mensie Iunio flare incipiunt,  
mirum in modum aerem refrigerant, quoniam longissimos  
maris tractus, priusquam illuc accedant, per transiunt, in tam lon-  
goq; itinere ipsi ab aqua maris refrigerantur. Mirari itaque non  
debemus, si hi venti in secunda aestate continue frigus per iter su-  
ceptum spirantes, aerem illorum refrigerant. Quam aeris ad fri-  
gus alterationem fouet etiam fluminis Nili incrementum, à perac-  
tu fluminis aqua refrigerato sive moderato calor is astu. **CYRILL.**  
Quoq; fluminis huius ortum, incrementum, eiusq; causas, ibi ab  
ijs populis auditas, mihi etiam narrare, non piget. His etenim  
probè cognitis, quo pacto Aegyptijs refrigerationem conciliet,  
facile dignoscemus. **ALPIN.** Quamquam ego certò sciam tibi  
viro doctissimo huiuscemodum fluminis incrementum, & eius causam ex  
multorum scriptis esse planè cognitam, nihilominus, cum istud  
etiam ex me narrari volueris, operam dabo, vt tibi moram geram.  
Hoc flumen, omnium vt andio, longitudine maximum à divina  
sapientia in arenosa squalidioriq; Africa factum esse creditur, ut  
illa mundi pars foret habitabilis. Quando summum admirans-  
dumq; omnibus videatur miraculum, terram Aegyptij, Sayerh,  
aliarumque multarum Africæ regionum loca esse fecundissima  
ob solam huiuscemodum fluminis inundationem, nihil enim terra, arena  
excepta ea loca habent. Deus flumen illud ijs populis largitus est,  
ut ea artnosa loca pingui limo fluminis aqua alportato, fecunda-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

rentur, atq; irrigarentur. Qui accuratius eius ortum indagati sunt, atque nouerunt, affirmant nasci proxime brumali tropico ad radices quorundam altissimorum montium, lacum usitissimum sexcentum mille passuum circuitus, facientes, à quo flumen Gion ab his appellatum directè Septentrionem versus procedit, tandemque in mare mediterraneum descendit, ipsumque ingreditur, & ab ipso propè aequinoctium magnus riuis procedit, per mediumq; totius Africae transit ab Ortu ad occasum procedens. Quo flumine Nigro à nostris vocato, hi populi perinde ac Aegypti videntur. Nilus vero, vt ad ipsum nunc redeam, terram Aegypti arenosam, ac omnino sterilem limo pinguisimo aqua larga inundatione obtexit, secundissimamque ac cultui aptissimam reddit. Deusque etiam, quod eorum locutum corpora summe calida, & squalida, prae multoq; celi calore admodum sitientia essent, illis hoc flumen largitus est: cuius aqua omniis pro vsu humano optima epota, corpora ipsorum ab his aeris ardoribus defendenterentur. Cayri vero, vt huiusque fluminis augmentum nunc dicam, singulis annis constantissime (cuius veram causam me ignorare facio.) mensē Iunio, die decima sepeima, Oriente Sole flumen illud augeri incipit, & nunquam obseruatū est, eiusdem augmenti principium ab ea die, & hora consueta deflexisse, quod certè magnum naturæ a renum oīnibus videtur. Mox magis & magis peractum, singulis aliquando diebus ad octo, vel decem, vel ad pauciorum digitorum altitudinem crescit ad summum, quae uero & viginti cubitis. Aliquando etiam, quo d' tam rarisime obseruatū est, usque sex & viginti cubitorum altitudine peractum fuisse, illocum memoria constat. Ipsumq; decem tantum & octo cubitis a uero sat est pro agrorum inundatione facienda. Terminatur uero totum augmentum mensē Augusto, & plerisque usque ad medium Septembrem, vel ipsum augmentū usque ad istud tempus vigere obseruantur, loquor de aqua extra fluminis ripas aucta, quando intra ripas flumen semper decrescat usque ad Maium mensē, & ex hoc tempore inundatio decrescere incipit, continuat hoc aquæ decrementum usque ad medium Octobrem, quo tempore omnis aquæ tumor inundatioque absorpta est, terraq; ob id agricultores semina committere solent. Decrescit autem intra ripas Nilus paulatim ac paulatim ad Maium usq; mefecit, in quo mensibus aqua paucissima, & sc̄e stagnans cernitur.

De huius aquæ  
vtilitate

vilitate, atq; de magna voluptate pro his mittigandis caloribus, postea loquemur. Verum à quibus causis arbitreris tu huiusc fluminis augmentum istud pendere? **GVLAN.** Ab Etefis e tempore flantibus ventis, vt dicebat Thales philosophus, non arbitror, quando nihil in eo flumine cernatur, quod prohibeat, quin ipsum omnem aquam euomeret in mare. Neque minus puto, vt Ephorus affirmabat, solum Aegyptium, quod instar spongei effazit expressionem aquam hyeme suscepit exudando, possit flumen istud augere: Minusq; etiam, vt Euripides, atque Anaxagoras dixerunt, liquatis Aethiopie niuis id fieri posse, quod Euripides his verbis expressit, dicens:

*Aqua pulchra deserens*

*Fluminis Nili, quæ ex terra defluit,*

*Nigrorum hominum, & tunc tumefacit vndas,*

*Quam Aethiopie niues liquantur.*

Niues intra tropicos fieri nequaquam existimo, cum nusquam in Aegypto celi longè minus calidi Aethiopico niues, aut pruine præ acris caliditate visæ sint. Equidem multo ueroiu*m* iudico sententiam Denoeriti Abderitæ, Agatarchidis, Diodori Siculi, Plinius atque Hieronymi Fracastorij, qui dixerunt huiusc fluminis augmentum pluviis in Aethiopia cadentibus acceptum referri, quæ ibi Sole cancri signum ingrediente sunt largissimæ, ac copioſissimæ quadraginta vñq; diebus peruerantes. Quam sententiam Fracastorius, his verbis memoriz prodidit in libro de vita Ioseph, dicens.

*Nam septem annos quid deinde sequentur*

*Infoelix steriles, durosq; Aegyptus habebit;*

*Ipsæ intra ripas demissò flumine Nilus*

*Curret iners supraq; caput, limumq; fracet*

*Non tolleret: Sicca arebunt arua omnia, sicca*

*Solsticia, & nulli descendenter è montibus amnes*

*Confuci pluviarum amnes sub sydere cancri*

*Aethiopum populis, nec hyems aestiva redibit.*

Quod verissimum esse illius regionis accolæ affirmant, cum sepe andiant ex multis ab Aethiopie varijs locis Cayrum profectis diebus quadraginta singulis annis perpetuoq; tempore ibi largissimos inubres, atque continuos è coelo decidere, Cayri in toto ferè augmenti fluminis tempore Etefis, vt iam dictum est, perlantes fingu-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

Singulis ferè diebus ab orto Sole, usque ad meridiem multas nubes nigras, crassis, pluviosas in altissimos usque Lybia, Aethiopiamq; montes propellunt, atque asportant, in quibus montibus hec concrecentes in pluvias vertuntur, que ab his in Nilum cedentes, sunt causa ipsius augmenti. Observatur quotidianus Cayridum flumen hoc augetur, qua die multe nubes supra Aegyptum versus Meridiem à Septentrionalibus ijs ventis asportatae transierint, multum flumen augeri, atque ex contrario clara apparente die, nullisq; nubibus in eo caelo appareatibus, parum crescere. Et haec eorum nunquam fallit, observatio. ego igitur fluminis huius augmentum ab Aethiopicis largis pluviis fieri cum illis doctissimis viris vnde existimo. ALPIN. Neque immerito, ab ipsorum sententia te esse, opinor, quando ex ea nubium ex te nunc narrata experientia, multis observationibus facta, ego etiam animaduerterim verissimum esse assidas, largissimasq; ibi decidere pluvias, atque imbre, à quibus flumen crescit. Imbre nuper dictos in montibus Aethiopia fieri à quamplurimi mercatoribus, qui loca Africae propè Nilum posita peragraruunt, sèpissime audiui. Addo maiorem pluviarum copiam in montibus illis, à quorum radicibus id flumen nasci ex multorum mente, dictum est, fieri oportere, quoniam ea loca per id temporis frigidiora existunt, Sole ab ipsis quamplurimum elongato, atque excelsos montes habent, quorum iuga acerem seruare admodum frigidum credendum est, quia etiam flumen, quod Nigrum appellant, non falso à multis creditum esse Nili riuum, atque ut Nilus crescere obseretur. Pluviae itaque augmenti fluminis huius causa creduntur. Quod eti verisimiliter arbitror, tamen duo de flumine isto tibi nunc dicenda esse iudico, quorum causas naturalibus principijs posse cognosci, nullo modo fieri posse arbitror. Primumq; est, flumen istud in Aegypto constantissime perpetuo tempore singulis annis mense Iunio dieque decima septima, incipere augeri. Secundum est, obseratio futuri huiusc incrementisqua ad quotos cubitus flumen sit percurrentum, praeoscuat, nunquamque à suo iudicio aberrant, neque falluntur. GVLAND. Quomodo hoc utrum esse potest, & quo pacto ipsi augmenti huius magnitudinem praescire possunt. ALPIN. Nilum incipere augeri perpetuo tempore mensis unio, dieque septima decima, omnibus ibi habitantibus notissimum est, sed qua causa id fiat, ego profusus ignoro. Menfe

Mense itaque Iunio ante solis ad tropicū accessum, multis diebus Aegyptij terram illiusce fluminis toto integro anno adseruatam, & siccataam, arefactamque accipiunt, quam lance expendunt, faciuntq; ut ponderum numerus, addentes ac subtrahentes dragmis sedulo respondeat, vt exempli gratia, terra sit trium dragmarum pondere, quam in loco sicco, vndique concluso reponunt, & conservant, quotidieq; librantes, ipsum obseruant nihil autem, nihilq; immunitam pondere esse usque ad diem decimam septimā mensis Iunij, in qua die auctam ipso pondere inserviant, ex cuius pondere multum vel parum aucto, multum vel parum flumen illud auctum iri prenoscunt, à diligentieq; perauerti illiusce pondoris notitia, quoris etiam cubitibus ipsum sit augendum certò presciunt. Huius obseruationis, atque veritatis testes erunt Paulus Marcius Venetus illo tempore pro Gallorum Rege Consul clarissimus, & ex societate Iesu Reuer. Baptista Elianus, & Franciscus Saxius, & Franciscus, Bonus, Ioannesq; Varotus Anglus nobilissimus, qui in multis obseruationibus intersuerunt. Ex qua vero causa hec terra pondere augeatur, non est nunc dicendi locus. GYLLAND. Hęc certè duosunt multa admiratione digna, de quibus nisi à sermone de medicina Aegyptiorum prosequendo, atque absoluendo nunc aberraremus, quando hoc pricipsum sit nobis institutum, ac propositum, cuperem multo copiosiora, ac altiora loqui. quę quidem in commodiorem occasionem consideranda remittemus. Sed tempus est, vt ad alia transiamus, proinde optimum fore existimo, vt tu nunc de Aegyptiorum corporum temperamentis, atque habitu loquaris, postquam ambientis illiusce aeris temperamentum probę narrasti; atque omnes quibus solet mutari, causis recte es contemplatus. Expedito itaque vt de his sermonem instituas.

*De Aegyptiorum corporum temperaturis, atque  
habitu. Cap. IX.*

ALPINVS.

**D**EE operam, vt Aegyptiorum corporum temperiem indagemus finitam, fine terminatam, nihil sane aliud erit, quam tempus frustra consumere, quod si tu mili indi-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

Indicaueris Cayri tantum accolarum temperiem dicendam , non fecus quam Xanthus ab Esopo per doctus, illis, quibus totum mare se potaturum promiserat, dixerat, ipsum prius a fluminibus segregari oportere, responderem itidem, ut Aegyptij à cunctis alijs populis segregarentur, quod sanè difficillimum est, quando Cayri habitatores sint Aegyptij, Arabes, Aethiopes, Abissini, Indi, Persi, Assiri, Damasceni, Græci, Armeni, Turcae, Tartari, Prussi, Vngari, Sclavi, Mauritani, omniumque aliarum ferè nationum . Semper hęc ciuitas fuit publicum ac famosissimum emporium totius orbis terrarum . Hincq; appetat difficultas constituendi , atq; designandi unum aliquod temperamentum, huiuscē urbis accolis omnibus commune . **GVLAND.** Videtur tamen necessarium, omnes, qui eam vibem per multos annos habitarunt, ad aliquod reduci temperamentum , codem tum ccelo, tum vieti vni, que proculdubio natum temperamentum mutare solent . Nam cœlum, cibus, potus , & alij conseruatices cause , corpora necessariò , ut dicebat Gal. in lib. artis med. alterant , atque permutant . Audio vero ibi triplex genus hominum reperi, Urbanos scilicet, vibem habitantes, Arabes, qui degunt sub tentorijs, atque demum Agricolas Rusticosve villarum habitatores . Non videtur igitur tam difficile eis temperamentum unum constitui, atque assignari posse . **ALPIN.** Illorum corpora, quod posterius etiam, atque ex me accuratius audies, vbi rursum ipsorum , tum temperamenta, tum habitus sumpta ex missione sanguinis occasione, cum id apud ipsos valde frequens sit, considerabo, pleraque sanguinea existunt . Certò enī affirmare possumus ipsa cœli ratione esse valde calida & secca statuenda, cum sub calidissimo & secco cœlo habitent. omniumque maximè rusticorum, & secundo loco, Arabum demumque Urbanorum : Quorum caliditatem & siccitatem minuant, & permutant v̄sus frequens, & assiduus potus aquæ, ciborumque refrigerandi facultatem habentium, atque immodeice veneris . Que omnia ita possunt pro refrigerandis corporibus, ut calidissima corpora summe frigida reddere queant . Idque in meipsum factō periculo verum esse cognoui . Nusquam gentium memini me vidisse in tanto numero ita perpingues homines , quales Cayri obseruantur ex viris . Plurimos v̄que adeo pingues inspexi , ut māmas haberent longè mulierum maximis mammis maiores, crastiores, ac pinguiores . Balneis etiam ibi ex dulci aqua paratis, quibus

quibus asiduo utitur, corpora illorum maxime refrigerantur, ex his itaque colligo, pleraque illorum corpora sanguinco, vel pituita per temperamentum constare, præsertimque mulierum atque Eunuchorum. Ex corporis partibus præcipuis hepar calidum & humidum plerique obtinent, atque temperat, qua re multo sanguine abundant. Stomachum vero frigidum, multaque pituita refertum. atque hoc tum ex celo, tum ex viectu, nam ab ambiente summe calido quemadmodum hepar ad modum incalescit, ita stomachus frigescit. dicebat etenim non immerito Diuinus Hippocrates ventres esse calidissimos, & aestate frigidissimos. Quare ex aeris multa caliditate, naturali corporis calore, tum extra ad extinas corporis partes evocato, tum exoluere stomachus frigidior redditur. ex usu vero viectus refrigerantis quis dubitat corpora ad frigidum mutari. Habitus illorum est, vel moderate carnosus & pinguis, vel valde pinguis. Iloquor de urbanis, quando Arabes habent corpora graciliora, atque minus pinguis; Omniaque maxime rusticorum, quorum corpora tum gracillima, hirsuta, squalida, & ferre combusta a Sole conspicuntur. GVLANO. Ex celo, cuius nunc qualitatem perfectere ex te percipi possum illorum corporum temperamenta, qualia tu constitueris confirmare, sed ex viectu, quem hactenus non intellexi, nequaquam proinde cupio ceteris in aliam occasionem reieci, ut tu viectum illocum mihi enarras, quo non solum ea, quae de ipsorum corporum temperamentis tu in mediis attulisti laudare possem, sed multo plus etiam quibus morbis ob hauc rationem ipsa sint obnoxia dignoscam. ALPIN. Verum dicens, At non minus ex cognito ipsorum viectu, longeum illiusve gentis rationem speculari poteris, quando præcipuum illorum longevitatis causam in ipsorum vivendi modo consistere, ego existimem. Viectum itaque quem ipsis affectant, tibi detegere operam nunc dabo.

*Quali viectu Aegypti habitatores nunc utantur.*

*Cap. X.*

ALPINVS.



Egyptius tenui, admodumque fibro viectu utuntur: sed prius tamen quam nossti, in die comedunt, ter siquidem quaterve singulo die cibum symet, quantitate & qualitate

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

State paucum, vni coque ac simplici cibo sunt contenti, ciborum varietatem abhorrentes, neque multum carnium vsu delectantur. atq; plerique illorum aquam epotant, lege illis interdicto vino. Sunt tamen etiam multi Christianorum, Turcarum, atq; Hebreorum, qui vinorum potationibus non fecus quam Vitramontani indulgent. Vsus carnium apud Argypios est temperatissimus, atque non minus simplicissimus, omnes sero arietum castratorum carnis vesicuntur. Aliqui ipsorum pullis gallinaceis frui nunc ceperunt, à nostris mercatoribus perdocti, ramen in carnium esu sunt parcissimi. Gviland. Qualis igitur est cibus illis familiaris, quo perpetuo aluntur, cum ipsis caribus parcissime vesci dixeris? Forsum leguminum, lacticinorum, pescium, si aliquemque vsu illos pro cibo frequentare, atque ijs cibis ali dices. ALPIN. Omnes hincido cibo oblectantur, ipsumque affectant, hincque orizam in iure carnis castratorum paratam, lentesque pisa, & albos ciceres, melochiam, maluan, atriplicem betam, caules, barniam, cucumeres nostrates, & quos Charè appellant, colocassiam, scilicet eius radices, melones, angurias, daictilos, mufas, fucus nostrates, & sycomori, armenica, persica, vuas, mala aurantia limonia, citria, granata. Ex carnibus, ut nuper etiam dictum est, arietum castratorum, quæ ceteris omnibus ibi in pretio habentur, pullos gallinaceos, multi pauperum carnes babulorum, aliquandoque etiam camelorum cibitate confuerunt. Et ex piscibus, quorum vsus ibi est aliquanto familiarior, comedunt lupon, cephalum & multos alios ex Nilo flumine expiscatos, crocodili etiam carnes non fecus quam aliorum pescium multi mandunt. In locis prope mare politis omnia pescium genera, in multa copia optima reperiuntur, quibus omnibus ipsi vesicuntur, salitis quidem maxime ac interim semiputridis. Ex lacte quam plurimos cibos parant, omniaque genera lacticiniorum apud ipsos sunt in vsu frequentissimo, atque hec de cibis particularibus, qui in vsu apudeos sunt, dicta sufficiant, hoc uno tantum cognito, ipsos ciborum varietate non delectari, sed cibo simplicissimo. Multi etenim sunt, qui prandium vel cenam perficiunt, sola anguria vel pane tritico, quo omnes vesicuntur. Ibi enim nulla alia penis genera cognoscuntur, quam ex tritico parata, vel solo iuscule ex radicibus colocassie, vel hammar fructibus, vel melochia, vel oriza, vel lentibus, vel cum alio legumine parato, vel facchari caninis.

viridibus commansis, vel foliis vnis, vel ficubus, vel cucumeribus, alijsq; similibus. **GVLAND.** Sunt ne apud illos optima olera atque fructus piscesque & carnes, quibus illi vescuntur? **ALPIN.** Omnia olerum genera, illorumque fructus omnes nostris sunt longè multò humidiiores, atque hinc etiam insipidiores, quando omniā hæc terram non modice irrigatam, at multis diebus inundatam producere, te vidisse certò sciam. Tanta est eius terra siccas & ariditas, vt si ea à terra abigenda sit, terraque ipsa fecundior reddenda, non sat est ipsam tantum modice aqua irrigari, sed quamplurimis diebus largissima copiofissimaq; aqua vndantem, atque tectam manere. Hincq; hortorum viridiorumque diebus singulis terram sèpius aqua inundare vel demergere solent, ut fecunditati aptiorem reddant. ea item causa omnia illorum olera, atque herbas esse valde humidas, atque nostris insipidiiores arbitror, quibus animalia q; pascuntur carne fieri valde humida, excrementosa, atq; gustui minus suauia non est mirum. Pisces etiam in Nilo nascentes tametsi pinguis atque gustui suaves sint, nihilo minus ad sanitatem tuendam pessimi putantur, nam flumen illud faxosum fundens non habet, sed limosum, neque admodum celeri ac vehementi motu agitur, ipsius aqua limosa & carcosa existit. Quæ omnia non obscura esse inditia insalubrium piscium in eo flumine nascentium Gal. in lib. de succorum bonit. cap. 19. memorè prodidit. Pro potu omnes Aegyptij Mahometis affecti suauissima illiusce fluminis aqua vntuntur, quæ alijs omnibus bonitate videtur præferenda. Christiani vero atque Hebrei etiam vinis vntuntur. **GVLAND.** Hippocrates in lib. de aere loc. & aq. docuit optimam aquam esse quam purissimam, cuiusvis coloris, atque mali, tum saporis, tum odoris expertem. Qualis uero sit purissima Gal. in lib. 1. de simp. med. facult. cap. 5. his verbis docuit, inquiens: Aqua quæ est purissima tribus sensibus indicatur, gustu videlicet, visu, olfactu, gustu si nullam planè qualitatem præferat, sed videatur ab omni qualitate immunis: Visu, si pura sincera, & exquisite clara: olfactu, si eorum nihil est, quæ in aquis vitiiosis esse olfactus testatur, vt aciditas, putredo, acredo, fulredo, aliquodve aliud vitium, quod nomine caret. Docet etiam cognoscere, omnium optima atque pessima aqua quo pacto diagnosticatur, in primo de fauit. tuenda. cap. 2. dicens: Quod si quis est, qui ex noctis potius vim eius prænosce malit, cuius fons è p-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

, tra scaturiens contra Septentriones fuit, Solemque australis ha-  
bet, hanc aegre concoctum iri, tardius transitus esse, putandum est:  
eadem nam, si calefit, frigescitq; tardè: Contra, cuius ad Orientem  
Solem sors erumpit, queq; per meatus aliquem mundum, aut  
puram colatur terram, eademq; calefit ac refrigeratur oxyfime.  
hanc omni etati velissimam esse existimandum est. Hisque notis  
pessima ab optima aqua dignoscitur, quibus certi sumus aquam  
Nilii fluminis probè claresciam optimam iudicari, quando ipsa  
sit omnium purissima limpidissimaq; sub dulci sapore, nulloque  
malo odore. ALPIN. Quis non credit illiusce celeberrimi flumi-  
nis aquam omnium ad viuum humanum optimam ac prestantissi-  
mam esse, ipsa cum longo itinere (Nilus crevit in locu propè sub  
tropicum capricorni postis nascitur, ultraque alterum tropicum  
scilicet canceri in mare r̄isque mediterraneum labitor) tum quotiam  
vibexerat terra plagam à Sole exultam, quam inhabitabilem an-  
tiqui esse arbitrati sunt ob caloris nimium aestum, pertransit, in  
longissimoque itineris traxi fere à Sole percoquuntur, & à motu  
vel agitatione, que in tam longi itinere procello fit, & à colapso  
sue deservita summis montibus facta, flumine ab excelsis locis ad  
ima precipitato probè attenuetur & purgetur. Quid uero non  
faxofum alcum id flumen habeat, sed pinguisimè terra, atque  
optimè ipsam aquarū omnium minime frigiditate posse nocere,  
erit iudicandum. Quibus notis Anicenna aquam illam multis  
laudibus commendandam literis tradidit. GVLAND. Reatè lo-  
queris, sed hoc tempore quo pačio illam que turbidissima est, cla-  
ram efficiunt, ad vsumq; idoneam reddunt. Galenus etenim in li-  
bro primo, de simp. med. facult. dixit, Aegyptios olim ipsa per fi-  
cilia vase percolata vlos fuisse. ALPIN. Alium quoq; nunc mo-  
dum apud ipsos adhiberi, ac frequentari vidi, quo aquam illam  
puram, ac claram efficiunt. Ipsi etenim statim camelis in vtribus  
ē flumine domum asportatam aquam in magno fistili vase oblongo,  
alium latiorum ac rotundam obtinent, binasq; aquas amplio  
ras continent, reponunt, eaque ibi reposita, & proiccta conser-  
tim, quinq; dulcibus amygdalis modice coatusis labra vase im-  
pungunt, & subito manum cum amygdalis in pugnum obseratum  
conclusis, simul cum toto cubito in aquam demergunt, valideque  
hinc inde per aquam cubitum pugnumque impetuofc inouent,  
atque agitant, donec ipsa longe multo turbidiorem reddiderint,  
indeq;

indeque è vase detrac<sup>t</sup>o brachio, dnygdalis intrá aquam relictis, ipsam clareferi sinunt, quæ spació trium horarum prob<sup>e</sup> clarescit, quam è magno illo vase in patulis fistilibus rursum reponunt, in quibus & clarescit magis, & refrigeratur. Plerique incolarum hac aqua ita clarefacta pro potu, atque cibo vntuntur. Alij multi eam pluribus diebus retinere ac purgari, permitunt, vt purissimam, atque quam tenuissimam reddant, quæ proculdubio omnium est aquarum præstantissima. Reftè quidem ip<sup>s</sup>i, quo ad conscrutandam sanitatem, & gerunt, illavientes aqua, quæ ita est tenuis, vt epota subito omnes partes corporis penetrat, quamplurimi ab epotilla aqua, statim largissime sudant, Aliqui mingunt copiosius, atque alij per alatum deieciunt, est enim partium tenuissimarum, leuisima, atque à Sole concocta, ita vt ob id mirum non sit illi immodice die noctuq<sup>e</sup> epotam corpora non credere. Quidnam calida corpora ipsa malum inuantur, nam interorum illorum viscerum calorem, atque incendium contemperat. Hinc quidem Cayri Io. Jacobus Manne medicus doctissimus, & ego de curanda cruentia Turca domini Sangiach renum calida intemperie consuleremus, cum ego pro illo affectu serum lactis caprini commendarem, ridens ait, ecquid sero lactis indigemus, si Nili aquam habemus? Hoc ego tunc risu dignum esse iudicaui, sed multis post annis facta de eius aquæ facultate experientia, non irridenda sententiam doctissimi medici, quinimo sumopere laudandam ac commendandam esse cognoui. GUILAND. Gaudeo tantes laudes aquæ Nili fluminis audiuisse, minusque ob hanc easam minor, si eius regionis accol<sup>e</sup> fibi ipsi persuaderint, aquam illam intra ipsorum corpora suscep<sup>t</sup>am in sanguinem mutari. Siquidem omnes uno ore clamant, ipsam in nostris corporibus non aliis humorib<sup>m</sup>, quam sanguinem generare, & hoc illi à Deo datum fuisse, ubi Moyū precep<sup>er</sup>it, ut aquæ in sanguinem mutarentur. Ex quo tempore creditur hanc aquam vim sanguinis obtinuisse. Hanc diuites omnes epotant, tum simplicem, tum faccharo & succo limonis mistam. Sed hęc sint fatus de illorum cibo & potu, perge quantum reliqua mihi enarrare. ALPIN. Omnes eius regionis homines vigilis existunt, paucissimique fortunati, Vencrem copiosum exercunt. licet enim per legem illis plures, tum uxores, tum seruas mancipias habere pro ueneris viu. Hilares existunt, ociosam quamplurimi viam agentes, exceptis Arabibus & rusticis, qui

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

asperiorum vitam degunt, dulcium balneorum r̄sum omnes cuiusvis sexus & statis ibi frequentant, corporis sanatus gratia, atq; refrigerandorum corporum ab itineribus inflammatorum, non minusq; pro demenda corporum illorum humorum plenitudine.

### *De causis cur longevi sunt Aegyptij. Cap. XI.*

#### G V I L A N D I N V S.

**A**VTO in Aegypti locis homines vivere longiorum vitarum, quam alibi, quando ipsorum permuli annos plus centum vivant. Communis ferè omnibus ijs habitatoribus vita annorum nonaginta solet esse. Causam igitur vita spud ipsos longioris et mihi nunc referre cōpio, quando hominis vitam conseruare, & corrumpere ea, quæ vulgus medicorum res non naturales, & Gal. causas conseruatries, appellat, quisq; nostrum non ignorat. Quæ sunt aer, cibus, potus, motus, quies, somnus, vigilia, excretio, atq; retentio, animalq; passiones. Ab aliquo igitur harum causarum, vel à multis simul coniunctis longiorum illorum hominum vitam pendero arbitror, sed à quibus praferim id fiat ex te audire desidero. Altera. Aegyptios longevos esse, virissimum est, atq; ex eanti superdictis nō unius: de his etenim Galenus cap. 35. lib. art. med. haec scripsit: Alteratur igitur corpus à nonnullis quidem necessario, à quibusdam vero non necessario. Diēo autem necessario, quæ nulla est cuitandi ratio, non necessario autem reliqua. Nam aerem quidem nos ambientem semper attingere, comedere, ac bibere, & vigilare, & dormire est necessarium. Ex his itaq; ea corpora alterantur, ac mutantur, atq; conseruantur. Quamobrem aerem, cibam, potum, ijs populis longiorum vitæ concedere procudabio existimo. Effectus namque communis à communibus causis pendere omnes sciunt, ob id ab aere, cibis, potuq; longam illorum hominum vitam fieri arbitris, quod aer, cibis, potuq; nihil ipsi habeant inter se communius, sed obseruato ac cognito ipsorum aere calido & sicco inquali, similique cum cibis, quibus vescuntur, & etiam potu, anceps sum in vita spud eos obseruata longitudo ab his pendent, vel non ab alijs. Teq; indecirco rogo, qui tum aerem illorum locorum, tum viatum

victum incolarum super narratum audisti; ac nouisti, cuius hac de re sis sententia mihi manifestare velis. **G R I S A N D.** Causam, ob quam hi populi nostris longiorum vitam degant, in primis esse, iudeo, sobrium ipsorum victum, abstinentiamq; tum a copia, tum varietate carnium, atque vsum optimae aquae. Nihil fluminis in potu, atque in cibis. Si quidem omnes Europei, qui crapulas, atque vina frequentant, breuius vivunt, Germaniaeq; ob id & Polonie accolas coelo Aegyptio conterio viventes, quia multis carnibus vescuntur, vinorumq; ebrietatibus absidue operam dant, breuitem agere vitam non est mirum: Plerique etenim (vt audio) non excedunt annum sive etatis sexagesimum. Contra Lyguri longui sunt, quam plures enim Genuesum nonagesimum viuebunt, et certe etiam annum attingunt, temperatissime equi vivunt, viuisq; paucis annis vivunt, atque ebrietates abhorrent. Ob has igitur crux homines Aegyptios longevos fieri arbitror. **A T T I N.** Non videntur mihi haec visus quequa que veritatem continere, neque ita facile te posse medicis persuadere, arbitror vsum carnis & vini esse causam, vi nostra corpora (que illo victu assidue vivunt) sint breuioris vite, quam Aegyptiorum obseruentur, que paucissima carne vescuntur, & minime vini indulgent, aquamq; in potu frequentant. Hoc sane paradoxum ab omnibus indicatum iri sentio: Namq; quis crederet cibos melius nutrientes, probiorumque & copiosiorem sanguinem gignentes corporibus breuioris vita claudit, atque alia minus, plusq; nutritia, & paucioris sanguinis ad durabilitatem conducere? Hoc certe tibi quoque a veritate aliena esse videbuntur. Quis enim medicorum dubitat, vel ignorat vnu optimarum carnium, optimaque vni naturalem calorem angeri, atq; roborari, mutatumq; in suo naturali statu, immutandumq; carne & vino citro renocari, per illin atque sanitati restituiri. In omnibus etiam morbis praecipuum virtus rationem, in qua carnes primum locum sibi vendicant, omnes medici laudant, maximeque ubi vires collabuntur, quibus quam citro probior multisque sanguis gignitur, quo calor naturalis auget ut, atque foveatur. Vinum vero quam citro nutriat, resolutumque calorem restituat, peraugeat & foveat, neminem medicorum ignorare certò scio. Quid igitur dicimus, optimarum carnis, viniisque vsum causam esse quin minus corpora vivant, quando eo victu naturæ vires augentur, atq; conseruentur? Hoc profectè qui affirmabunt im-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

possibile dicere possibile videbuntur. **GVLAND.** Litem mecum  
nunc cœpisti pergrauem, cum me proculdubio multum aberrasse  
haec in re existimes. At nunc etiam edico tibi, sibi causa à me  
propositorum, parado xix. non esse, scilicet horumque vissim carnum,  
viniq; indulgentes minus vivere, quidam illos, qui ab his abstinent,  
aliaq; in viatum assument, nequequam vini potationibus operam  
dantes. Porrò ut de hoc nunc mihi certior apud te sit fides, cona-  
bor rationibus tibi illud persundere. Nam secus eius regionis ho-  
minibus accidit, ac cœli ratione esse deberet: **S**iquidem calidior-  
rem regionem accolentes citius mori deberent, ijs, qui frigidiora  
loca inhabitant, ratio vti q; suaderet, ut hinc non immerito Nico-  
laus Leonicensis in lib. Aristotelis de long. & breuit. vite haec scri-  
pta reliquerit: **A**scepiades inter medicos rari nominis memorię  
prodiditq; videtur, **A**ethiopes quidem trigesimo etatis anno seve-  
scere, apud Britanos vero multos ad cenacsum uisq; & uigescum.  
peruenire etatis annum: quoniam Solis calore apud Aethiopes:  
resoluantur, aescantq; corpora, apud Britanos vero compacta.  
densaq; sicut cœli algentioris causa, & exhalationi caloris nullū  
relinquant locum. Si vivunt igitur Aegyptij, multis annis in ca-  
lidiori illo cœlo, non ab aere, qui multo calore corpora illa refol-  
ueret, aesceretque, sed à nictu longiuscū eundere dicendum erit,  
prefertimq; a malarum causam usq; parcissimo, atq; ab affiduo &  
continuo visu aque illiuscē flaminis. omnium aquarum optimæ.  
Quod qui dem ex hoc fieri facile sciri poterit. Namq; veluti vissim  
moderatissimus, quem ipsi sequuntur optimæ carnis, modicum  
sanguinem generans, natumq; calorem solet, consumptumq; hu-  
midum substantificum reparat, ita immoderatus frequens, uel af-  
fidius, atque continuus non modo humidum nō reparat, caloremq;  
auget, sed cum lepe suffocat, corruptus, atque dissipatur. **A**LFIS.  
Quoniam modo id fieri poterit, cum multis sanguis genitus humidi-  
dum substantificum deperditum restaureret, caloremque natumq;  
non minus peraugeat? **GVLAND.** Quibus sanè modis hoc fieri  
ex me audies, & primo, quoniam malus carnium usus multam  
sanguinis copiam generat, quasi reparandū humiditati substanti-  
ficet, calorique restaurando, & augendo apponatur, tantum ab-  
icit, ut humidum caloremque ea alimenti copia augeat. utma-  
gis lepe suffocet, atque dissipetur. Quo sane modo Gal. dixit in lib.  
de cauī morbo, parvam flaminam multo oleo suffocari & extin-  
gui.

gui. Secundo quia multa carnis copia in stomacho suscepta à calore ipsam alterante, atque in alimentum permutante, ut fiat pro nutrientis partibus alimentum opportunum, omnino vinci, atque mutari non potest. ideo illud alimentum non modo calefacit, sed refrigerat. Hincq̄e doctissime Galenus in libro tertio, de temp. docuit, omne nutrimentum, quatenus est nutrimentum, calorem animalis augere. & ex hoc fieri, quod ab ipso calore vincatur, probeque concoquatur, & mutatur in substantiam partium nutriendarum, ut ipsis omnino similis fiae, quod ibi ita scriptum reliquit: Si namque ex nutrientium sunt generi, siquidem vincantur, calciantur, si non vincantur refrigerant. Et quomodo fiat, in libro de caus. morb. cap. tertio, ita subiuxit. Immodicum alimentum refrigerare, si enim ligna, vniuersum & multa supra paruam flammam coaceruaueris, ob inmodicę quantitatis excessum, ipsam extingues. Quibus hęc etiam addidit: sic optimi cibi, quique plurimum animali affectu nutrimentum, supramodum allumpti in oībos frigidos gererunt. Modica vero sumpta caro probè vincitur a calore naturali, & ob id nativo humido similis facta ipsum nutrit, fouet, & auget. coque aucto vitam quoque longiori, ac conseruari, certa est. Hinc illiusce regionis populi, quo ad carnium usum temperatissimi, longaui fiunt. Addo etiam plurimos illorum vi- no non vt pro potu, lege illis interdicto, quod quantum valeat eius usus affidius & copiosus, ad hominis sanitatem peruenten- dam, Galenus ibidem ijs verbis docuit, dicens: Quamquam vi- nutrienti modice haustum, ut quod maxime proprium alimentum sit, natuum calorem adaugeat, tamen. morbum attonitum, Epilepsiam, Igesiones motus, sensusve immodice sumptum ipsum facere. Et in secundo libro de sympt. causis dixit: tremore cor- ripiuntur, qui sc̄ vino meraco amplius impleverunt, vel multis cruditatibus laborarunt, vel longo tempore cibis replete. Et in tertio etiam de temper. ait: Proinde nec vinum ipsum semper animal calsacit, eque, ut nec oleum flammam accendit, tantuſi aptissimum est ignis nutrimentum, immo, si imbecillę & exi- gue flammę confertim multum oleum insundas, suffocabis eam, prorsusque extingues potius, quam angebis, sic igitur & vinum ubi plus bibitur, quam ut vinci possit, tantum abeft, ut animal

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

calficiat, ut etiam frigidiora vitia gignat. Ideo cum illorum locorum accolē soberie vivant, lacte, oleribus, fructibusque vescentes, minimeque in eſu carnium, neque in vinorum potationibus delenquant, mirum non eſt, si ipsorum corpora multum sanguinem gignantia (quod in plerisque illorum obſeruatur) longam agant vitam. Vinorum genocrofissimorum viſum temperate etiam adhibitum ijs poſſe prodecere non fatis inihi conſtar, quando non calor pleraque ipsorum corpora indigeant, ſed frigore, ne amplius natius calor in bilioſis corporibus exoluatur, ſed retinetur, atque ne ſanguis bilioſior magis etiam fiat. Viſus enim illiusſe aque preſtantilimā multorum illorum corporum ſanguinem, coeli occaſione calidiffimum, tenuiſſimumq; reddit, atque iſum cohibet, minusque aptum morbis efficit. Hinc Germanie, Polonię, Gallię, Anglię, Flandrię & aliorum frigidiorum locorum quamplurimi, ut etiam dictum eſt, ob affluas ebrietates, quibus afflue operam dant, paucis annis viuunt. Multi etiam in Italia quotidiac à medicis obſeruantur, qui ob crupulas, & ebrietates, tum panno tempore viuunt, tum vitam miſerrimam quamplurimis morbis continue afflenti, transiugant. Iſorum alij podagrīcī doloribus, alij conuulsionebus, vel tremoribus, vel vertiginibus, vel aliquo illorum morborum à caloris naturalis iminutione, atque imbecillitate naſcente, ſere per totam vitam vexati.

*Ad vite conſervationem aquae Nili ſuminiſ uſus,  
num uino ſit utilior necne.*

Cap. XII.

A L P I N V S.

**V**ANQVAM omnia de longe Aegyptiorum vitę cauſiſte rectiſſimū locutum fuifſe, atque planē de his ve-  
ritatem artigilſe certo ſciam, nihilominus liceat adhuc  
mihi, de cuiusdem aquae utilitate dubium aliquod tibi reſoluen-  
dum proponere, quando ex ijs, que nuper in medium propo-  
fuisti

fusilli, aquæ viuis ad corporum illorum calidorum vitam producendam, vixi uini accommodior; atque ut ilior esse videatur. Quod ijs contrarium omnino uidetur, quæ de usu aquæ Hippoc. & Galenæ literis mandarunt, namque apud eos constat ab aquæ potu corpora parum iuuari, ex Galeno quæ haec in libro tertio de ratiuæ uictæ in morbi acutis, de usu aquæ leguntur: Tardè igitur iure optimo mest aqua, difficileer concoquitur, atque ergo descendit, quamquam alioqui & optima sit, & culpa omni uacet: Hic etiam ex Hippoc. mente docet aquam, quamquam omnium purissima sit, malo tempore manere in ventriculo, fluctuationesque ut pluriuum parere, atque in bilioso ventriculo etiam corrupti, difficulterque in hepar, thorace, pulmones, renesque distribui: ob idque ipsam, neque spurum educere, neque vrinam, neque sudorem, neque aluam ciere, neque fistulam tollere, ( quod ipsa moretur in amplis ventriculi intestinorumque cavitatibus; nec penitus imas partes permeat, neque eas huicmetet.) neque alere, neque uires roborare. sed hypochondrijs valde esse noxiæ, præsertim hepatis lieniique obstruatis, uel in tumorem elatir. Quomobrem cum haec de aquæ facultate uera utique sint, quis ille erit, qui non uiderit, aut nouerit, Aegyptios falsò ab aquæ etiam illiussee usu fieri longeuer dicu posse, quando, ut iam audimus, paucissime ijs corporibus conducere ac prodesse possit, sed potius sit multum incommoda, ac noxia. Quis igitur audebit affirmare, usum aquæ in ijs corporibus in potu frequentatum viuiu minorum preferri utilitate debere? nemo, vt arbitror, in medicina initatus, id affirmabit, quia hoc ex Galeno diffinirum est in libro sexto epidem. comment. 4. text. secundo, hisce utique verbis: Siquidem uinum aquæ præstar, non solum ad concoctionem, quæ in ventriculo sit adiuuandam, sed etiam ad concocta distribuenda, ad fanguinem creandum, ad nutriendum, ad lotium citandum, & ad corpora diffundi in rectè ualentibus: Valde itaque hinc dubium uidetur, quod aqua ad potum assidue uictata possit corporū cōseruationi conferre, quinimò magis contrarium facere eius usum, ut apud Galenum nostrum nunc legimus, aqua uinum præstare, neque immunitò dictum esse, quando aqua neque concoctionem adiuuare possit, quod frigida ipsa existat, atque à calidis omnis coctio fiat; neque concoctorum

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

distributionem, cum minime tenuissimarum sit partium, difficulterque ac tarde nascera permeet: neque sanguinis procreationem cum ipsa sit à calido, sanguis enim & ipse facultate calidus dicitur: neque nutritionem, cum ipsa non alat: neque urinarum, sudorumque excretionem, neque corporum distillationem, quia ut nuperine etiam dixi, tenuissima substantia non conflatur, qua citò facileque corporis partes penetrat, atque transeat: Atque si optimam hęc facere aquam uerum sit, quid de mala dicendum erit? nonius pessime confurre ipsam nobis posse. Quam multos enī morbos, sequimurque ex earum aquarum usu oriri, in libro de prouidendis morbis a me dictum est. Sed cum hęc uera existant, quęlo quomodo poterit usus illiusque aquę Aegyptiorum longevitati conducere? Cupio itaque hac in te me ualde anticipatae sententię acquiescere, quam nunc audire expecto. **G v r l a n b.** Neque omnibus corporibus aquam improbandam, nō que landandam induco, quinimò magis credendum, atque affixandum existimo aquę usum multis proficuum esse, & multis etiam noxiū: Hinc in quibusdam corporibus aquā vino utilitate esse preferendam, & in quibusdam uinum aquę. **C**alidioribus siquidem corporibus, cui dubium erit magis sole proficuum aquę, quam uini usum, quoniam a nini potius caliditate ledentur, quād inuarentur. Quam rem non ego, sed Galenus tuus docet cognosci, ac obseruari pro corporum temperaturarum, habitumque varietate oportere: quam ob causam, uinum damnat, tum in pueris, tum in ijs, qui sunt calidi humidiisque temperamenti, quibus aquam maltum conferre affirmat, ipsamque pro ijs summe laudat, ut apud ipsum in psimo libro de finit. zuenda cap. vndecimo, legitur: apud diuinumque Hippocratem non minus in libro sexto epidem. comment. 4. tēx. 15. his profecto uerbis: Percalido natura refrigeratio, potus aqua, quietescere. Et Galen. in eius commentario, dixit Hippocr. eam sententiam sole intelligendam de summe calidis corporibus. quod clariss explicavit in libro quinto, de finit. euenda cap. 12. cura dixit: Vinum autem frigidis siccisque naturis uelissimum esse prius dictum est. An vero calidis, omnibus idoneum non sit, sed utilior his aquę potio sit, sicuti in libro de popularibus morbis, sive Epidemias legitur, mutū existimandum. Fortassis enī absur-

, absurduum omnia cuiquam videbitur inuenire, qui athleticus  
,, vel militaris sit, aut etiam sessor; messor, agt arator vel deni-  
,, que, qui r. bussum aliquod opus exercet, aquę tantum potionē  
,, uti: utque in hoc falli Hippocratem, cum calida temperamenta  
,, aquę potionem poscere, absolure pronunciet. Mibi vero Hip-  
,, pocrates non absoluē id, sed de naturis summe calidis, quę uti-  
,, que propter intemperiem tales sint, dixisse videtur. Et si qui-  
spjam contradicterit nobis, quod ei non videatur aquę potu cor-  
pore iunari posse, quia ipsa quamquam omnium aquarum sit  
optima, multum in uentericu moretur, fluctuetque, & tarde  
met per corpus, iecurque atque ienem obstructos vel tumefac-  
tos adaugeat, inutilisque obferuerit ad omnem corporis eva-  
cuacionem, scilicet ad spitorum eductionem, alii, urinam, su-  
dorūque excretionem adiuuandam, atque non minus ad con-  
coctionem & distributionem concocti alimenti, demum quod  
cuiam ipsa minime corpora alia: Respondebitur, hoc planè verum  
non esse, quoniam aquę reperiuntur, quę concoctionem adiuuant,  
non min usque alimenti distributionem citò viscera permeantes,  
sanguinisque generationi fuent, atque nutritioni, minus, quę  
adiuant omnem corporis evacuationem. ALPIN. Quo pacto id  
esse poterit, quando aquę facultas frigida sit, quę semper conco-  
ctionem, sanguinis pro creatione, nutritionem, quę omnia à calo-  
rore sunt, impedit, & substantia præterea eius crassa sit, difficulter  
que corpus permeet, qua viq; evacuationes promouere posse non  
videtur, quando si haec præstare debeat, necessarium sit, ipsam te-  
naciam esse partium, ut angustos meatus membrorum peruadere  
queat. GYLANS. Aquę optimę reperiuntur, quę neq; insigni-  
ter frigide sunt, queq; dulces existunt, quales esse celestes Hippo.  
in lib. de aere locis & aquis cap. 4. memoria prodidit, qui de his ita  
scripsit: Aquę igitur leuisimq; & dulcisimq; & tenuissimq; ac splen-  
didissimq; sunt. Non minusq; aquę nuper dictę Nili fluminis cla-  
refactę, dulces, tenuissimęq; splendidissimę, atque leuisimę exi-  
stunt. Quę sanè omnes præterquam quod ex dulci sapore non  
valde frigidę esse creduntur, sunt etiam tenuissimę, ita, ut celerrī-  
me corporis viscera permeant. Audio etenim ( quod olim cum  
Cayri moram sacerdem etiam obseruauit ) in singulis ferè corpori-  
bus ab ipsis eptis aquis statim vel copiofas urinas, vel sudores, vel

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

per aluum deiectiones obseruari, atq; in hypochondrijs nullam fluctuationem ab ipsis ostendi, loquor de ijs, quae Cayri habentur, & potantur, quando Alexandriæ aquæ constent substantia erassiori, que pessime existunt, tardiissimeque viscerâ permeant. **ALPIN.** Confirmo tuam sententiam, atq; me in omnibus corporibus obseruasse, eisissime illas aquas Cayri clarefactas, vel per alium, vel p vrinam, vel sudorem exiisse, non secus quam serum lacris ac aquæ thermales facere obseruantur. Omnes adquæ cum Cayrum statim venerint in primis diebus semper, ob illiusque aquæ potum, diastræ pati soliti sunt. Mihi vero aquam illam per vrinam, atq; sepiissime per sudorem exire cōtingebat. In estiuis caloribus nocte qualibet sepiissime ob fidem intensissimam, qua omnes tunc temporis ex calore ambientis eructiatur, largissime sepiissimeq; ex ea aquæ bibebū, à qua semper in copiosissimum sudorem statim erumpet, ira, ut quoties eius aquæ cibberem toties semper exudarem. Hyeme vero, atq; alijs annis temporibus non ira calidis non per sudorem, sed per aluum, atq; vesicam aquam illam epotam sc̄re totam exceperbam. Non omittam tibi narrare, me huiusc aquæ largissimo potu vsus, a dolore rerum uehementissimo atq; acutissimo ex calculis orto sanatum fuisse. Porrò cum interim illo iam dicto renū dolore afflictus validè sitrem, multa vasa fistilia frigida ac purissimæ illiusque aquæ plena in ferratis incisæ fenestræ aer expedita proprieiens, vno ipsorum audiissime arrepto, item altero, atq; mox tertio, totam aquam deuoraui, quæ ad minus sex librarum pondere fuerat. à qua alsumpta somno, labore doloris defessus, capior, quo paulo post expurgatus minxi, cum multa copia assuam præ illiusque aquæ quinq; lapillos phæcoleotum magnitudine, quibus excretis statim a dolore liber evasi. **GVLAND.** Petplacet exempla, successusq; hos audiuisse, quos vtique veros esse iudico, cum ea aqua sit tenuis imarum partium, neq; multum frigida, sed potius concoctam esse omnes pro certò habere deberent, cum Nilus totam illam mundi partem permeat, quæ omnium orbis terrarum, vt nuper etiam dictum est, calidissima est, atq; terrâ habeat pinguisimam cuiusvis frigoris expertam. Itaq; cum hec vera sint, quisq; nostrum porerit affirmare, epotam eam aquam posse optimi sanguinis procreationem adiuuare, quæ sumnum biliosorum illorum corporum hepatitis culorem obtinperando, causa est, ut non bils multa

multa, sed multis temperatus sanguis gignatur. Inservit non minus coecocitallitenti distributionem, ob eius partium tenuitatem, qua quascumque partes corporis penetrat, qua etiam substantiae tenuitate minime in ventriculo, aut hypochondrijs moratur, neque fluctuationem parit, neq; hypochondria ledit, quinimo ictori hemicque inflammato auxilio est. Experientia didici, potum eius aqua valde conferre melancholicis ab hypochondrijs efficit. Hac eademque ratione ad omnes excrementorum excretiones utilis est. An vero narrat, quando latissima sit apud omnes medicos sententia, aquam non nutrit, videtur & ipsa ad nutritionem inutilis censuda. Sed Aegyptij affirmant contrarium verum esse, quia hi omnes aquam illam totam in sanguinem in nostris corporibus mutari arbitrantur, ac pro certo habent. Vndeque gignendi sanguinem aiunt oboeiuisse, postquam Dei concessione, a Moysi aqua in sanguinem olim facere mutata. Confirmantque hanc sententiam, quod cernant corpora pleraque illorum incolarum habitu bene carnosò, copiosi temperatiisque sanguinis obseruari. Non minusque etiam quod ipsa dulcis existat, quem saporem, rem haud plane à nutritione alienam significare dicunt. Sed vixunque sit, hoc unum sciimus, eius aqua usi corpora illa optime, ac salubriter visere, & ob id falsam indicio Galeni sententiam, qua omnia aquam noxiā potius, quam utilē affirmat. Si enim hoc verum esset, quonodo tot infinitarum regionum populi vivere vixque possent, continuè aquam potantes. Infiniti propemodum sunt populi tum in Africa, tum in Asia aquam solam potantes, qui reditūtē ualent. Corporaque habent boni tum succi, tum habitus, præsertimque in locis calidis, atque in summe calidis corporibus aqua uis est saluberrimus. Sed non modo in fanis, at in ægrotis non minus aqua uis ad prime opportunus ac utilis obseruatur. Cum omnibus ferè ægrotis aqua in potu pro uino substituatur. Plures existunt, qui uini uis omnino omisso, aquam frequenter in potu, à podagra, alijsque multis morbis præferrunt. Quamobrem, ut ex dictis conclusionem colligam, dico aqua optimam dari, quae neque ad modum frigida est, & quae tenuissima substantia constat, quaeq; utilissima erit corporibus calido temperantibus refertis, ueluti frigidis naturis eadem ratione incommoda, atque inutilis erit iudicanda, in quibus ipsum vinum præferrendum absque dubio erit.

At

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

At de his fatis . Ad alia enim à te tranfundendum puto , fortasseque his haecenus auditis non foret inutile , neque posito ordini auctorita , te nunc eorum corporum morbos recensere , quando nunc acris , ipsorumque temperaments , & viciss rationem omocem audiemus . ALPIN . Recet fides , atque nupse tibi morem geram . Quoniam hec , priusquam prebdia apud eam gentem vilitate cibi aereat incipiam , nos notific vtile erit .

### *Demorbis patrjs , & epidemicis , qui apud Aegyptios obseruantur . Cap. XIII.*

#### G V I L A N D I N V S.

**A**Egyptiorvm corpora haud multis malis esse obnoxia cogito , quod ipsa acre fruante sicciore , qui paucorum morborum solet esse causz : atque etiam quia eos populos sobrie vivere super dictqz est , quem videlicet corpora ab exigitudinibus preferuare quicke nostrum non ignorat . ALPIN . Alter euenire audies , quando ad gignendos morbos plures aliq etiam concurrant causz , neque omnes eius regiones habitatores atque vivere possunt . Multi enim inopia coadi , quorum numerus ibi seruit infinitus , pessimis , tura cibis , cum turbida ac putrida aqua ali coguntur . Multi etiam ibi reperiuntur qui vino vtuntur , non modo ex Christianis & Hebreis , qui omnipre vim vino vt nostri affectant , sed ex Turcis etiam aliqui , prorsimque milites , eti lege interdictus apud omnes Mahometi affectas uini vflis sit , non tamen a vino temperate possunt , sed longe Germanis , Polonisque magis vino & ebrietatis operam dant . Cayri quotidie Turce vino ebrios ab aliis dothos suas portari compescuntur . Vinis vero plerique vtuntur è Creta insula , Rhodo , Cypro , asportatis , que omnium sunt generofissima , omnia enim alia ex Italia , Coreyra , Zacyntho , aduersa , prq nimio coeli calore , acidiflent . Quamobrem cum ibi multi male uictu uentur , aerisque inqualitate , & ueneri immoderata , non erit mirum , eos quoque in multis morbis incidere . Proinde non expertis morborum Aegyptius erit , sed quamplurimis , diversisque

ac periculosis morbis semper scatet. **GVLAND.** Sunt ne apud ipsos multi morbi proprii, vel patrii, quos endemicos Graeci appellant? **ALPIS.** Multi sanè, quales sunt oculorum lippirudines, quas Graeci ophealmias appellant, leprosæ, Elephantiases, phrenitides exitiosissimæ bovinæ paucis horis perdentes, variolæ pestilentes in pueris, articulorum dolores, omniaq; genera morborum, que a capitis defluxu ad inferas partes excitantur, hernia, renum & vesice calculi, phryses, obstrunctiones, hepatitis, licenisq; & stomachi imbecillitates, febres tertianæ, ardentes, hec tæ & pestilentes. **GVLAND.** Non arbitror patrios ijs solum eos morbos dici debe-  
re, cum apud alias quoque nationes ipsi obseruantur, namque in multis alijs locis omnes nuper dicti morbi obseruantur. **ALPIS.** Verum est cosidem morbos alijs non minus populis esse infestos, sed nō perpetuo tempore, vt apud Aegyptios. Apud multos enim populos ophealmias vagari aliquibus temporibus reperiemus, non tamén semper. Semper etiā homines herniosi, leprosi, atq; elephantiasi correpti, eaq; praesertim, qua pedes vere pedibus ele-phantum omnino similes habere cernuntur. Neq; exitiosissimas phrenitides paucis horis ægrotos perdentes ubique reperiari arbitrор, quando Galin lib. 3. epidem. dixerit, nunquam vidisse phreneticos mortuos ante tertium diē, nihilominus tribus, quatuorq; horis multos perijst phreneticos vidi, quorū casus postrius suis locis tibi referam; Neq; singulis annis, ut alibi fit, bis in anno in pueros pestiferæ variolæ vagantur, neque continue artheitici quâplurimi homines quales ibi existunt, reperiuntur, neque renum vesicæq; à calculis laxi, neque singulis annis certo tempore vagantur febres pestilentes exitiosæ plurimæ, neque innumera hominum caterva a cruditatibus stomachi ubique affligitur, ne vexatur, ob quam morborum nuper dictorum familiaritatē, ni Aegypti proprios vel patrios eos appellare voleris, dices tamen ijs populis ipsos esse admodum familiares. **GVLAND.** Vagantur ne per eam urbem Cayri isti morbi quandoque epidemicæ? **ALPIS.** Ophthalmiae, febres pestilentes, nuper dictæq; phrenitides, variolæq; pe-  
stiferas epidemias graffantur. Alij vero morbi sparsum per urbem obseruantur, quos spirodes Cœyri nuncupant, quod sparsum, & non gregarium homines peruidant. etiā omnes, quasi endemij etiā sint, sive patrii, quia ceteris alijs morbis nuper dicti ijs populis sint magis familiares. **GVLAND.** Cupio te nunc illos rurum mihi  
clarior

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

clarior diceret, atque ipsorum causas. Quibus à te narratis, de peste, quæ sepe eam gentem infestat sequuntur, de qua ultra solet, te sermonem habiturum cupio, quod illud morbi genus, quo tempore in ea regione moram traxisti, Cayrum inuasisse, multumq; deuastasse, audiri posse quam rem te de eo morbo admodum scire ac distincte loqui posse iudico. De patriis itaque vel de ijs populis familiaribus morbis, qui tum epidemice, tum sparsum graffari per eam urbem solent, nunc si videtur, edissere.

### *De morbis Aegyptijs familiaribus deq; ipsorum causis. Cap. X I I I .*

A L P I N V S.

**A**LEXANDRIÆ autumno graffantur febres pestilentes multæ, lethales, quæ siccè quam plurimos inuidunt, cum vris, pulsibusq; & calore febrili vñsq; adeo parum à naturali statu mutatis, vt sepe medicos atque egrotos decipiāt. His vero notis pleræq; diagnoscuntur, in principio enim vomitus multi biliosi, ac virulenti obseruantur, à quibus cibum assumptum continere nequeunt, assiduisq; corporis agitationibus inquietudinibusq; vexantur, stomachiq; angore anguntur. In plerisque etiam obseruantur multæ symptomatice deiectiones, liquidæ, biliosæ, varizæ, admodum ægreolentes sive foerentes. Plures cibum abhorrent, neque valde fissiunt, et si lingua ipsi sint siccæ, asperæ & nigre. Incolæ quâm aduenient difficultius corripuntur, atque ab his intereunt. De harum febribi causis illiusce urbis in medicorū uarij sententijs obseruantur. Siquidem aliqui ipsorum alunt, à ventis nasci, qui à proximo urbis lacu spirant. prope ipsam à meridiē positus est Mareotis lacus circuitus, ut audio, tercentum milie passuum. Hi etenim venti vim habent putredines insignes gignendi, quod putres veneficosq; è lacu halitus Alexandriæ populis ipsi inducunt. Aliqui carum pestifcarum febrium ortum referunt potius in putridos, ueneficosq; halitus, qui a subterraneis urbis locis, cauitatibusve palustri ac peffima aqua plenis aeri tunc permiscentur. Urbs etenim hęc rotæ super columnas marmoreas numero fermè infinitas posita, & fundata est, ita, vt fundamenta hęc solum omnium domorum sint, quæ vniuersam omnium eūdium basim substantant. Ideo loca urbis omnia subterranea, inania, ac peruvia existunt, ut affir-

affirmant aliqui , quod ea causa factum fuit ne vrbs terremotibus  
foret obnoxia, vel alijs ita putantibus , vt aqua à Nilo flumine per  
riuum in urbem manatam populus copiosissimam in subterraneis  
illis magnis canaliculis ad vnum per annum conseruaret . Singu-  
lis annis perauerti fluminis illius riuus Caleg vocatus in eas urbis  
exsudates copiosissimam aquam euomit, quæ sequenti çstate fere  
tota absumitur, paucissimaq. remanet, quæ coenola, palustrisq; red-  
dita, corruptitur, veneficaque eusdit, ex qua nunc multi vapores  
suffum eleuati aereni inficiunt, qui pestiferarum illarum febrium  
causa existit . Quod neq. credendum est, quia eo tempore ad pau-  
cam eam palustrem aquam corruptam multa noua ex riuo nuper  
dicto tunc autem fluminis accedit, atq. ei permisetur, quæ utiq. an-  
tiq; vitium, malamq. qualitatem corrigit. Quamobrem veriore  
causaliam illarum febrium esse autum , vt multi alijs quoque confir-  
mant, vsum eiusdem nuper dictæ antiquæ aquæ in potu & cibis.  
Quæ sanci quoq; nouæ confluxæ aquæ, qua ipsi ad cibū & potum  
tunc vti incipiunt, permitta remanet, antiquaq. rectè non residet,  
neq. ab ipsa noua illuc confluxa rectè expurgetur, scaper vsum  
suspectum ad eos fierios morbos reddit . Ideo antiqua aqua pa-  
lustris ac patres facta nouæ permista, ad potum & cibū visitata insig-  
nies parit in corporibus patredines, a quibus q; pestilentes febres  
facile fiunt . Hyeme oculorum lippitudines ibi multe vagantur.  
Plurimasq. Cayri easdemq. per omnia anni tempora homines  
inuadere ob nitidum puluerem, qui continue oculos habitantib;  
mordicat, & calefacit, obscuratur, longe maximeq. in çstatis prima  
parte, quo tempore calor ambientis summe calidi oculos inflam-  
matat, etiamq. morborū numerum auget. Sparsum uero per urbem  
toto anno hę oculorū inflammationes vagantur; atque epidemicē  
plurimę in prima çstatis parte calidissima, inæqualissimamq. ob  
uebementissimū Meridionalium ventorum calorem, atq. inflammatorum  
atrenarū copiam, quæ ab ipsidem ueris asportantur. Eo enim  
anni tempore è centrum hominibus quinquaginta saltē lippien-  
tes obseruantur. Multi preferuantur ab his indagationibus  
oculorum sepius in die algida aqua large oculis lauatis, vel rofa-  
eas, vel aliqua stillatitia, vel Nili flumine clarefacta. Eodem etiam  
tempore vagantur ibi epidemicæ febres pestilentes multe, ar-  
que ille apud eam gentem horrendissimus morbus , Dem el mu-  
sa ab ijs appellatus, qui paucissimis horis hominem perdi-  
Cuius.

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

Cuius morbi exemplum, quod apud nos nouus sit morbus, tibi subiungere optimam esse puto. Erat enim Cayri Paris Christianus omnius Venetis mercatoribus valde familiaris, annos natu-  
ris quinquaginta, temperamento biliose & habitu gracili, qui vna  
die febre cephera, cum capitis dolore correptus, fudauit totum cor-  
pore mucus, excepto capite, quod nihil fudauit. & febre integre  
est indicatus. Dolor tamen capitum remansit citra febrem: manu  
surrexit, solitaque munia obiens illa die, circa finem dolorem perse-  
verante, in angulo dextri oculi rubor cum paruo tumore apparuit  
sine dolore. noctem pre solito dolore inquietam duxit, rubor tu-  
morque oculi evanuit, disparsuitque, tamen erat immunitis omnino  
a febre, nullisque alijs symptomatis, quam a super dicto dolore  
ipse conficitabatur, absque ullo calore febri, circa meridiem ab  
assumpcio cibo dolor perauetus est, caput febri referens continuo  
vomuit cum cibo multa virulentia, uocemque defecit articulata,  
ualde gemebat, non audiebat, non cognosciebat, manuum phren-  
nitica gesticulatio, flacos carpebat, festinasque colligebat. Respi-  
ratio magna, inaequalis, rara per interuum edita. Pulsus inaequa-  
lissimi, durissimi: Hypochondria in principio mollia, mox valde  
tensa. Extrema omnia frigida, minimeque recalescentia, sterte-  
bat, conuulsus est, acq. subito obiit. Tempus, quo febri ante exi-  
tium, non excessit duarum horarum spaciū. Plurimi sunt, qui  
hilariter cenantur instar apoplecticorum morientur, phreneticorum  
etiam notis. Note vero humorum cerebrum levigantia uni-  
tas sunt ex his, que tum pittitam, tum sanguinem, vel billem signi-  
ficant. Omnesque simul significare videntur cerebrum eiusque  
membranas invatisse, tum calidos humores, tum frigidos, esse que-  
es his factum aperirent. Quam sanè affectionem mistam ex le-  
thargo & phrenitide iudicare possumus, illamque esse, quam Greg-  
gi Tiphomaniam appellant. Quod & nomen non minus arabiz-  
cum, quo hunc morbum nominant, explicare videtur. Nam ipsi  
hunc morbum appellante Dem el miaia. Dem enim arabica lin-  
gua sanguinem denotat, & miaia, aquam, quasi morbum dixerint  
ex sanguine & aqua genitum. His humoribus coniungitur infi-  
gnis putredo ac venefica queritas, que subitanæ atque celerrimæ  
exitij est causa. GVILAND. Neque mirum uidetur mihi in hoc an-  
ni temore, quod est prima estatis pars, fieri huiusmodi cerebri in-  
flammationes ex illis humoribus pituitosis ac biliosis, uel ex san-  
guine,

ne, atque ipsas sequientiam exitium quam citissime. Nam cui medico erit dubium, primæ illiusce æstatis partis constitutionem austrinam, summe calidam potuisse subequare à toto corpore in cerebrum maximam partem humorum, in illis corporibus exuperatum. Quo finē modo Gal. in lib. 1. epidem. multos phreneticos factos fuisse narravit exibile, ab austrina cōstitutione in caput sublata. Proprium esse videtur austrinorum ventorum subequare ad caput humores, atque ipsum ledere, vt Hippoc. in lib. 3. aphor. 5. docuit eum inquit: Austrini flatu caput grauantes, sensus que heberantes, & reliqua. Cum itaque in illa æstatis parte uigent huiusmodi venti calidissimi, mirum non erit, si capita illorum habitantium quam maxime ledantur, ab eoq; calore inflammantur, muleisq; ab ipso calore in caput sublati vaporibus, humoribusq; à toto corpore in caput à calore, veluti à cucu bitula aturætis, atq; insigniter putrefactis ab inumodica ambientis aeris caliditate. Exitium etiam tam ciro illos sequi, nos à copia illorum humorum, sed à uenifica qualitate, ab intentissima putredine genita, vt Gal. in phrenitico ab Hippoc. in lib. 3. epidem. descripto tribus diebus mortuo accidisse, memoria proslidit. Illiusce vero urbis habitatorum corpora succis pituitosis, & multo sanguine, atque amara bile abundare à te superius dictum est. Sed hęc obitę diū à me sint, tu uero ne vacuanī tempus demus, perge reliqua mihi enarrare. A L P I X. Rectè sanè dixisti, ex illa primæ æstatis constitutione austrina summe calida, inaequali, atque ab eorum humorum exuperantia fieri eas cerebri lethaliſſimas inflammations, in quibus fit paucis horis exitium, ob intensissimam putredinem illorum humorum, cerebrum, elasq; membranas pellime obliterentem, ita, ut subito virtus animalis extinguitur, atque cum ea vitalis, continua communicata cordi à cerebro laſione, singulis annis seneat Aegyptij hoc malo conflicantur. aliquibus annis plus, ubi plus à Cam plinis ventis molestantur, atque ubi minus q; perfrant, minus etiam id morbi genus ipsi patiuntur, quo innumeris semper intereunt. Eodem etiam tempore grassantur in pueris plurimè variolę pestiférę, contagiosę, qua: oriuntur à ueneficis vaporibus in aerem tunc à putrida aqua riuī fluminis, Caleg vocati, lublatis. Singulis etenim annis suōto eo flumine ad altitudinem decem & octo cubitorum, aqua ab ipso in riuum Caleg vocatum ingressa, perque ipsum transiens, totam urbem per-

D meat.

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

meat, fluitque semper per ipsam à tempore, quo Nilum super dicta latitudine aetatum esse dixi, quousque flumen ipsum crescere desit, que, finito augmentatione fluminis, in alueo Caleg remanet, pauloq; post stagnans facta, putreficit, viridisq; primo cernitur & mox nigra, admodumq; festida appetet. Cuius putredo contracta impensa ( quando fluminis augmentum terminetur mense Octobri, vel ad summi Nouembri, & Iunio rursum mense augeri ineipiat) adueniente prima aestatis parte, adhuc magis augetur, intenseque putri reddita, halitus in aeren exhalat corruptos valdeq; ueneficos, à quibus acr infectus, pueros omnes partem riuo proximam habitantes in pestilentes eos in orbos incidere est causa. Nam ob causam omnes ciuitatis habitatores illam riuu partem habitare timentes, ne ipsorum filii ab illo ueneficio aere moriantur, alio consigunt. Hecq; sunt mala, que Cayri epidemice graffuri solent. Multa alia existunt, que sparsum multos offendunt, quales sunt lepros, elephantiasis, herniaz, arthritis, cattarri maligni ad pulmones, phryses, viscerum obstrunctiones, inflammationes, & scirrhosi tumores, stomachi cruditates, status hypochondriaci, melancholia, renum uisceraq; calculi. Lepra atq; Graecorum elephantiasis in multis pauperibus semper cernitur, qui inopia aquam cenoſam, scmi putredamq; epotant, atque pro vieti carnet bubulam, camelorumque & pisces salitos semiputres, in stagnisq; lacubus, captos, caseumque quandam immodice salitum ac lempitrem ( est enim is omnium ciborum pauperibus familiarissimus, tunc quia ob infidem falsedinem illorum appetitui sit acceptissimus, tum etiam, quia ibi vilissimo pretio venditur. hunc Gibnehalon appellant. Ex quo vieti ipsorum corpora multum sanguinis foeculent, perustaeq; flane bilis, & pituita crassæ, viscidæ, fætidoq; generare ac coaceruare, necessarium est. à quibus humoribus, ad cutim protrusis eos excitari morbus cuilibet nostrum manifestum est. Vagatur & altera elephantiasis, ut nuper etiam dictum est, qua correpti, pedes multis magnis duris tumoribus tumidos magnos atque deformes habent, pedibus elephantium maxime similes, cruribus tumefactis etiam coniunctos, quibus tamen æger nihil doloris sentit, sed ad ambulandum incepit redditus. Multos uidi ipsorum, qui ipsis pedibus calcorum loco ligneis capsulis indentis, incedebant passu lentissimo ac difficultissimo. Hoe morbo correpti multi Cayri cernuntur, ex malo vieti, quem affectant, scilicet

lacet ex pifclua Nili , ac multorum lacuum stagnantium, semiputridarumque aquarum, & colocassie radicum, bambicæ, melochiae olerum uero , quo multam pituitam crassam , lentamque gignunt, quæ ad pedes defluxo illos scirrhosos ad amatoresq; tumores pedibus creat . Non minusq; males carnoas hernias parit . Atque ab hac eademque causa inumeris fieri viscerum obstrunctiones, tumoresq; scirrhosos arbitror . Herniarum omnes species ibi semper vagantur, plurimæque magna anguria magistrinæ cernuntur . Autem aquolas oriri ab vnu affiduo illarum anguriarum, quas appellant Barechel inuia . Hec anguriarum species intra corticem non pulpam, vt in alijs visitur, sed solam aquam dulcissimam cum feminis obtinet: quemadmodum aquam, (cui in illis caloribus omnes libentissime indulgent, ) affidue ebibitam ad testes descendere ob partium ipsius tenuitatem, atque serotina implere aitant . Ex flatibus non minus multæ herniae obseruantur ab imbecillo calore stomachi, ab vnuq; leguminosum, radicum, fructuumq; à quibus multi crassiores flatus ortu habent, qui multis hypochondriis quoque tendunt, atque alias etiam partes . Ab vnu affiduo aquæ in potu, & crudorum frigidorumq; fructuum, olerumq;, & ab immodi- cavenere, usuq; frequenti dulcium balneorum, & ab intensis cœli caloribus plerisque stomachus frigidior redditur . Hincq; multi illorum affiduas stomachi cruditates patiuntur, quorum numerus ferè infinitus Cayri conspicitur . Ego enim cum in via ( vt apud ipsos consuetudo est, vt Imperio cum obdiem alicui medico fiunt, ipsi brachium porrigit, vt pulsus tangat, et si sani omnino etiam fuit, atq; ab eo intelligent ipsorum sanum vel sanum uel segetum, ) mihi aliquando necesse fuisset cuiuspiam Terce Domini pulsus tangere, vt ei corporis statum detegiri, hac arte sum vnu, vt (quando omnes ferè eius loci homines opinentur, pulsus obliteratione medicum posse, usque etiam anularem, ut ita dicam, digitum manus dolentem dignoscere, ) semper inspecta facit naturalem suam colorum, habitum, figuram habente, postquam pulsum recte terti-gissima, dicerem illum recte se habere quo ad sanitatem vniuersi corporis, sed tantum omnium ipsius corporis partium stomachum non omnino sanum, sed lepe à cruditatibus latum, qui frigidior imbecilliorque sit, neque atque cibos omnes probè concoquere, semperq; hac arte usus plurimum honorem apud ipsos sum consecutus, qui me optimum medicum inde crederent . Arthritici

narrandis morbis Aegyptiorum meminimus. Sēpe tamen ipsa ea loca, Cayrumq; maxime atrocissime deuastat, ipsorumque gentem depascitur.

*De peste, qua saepe loca Aegypti inuadit, atq; atrocissime deuastat. Cap. XV.*

G V I L A N D I N V S.

**A**Egyptiorum loca saepissime à peste atrociter deuastari multis notum est, atq; illā ex proximis finitimiisq; locis saepe in illa asportari, in ipsiusque sponte rarissime nati, neq; multos latet. Sed tu de ipsa verius, qui ipsam recte obseruasti loquere. **A L P I N.** Illiusque gentis pestis in alijs omnibus seniorem, atrociorēq; esse existimo, pro erronea Turcarum Aegyptiorumque credulitate, qua omnes pro ceto habent, singulis à Deo præconstitutum esse exitium, exitijq; qualitatem, ita, vt, in bello morituros nullo pacto à peste interimi posse arbitrentur. & solum peste eos mori posse, quibus quidem ab ipsa exitium praefixum sit. Quia vana credulitate omnem pestisrum morbum negligunt, atq; parui faciunt, nihilq; ab eo timent, pro certo credentes, si illis vitam eo morbo finiendam distinatum sit, quin ab eo mortuantur nullo pacto ipso posse effugere, neq; in bello, neque in mare, neq; alio modo mortem sibi pertimescendam. Atque hinc peste Aegyptum depopulante, urbem Cayrum saeissime depascete, nemo ipsorum in ipsa fugam atripit, neque una cum peste infectis versari timet, neq; vestibus, alijsq; lancis, lineisq; pannis pestis contagio infectis uti abhorret. Vester enim, aliaque peste interemotorum defunctorumq; suppelletilia, subito in temporis publice venduntur, & quod magis mirum videtur, quisque ea emit absq; ullo pestilentis contagij timore. Quae sane lues nullo pacto ab ijs formidata, cum de ipsius contagio nulla habeatur ratio apud ipsos, sit vehementissima, saeissimaq; per vniuersam urbem citissime expanditur, & disseminatur, tantamq; tyrannidem in ipso ac stragem exercet, eius contagio ob hominum hac in re negligentiam, in plurimos propagato, mirumq; etiam in modum auctio, vt Cayri anno à Virginis Beatissimae partu 1580. sex septemve tantum

## DE MEDICINA AEgyptiorum

mensium spatio quingenta millia hominum, ut audio, peste perierint. Hoc boni habent ibi peste infecti, atque agroti, quod a nullis deferuntur, quinimo medici omnes peste correptis libere non fecerunt, quam alij in omnibus morbis, medentur, citraque ullum timorem astantes ipsorum curam habent, non fecerunt quam agrotis ab alio falutari, minimeque contagioso morbo facerent. GVILAND. Mira loqueris, at si ignorantie a peste exitiam subsequens illis pena sit, ac supplicium. Quid stultius esse potest, quam oculis cernere pestilentii contagio plurimos interemptos esse, atque non credere, vel dubitare saltem sibi ipsis idem contingere posse, quam credere nequeant ignem omnia combustilia comburere posse. Certe stultissima ea est opinio, planeque; erronea ac falsa, quam non immerito apud eam stultissimam genetem multorum hominum strages, ac ruina sequitur. Quid etenim, non ne naturae etiam repugnat, dicere quoslibet homines ab excellenti aliqua putredine affectione non posse, quamquam non que omnes corripi ab ea possunt, predestinataque cuilibet exitiij qualitate esse, liberaque non esse animalia, at ad particularem moriendi modum predestinata. Ceterum hec omittamus, quando huins disputationis hic non sit locus. Nunc ex te andire cupio, illorum locorum pestilentia a qua causa fiat, atque virum ab aeris putridi inspiratione ex flagrantibus lacubus, vel ab insigni, vehementissimoque calore corpora, ob prauum viatum peccatis multis humoribus scatentia insigniter patescant, vel demum si pestis aliunde contagio illuc potius aportetur.

A.I.P.:n. Plerumque pestilens contagium in Aegyptum ex multis locis peste infectis aportari solet. Rarissimeque ab aeris uirio pestis illa nascitur. & hoc non nisi ubi Nilus immodice ea loca inundat. Aqua etenim longiori tempore terram occupante fit, ut universum illud solum lacus euadat palustris ac stagnans, qui accedente primiq; estatis calore austriano, multo insignior recipit patet dinem. Vel aer illorum locorum suspe natura calidus, & tunc fluminis larga Nili inundatione perseverante, immodice humidus redditur, quod aeris temperamentum ad gignendam pestilentiam effe valde opportunitum ac facile Gal. in 2. lib. de temp. memorie prodidit. Ab halitibus uero putridis ac corruptis palustriam locorum Aegypti, lacuumque aquarum corruptarum singulis annis multi efficiunt, quales sequi solent immodicas fluminis inundationes aliquando ibi factas, pestis annis singulis ibi ex aere fieret. Ex cunctitate

oliditate aeris immodica pestilentiam obortam fuisse nemo hactenus ibi uidit. Observatum vero est, ab insigni aeris calore potius omne pestiferum contagium extinxum esse. nunquam tamen à calore primę cestatis, quod sua inegalitate, aequo calore suffocante potius putrefactionis generationi non parum faueat. Plerunque igitur id genus morbi ibi contagio ex alijs locis asportari solet, rarissimeq; ab aeris vizio. Neque minus verum est, per septen-nium ibi pestem nascl, uel reuinificere. Ex tribus vero locis pre-cipue pestis in Aegyptum accedit, scilicet ex Græcia, Syria, & Bar-baria. Quæ autem ex Græcię, & Syrię locis illuc in hitis, Cayrum que corripit, satis mitis, & minus fera pauciores homines inter-mere obféruntur, becūique tempore tollitur: Sed quæ a Harbariis locis in eam urbem inuechitur, omnium est pernitiosissima, sequi-sma, longissima, plurimos populos depascens, atque stragem mul-tam iplis inferens. Qualis fuit, quæ Cayrum, ut superius etiam dictum est, anno 1580. ex Barbaricis locis meuse Octobri inua-sit, sequiturque per uniuersam eam urbem atrocissime, tantamque stragem innulit, vt ad Iunium usque mensem ( quo tempore pestis contagium, qualemcumq; sit, definire confuerit, perijisse dicaneur) ad minus quingenta millia hominum. GVILAND. Fortitan id con-tingere maioris minorisque illorum locorum ab urbe ista distan-tiæ ratione dicendum erit. Quando Barbarica ea regio Aegypto, tum proxima, tum contigua sit, aliaque loca Græcię & Syrię, pre-ter quod distant, etiam ipsa ab Aegypto mare quoque separata sunt. A 1728. Minime profectò huiuscē rei causa est, locorum ab urbe Cairo distantia, quoniā etiā urbs Bizantium, à qua sepiissime pelte infecta pestilens contagium asportatur, ab ipsa Ae-gypto muleum disset, tamen ut tu probe nosti, Syria multo pro-pinquior est, quam Bizantium. Cur itaque contagium pestilens Cayrum ex Barbaricis locis apportatum diu afflictet, milerrimeq; urben hanc diruat, & deuastet, eiusq; omnem ferè populum de-pascatur, atque ex alijs locis nuper dictis apportatum minus se-quire fit obseruatum, breviusq; tollatur, & minorē stragem pa-riat, ex te nunc audire desidero, qui altioris in abditis naturę arca-nis contemplationis te nouerim. Ideo istuc exte discere expe-cto,

DE MEDICINA AEGYPTIORVM

*Cur pestis contagium ex locis Barbaria Cayrum importatum, diuturnius sit, & magis exitiosum experietur eo, quod ex alijs omnibus locis prouenire obsernatur.* Cap. XVI.

G V I L A N D I N V S.

**N**E videtur nunc propositi dubitationis laborem velle subterfugere, eti rectius ad te is sermo attineret, qui in ijs locis longorem quam ego moram traxeris, nihilominus non desinam tibi satisfacere, de propositi dubij causa meus sententiam in medium proferendo. Causam itaque cur pestis ex Barbaria illuc profecta, sit diuturnior, & exitiosior, existimare esse praestantiam excelleniamque pestilentis illiusque putredinis, cuius contagium uelibus lineis, lanceisq; multis paniis (quas merces plurimi ab ijs locis Cayrum sepe aduident) asportatum, ob causam excellentius esse, atq; citius eos inuadere, multamq; in ipso tyrannidem exercere, diutiusque vigore posse ratio expostulat. Putredine igitur pestis Barbarie locorum existente praestantiori, venenosum ipsius contagium asportatum validius sequiturque eos populos inuadere, quam ex locis Gracie Syrieq; illuc profecti, quodq; fiat in his locis pestis, eiusq; uenenum non ita excellens, non est mirum. ALPIS. Veram sanè nuper propositi dubij causam dictam ex te suisque existimo, sed nondum tamen dubium explicatum ac resolutum esse videtur. Quando non demonstraueris quam ob causam pestis Barbarie putredo vehementius sit dicenda ac indicanda illa, que in Gracie, Syrieque locis obsernatur. Multoq; magis, quod facile aliquis dicere posset, Gracie & Syrie, pestis putredinem Barbarica maiorem potius indicandam, quoniam virgique haec regiones aere uiruntur minus calido, multoq; humidiore. Quem quidem acrem ad excitandam pestilentiam esse apertissimum & facillimum Gal. in 1.lib.de terap. & in primo de diff. feb. testarum reliquit. Hinc Aristoteles in libro 3.de hist. animal. dixit, corpora sanguinea, quod alijs sint temperantiora facilius computreficere. & Hippo. in 3.lib. aphor. docuit putredines humidis temporibus & pluuiosis fieri, atq; uideti. Quas quidem acris

steris qualitates magis habere Gr̄ciam, atque Syriam, quam Barbariam multi nouerunt. Nam scimus, Barbariē acerem cœli calidissimā ratione calidissimum, atque siccissimum esse, & Gr̄cię, Syrię, quae illo temperatiorem, atque humidum magis. ob id eorum locorum corpora ad putredinem erunt valde apta, & facilia, atque ipsorum non minus putredo illa erit excellentior, quæ in Barbariē corporibus excitat. quia ut etiam nuper dictum est, sicciora illa sunt corpora, minusque ad putredinem apta, quinam magis ut putrefiant valde difficultia. GVLAND. Hoc tamen non est ita facile credendum, quando calidioris sicciorisq; corporis putredo longe multo difficultior, nea quidem sententia, cū sit indicanda, quæ in corporibus minus calidis & humidis, ad putredinem facilissimac aptissimis excitatur. Quæ res tibi obscurior videbitur, si me altiori magis stilo ipsam contemplari sueris. A 1 P. Nihil est, quod ego nunc libenter magis faciam, quam te de eadem re loquentem audire. sermo etenim tuus mihi semper nō minus protusa doctrina utilis, quam gratis esse debet. GVELAND. Neminem nostrum esse arbitrör, qui ignorat, peste sine pestilētiā esse corporum ingentem ac summam putredinem perniciōissimi venenā qualitate præditam, quæ squamam stragem in locis ab ipsa infecta inducit. Quam duplēcē habere causam, ex qua fit, cognoscitur, scilicet putrefaciens, atque putrefaciebile, sine causam efficiēt, & materiam. Quæ efficiens sit causa non est scitu admodum difficile, quando omnes medici affirmant, ipsam esse calorē nō naturalem, sine extraneum, naturali contrarium, planeq; inimicum. Naturalis enim calor corpus conseruat, & quicquid in ipsum agit conservationis causā agit. Extraneus vero, innaturalisque ad corruptionem omnia operatur, atque hic est, qui putredinem efficit, naturalem calorē corruptendo ac dissipando, cum ita comparatur, Galeno in 4. lib. de simp. med. facult. docente, ut res quilibet in propria seruitur natura ex calorē proprio, quo dissipato necessaria sequitur corruptio, cum humorē nequeant proprio calore destituti, imputres manere ac seruari, ut in lib. 2. de differ. feb. Gal. op. 2. scripsit, inquiens: Neque enim fieri potest, ut aliquis quispiam ex humorib; talis permaneat, qualis erat ab initio, ne dum quæ ita depravatus, ut natura cultum non amplius suscipiat, sed alterum omnino sequitur, ut scilicet coquatur, apponatur, assimiletur solidis partibus animalis, aut corruptatur; & putre fiat. Qualia

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

ap. 2. vero sit hic calor in eodem libro, his verbis subiunxit paulo post  
,, inquiens: Nam reēte sentire uidetur Aristoteles, ab aliena cali-  
,, ditate oriri putredinem, vocat autem alienam, externam non in-  
,, sitam, neque nativam in quocumque genere rerum, nam hēc con-  
,, coquere apta est, externa autē corrumpere & putrefacere. Nascit  
,, uero hic calor, uel extrinsece, uel intrinsece; Extrinsece ab aere im-  
,, modice vel calidio, ob quā causam aere existēte immodice calido-  
,, etiā putredines propagantur. Hincq̄ fortissē Gal. in li. 3. de tēp.  
,, dixit: At quę corporis nostri naturam putrefaciunt, calida po-  
,, testate existunt. Ex quo quidem acriis calore interdum ortū fuī-  
,, se pestilentiam in hunc modum in primo lib. de dis. feb. testatum  
,, reliquit, dicens: Contingit autem quandoq̄ pr̄cedere ambien-  
,, tis aeris caliditatem immōdicā, quemadmodum in ea pestilen-  
,, tia, quę Atheniensē inuasit, ut Thucidides inquit: Sed in tugurijs  
,, suffocantibus æstatis tempore habitantium corpora corruptione  
,, laborant. intrinsece vero calor hic extraneus excitari solet, prohibi-  
,, ta caloris naturalis respiratione, quod significant omnes putri-  
,, de sc̄bres, quas à putredine humorū ab obstrūctis uasorum mea-  
,, tibus orta excitari solent. Omnes enim humores, siue crassitię, si-  
,, ue copia obstruentes, aliquo tempore necessario putreficiunt. Fit  
,, etiam à quocumque calore immodico naturalem dissipante, atq̄  
,, corruptente. Per calorem etiam extraneum nos intelligere debemus, omne illud, quod naturalem calorem dispergit, ac extin-  
,, guit, ut halitus uenenosū, non tantum caliditas aeris immodica,  
,, quę ad putredendum concarrit solam in corporibus, quę multis  
,, pellimis quę humoribus sc̄tent, non tamen lemp̄. Hęcque de  
,, cauſa efficiens putredinis à me obiter dicta sint. De eo uero, quod  
,, putreficit, dicimus, humores omnes, omnesq̄ corporis partes pu-  
,, trefieri posse, calore ipsarum naturali ab extraneo corrupto & diſ-  
,, sipato, uel eodem ipso etiam calore partis nativo vincente mor-  
,, bosam cauſam, quam putrefactionem nostri suppurationem &  
,, concoctionem appellant, quarum illa in abscessib⁹ suppuratis, &  
,, hęc in febribus putridis obſeruatur. Altera uero putrefactio, que  
,, fit natura uel in parte, vel omnino superata, ut in vehementissimis  
,, inflammationib⁹, quę in canceras, sphaeclosę, dissipato ac  
,, extendo proprio partis calore ab extraneo, permuntantur, obſerua-  
,, ri solet. Omnes itaque tum partes corporis, tum humores com-  
,, putreficere possunt. ALPIN. Credidictim ego humida quętantum  
,, existunt,

existunt, posse putreficere, at siccā nequaquam, cum putredo siccō  
potius tanquam contrario tolli obseruetur, ut Gal. in nuperiūne  
,, abs te recitato libro ita scripsit: Promptissime enim putreficunt,  
,, quęcunque calida ac humida, & multa sunt in calidis locis, nisi  
,, diffari, sumū ac refrigerari contingat. &c in primo lib. de temp. ait: cap. 4.  
,, Deprehendas ex Borea ( qui siccus natura & frigidus uentus est )  
,, omnia quam diutissime imputria durare. Contra putreficere fa-  
,, cillime austriño flatu. Est enim is ventus calidus & humidus.  
Idemque affirmauit in primo lib. epidem. his utique uerbis: Au-  
,, ster dissoluere corpora consuevit, humorēque fundere, adeoque  
,, putrefacere sinul, ubi cum largioribus sit coniunctus imbris.  
At manifestiorem hanc rem fecit in lib. 3. epidem. dicens: Et pu-  
,, tredo omnis ex materia quidem gignit humida, ex cauſa vero effi-  
,, ciente, extraneo & prēter naturam calore. Sed quid Galeni testi-  
monio egemus, cum omnibus medicis manifestissimum, atq. apud  
ipſos obliteratissimum sit, carentia humiditate non putreficere,  
quamquam corrupti quęcant. Carnes etenim aceto, siveque im-  
putres ob id feruari per multum tempus, quod minus ob hec hu-  
midæ reddantur, cuiuslibet nostrum notum est. Hinc colligam fo-  
lium humida putreficere posse, minimeque siccā. CIVILAND. Re-  
de sanè dixilis, si actu que sunt humida & siccā intellexeris, cùm  
sieri nequeat, ut aliquod putreficat, quod omnino siccum actu de-  
prehendatur, necesse enim ei esse aliquam humiditatem, in quam  
putredo accendatur. Nihilominus possunt multa putreficere actu  
humida, quę siccā etiam sint potestate, veluti vinum putreficit, flau-  
za, atraqꝫ bilis, potestate omnia siccā. Biliosar enim febres, in-  
flammationesque erisipelatodes flauam bilem putreficere signifi-  
cant. Humida uero actu, arque potestate facilis putreficunt, ut  
sanguis, lac, & alia multa. Difficiliusque aliquo modo siccā, &  
impossibile est actu potestateq. siccā posse putreficere. Haecq. suf-  
ficient de pr̄cipuis causis ad putrefactionem concurrentibus.  
Demonstratq. est putredinis causam esse electricem esse calorem.  
extraneum, & materialem, & omnia quę actu habent humiditatem  
aliquam, faciliusque putreficere actu & potestate humida, ut san-  
guis, difficulterque siccā potestare, & humida actu, ut bilis, mini-  
me vero omnium putreficere actu, & potestate siccā, ut ossa. Ab  
hi, igitur discam, putredinem p̄fici Barbaricę regionis habitan-  
tię esse vehementiorcm, intensioremq. ea, quę ē Syrię locis

comm. 2.  
text. 62.comm. 3.  
text. 1.

frum-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

erumpit. Apud me enim constat priorum hominum corpora calidi siccique esse temperamenti, ut indicare satis aperte videtur habitus ipsorum omnium fere corporum squalidus, gracilissimus, durus, ac nigri, exuviis, coloris: Grecorum vero, atq. Syrorum corpora calida & humida existunt, temperata, multique sanguinis, & habitus carnosus moderataeque pinguis, floridiqe non minus coloris. Ideo haec ob humiditatem facilissima sunt, vt putrefiant, & illa ob siccitatem ad putrefactum difficillima. Quia cum ita intense ac excellenter putrefiant, putredinis intensiorem gradum, lapsus a suo naturali statu, certe explicat, qui in ijs maximus est. Nam secca omnia corpora non ex quavis causa facile, vt humida, putrefiant, sed ex praeualidissima causa, qua necessario praeualidam putredinem illam etiam iudicabimus. Hinc hyeme atque in senibus febres exortas maiores ijs, que in astate, atque in iuuenibus sunt, affirmamus. quod ijs magnus lapsus obseruatur, qui illarum esse praeualidas causas explicet. Barbarica itaque corpora secca ac squalida, peste correpta, necesse est affirmare, ex magno in ipsis lapsis obseruato, causas putredinis habuisse praeualidas: & consequenter putredinem factam intensiorem ac excellenter illa, que in temperatis corporibus (qualia sunt Grecorum, & Syrorum.) fit. in illis enim ad putredinem ob siccitatem magnus, & in his ob humiditatem parvus lapsus obseruatur. in quibus parvas ad putrefactionem, & in illis praeualidas concurrisse causas dicendum erit, ut in scbre aestatis, & hyemis. in hac enim ad concitandam febrem praeualida causa est necessaria, veluti aestate quam facile ex qualibet causa homines in febres incurunt. Quam praeualidam causam purificantem corpora Barbaroru, per sequore ac siccitate ad putrefactum valde incepta, necessario esse calorem extraneum in ijs corporibus suscepturn existimo: si enim praeuoviuta ipsi venterentur, suspicio esset de intensissimo ambientis calore, ut ab ipso ita excellentem susciperent putredinem, veluti apud Athenienses olim ortam fuisse pestilentiam ex Gal. super dictum est. Ceterum vel ab aere, vel ab aliqua alia causa hic extensus naturali contrarius calor ea corpora putrefaciens, accedat, obscura non est causa, cur illi ita intensius ab ea putrefiant. Quando iam priori causa, ( quam ego omnino ignoro. ) alia coniungatur, quia cur in illis corporibus intensiores illae generentur putredines, declarat. Namque omnibus manifestum est, humores omnes,

omnes, partesq; corporis proprio calore deflitas<sup>t</sup>, ab alieno vel extraneo computrescere. vt Gal. docuit in lib. 4. de simp. med. faciliat, atque, ut nuper quoque dictum est, humores naturali ac proprio suo calore defititos ac priuatos, putredinis expertes feruari non posse, sed necessario putrefactioem. Cur igitur ijs probè auditis cur Barbarica corpora sub continuo calidissimo coelo degentia, tam intensam contrahant putredinem, admirabimur? quando in maximus continuusque, quo d semper experiantur, calor absque aliqua refrigeratione, illorum corporum naturalem calorem dissipet, & dissoluat, ipsaq; corpora extraneo ad putrefactioem agenti subiiciat, atque etiam cum frigore careant, non difficitur, ac refrigeretur. Acer enim summe calidus, continuè marcescit, pessimumque fit, atq; corpori calorem innatum corruptit ac dissoluit, quo dissoluto intensissimas fieri putredines non est mirum, atque ab his pestiferos morbos, qui caloris adiumento, & latius expanduntur, & acutiorcs sauiores que evadunt, non fecus quam di- cunt medici, uenenorū calidiora magis, & minus calida, minus ad nocendum esse efficacia. Hincq; colligunt multi, in locis sub frigidiori coelo positis homines mitiore pestilentiam pati, ut in Boemia, Germania, Polonia, & alijs frigidioribus orbis plagi obseruatū est, ibi etenim pestilentiam mitissimam, ac ipsis admōdum domesticam patiuntur. Cum igitur Barbari ex continuo immodicoq; celi calore (summa enim calida regio est Barbaria) naturali calore imbecilli, ac paucō fruantur, mirum non est si ipsorum corpora excellentissimas suscipiunt putredines, & Greci & Syri temperatori coelo urentes, si multum innati habentes calorem non ita intensas excipiunt putrefactiones, quoniam apud ipsos calor extraneus debilis est, & insitus multus, ncluti apud Barbaros insitus paucus, & extraneus multus. mirumque ob id non est, si Barbarorum corporum peste infectorum putredo sit prestantior ea, quam Greci, Syriq; patiuntur. & cuius non minus contagium apud hos minus excellens sit, ad hominesque infieiendoz præpotentius apud illos, excellentius, acutius, præqualidiusq; . atque hæc de uelmentia pestilentis illorum putredinis, contragij fortitudine, ac imbecillitate, ex efficientis causa ratione indagata dicere volui. Nunc vero de eadem re ex materiæ putrefactentis occasione

discera

## D E M EDICINA AEGYPTIORVM

differamus; Nam multa existunt à materia, quæ ibi putreficit, cognita, quæ eam pestiferi contagij prestantiam maiorem & minorum confirmant. Siquidem corporum humoræ ibi putrefactantes majori ex parte, cœli utique ratione biliosi, atque exusti existunt, qui quanto sunt ad putredinem difficiliores, eo putredini intensiore acutiorumque putredinem excipiunt. Quod quidem clarissime significat symptomata, ac morbi ex putredine biles, ac atrabiles, vel exustis humoribus orta, quæ omnia acutissima, vehementissima, atque horrendissima existunt, ut medicis praxim exercentibus notissimum est. In febris à putredine bilio sordium exstorumq; humorum ortis, seuissima symptomata, ac horrendissima obseruari, quæ ægrotos male habent, citissimeq; aliquando intermittant, cuius planè clarum est. Accedit quod putredo in secca materia suscepit, longe illa, quæ in humida accenditur, acutior, atque diuturnior esfit, ut cognoscere possumus in omnibus formis arte factis tum in secca, tum in humida materia receptis, in hac enim quæ excepta sunt facile corruptur, atque citè delentur, in illa, maxima difficultate, atq; longo tempore. Cui enim ignotum est, figuram in cerā facile imprimi, atq; facile corrupti, ac deletri, in ferro & lapide quam difficillime, & tardissime? Non videatur itaq; à veritate alienum affirmare, contagium pestis Barbaræ in corporum humoræ sicciores accensio acutius, excellentius, diuturnius, Græco ac Syriaco, quod à putredine promanat in corporum humoræ humidiiores, (quando haec corpora calida & humida, & illa calida & secca existant.) esse indicandum, ideoque in Aegypto ex Barbaria aduectum, vehementius incolas pernadere, atque ipsos atrociter depasci, diutiusque quam alibi vigere atque perseverare, insignemque ibi hominum stragem inducere. Hasq; puto causas, cur pestiferum contagium ex Barbaræ locis peste infectis illuc aportatum, citius plurimos homines inuadat, quam ex Græcia Syriaque locis profecto, atque diutius ibi uiuit, atrociterq; eam gentem feriat, atque perdat. His auditis, audiendum etiam est tempus, quo ibi pestis manifestatur, & non mihi cognoscendum est, quanto tempore duret, quando audierim, lumen incus Sole gloriosum tropicum permeante, omnem pestileniam ibi consumi, atq; aboliri. Ideo istud mihi nunc narrare non te pigiat. ALPIN. Libentissime a te nunc expetita, dicam. atq; nunc, ne tempus fūstra conteramus, etiuni loqui incipiam.

Quo

*Quot tempore pestis loca Aegyptia invadere soleat,  
& quo tempore ipsa desinat. Cap. XVII.*

## ALPINVS.

**D**E STIS Cayri, atque in omnibus locis Aegypti invadere soleat, eos populos solet incunee Septembri mense, usque ad Iunium, his enim omnibus mensibus à Septembri ad Iunium usque pestis aliunde per contagium illuc asportata, eam gentem invadere solet. Quae primis in his mensibus accedit omnium est fruissima, maximeque si à Barbariae locis proficiscatur, universem etenim ipsa illam urbem asperre depascitur, multos, prope modumq; infinitos mortales perdit. Minus sua est, quo tardior illuc accessit, videriq; incipit, ita ut quo tardius uenerit, eo mitior ac brevior sit iudicanda: quoniam cum angustam habeat temporis spacium, quo serpere per populum poscit, nequit omnes suas in homines illos vires ostendere. Iunio vero mense, qualiscumq; & quantacumq; sit ibi pestilentia, Sole primam Cancri partem ingrediente, omnino tollitur, quod multis planè diuinum esse non immixito videtur. Sed quod etiam ualde mirabile creditur, omnia supellecilia pestisq; contagio infecta tunc nullum contagij effectum in eam gentem edunt, ita, ut tunc ea vrbis in tutissimo ac tranquillissimo statu reducantur, ex summe morbo. atq; morbi particulares sporadicè à Græcis uocati, tūc apparere incipiunt, qui nusquam gentium tempore pestis apparebant. GVLAND. Sed nunquid alijs tribus sequentibus mensibus pestis illuc profecta populam illum corripiat, atque quam ob causam omnis pestilentia mense Junio abigitur, atque omnino desinat, libenter etiam nunc ex te audirem. ALPIN. Iunio, Julio & Augusto mense nunquam ut Aegyptij affirmant, uisa est pestis illuc ex infectis locis profecta, que eos populos invaserit. Quam nero ob causam ab Aegypto illo mense omnis pestilentia, quantacumque & qualiscumque sit, tollatur, nunc uenari ac indagari conabor. Arduam fanè ac difficultam hanc cognitionem esse existimo, proinde non ita facile à me excoxitata causa preferenda est, sed prius ipsam ueritati comparare, ac refutare contemplari debeo, & mox in lucem proferre. GVLAND. Sapienter istuc illo pacto facies, sed quoniam tandem ibi cum ea gente uersatus es, non dubito illiusce effectus ueram ac certam

## DE MEDICINA AEgyptiorum

certam causam te ab ijs accipisse, atque didicisse, uel te ipsum ratione atque eventibus indagasse. Cupio igitur te nunc de his audire.

*Qua causa Cayri qualiscumq; pestilentia sit, mense Junio omnino tollatur. Cap. XVIII.*

### ALPINVS.

**N**IHI est, neque fit aliiquid eo in mense, scilicet Junio, quod urbem a pestifero morbo infectam in salubrem statum mutare dignoscatur, Nihil uminis excepto augmento, quo d ipsum constantissime die septuadecima mensis Junij, aeris illiusce temporis mutatione ab immodico caloris efftu inqualissimo, ab Austrinis, Eurisque uentis, ut nuper dictum est concitato, ad acerem minus calidum, sed e qualiter, & continuum, sive ab Austrina morbofa constitutione in Septentrionalem salubrem facta. Namque aer tribus fere mensibus ante aestuum Solstitium, quo tempore vniuersum pestis contagium absimitur, interrupte calidissimus, fereque suffocans animalia, ex Austrinib; Eurisque uentis interrupte, ut superius sedulo narratum est, calidissimum spirantibus, obseruatur, inaequalissimusq; etiam, quia i; venti nondiu perseverant, sed paucis quibusdam tantum diebus, plerumq; tribus spirare soleant, & mox desinere, a quibus subito venti alij persulant, admodum corpora refrigerantes. Atque ab his patet post diebus rursum summe calidi redcant, aceremq; non parum ab alijs refrigeratum ad immodicum calorem conferunt mutant. Quamobrem aer calidissimus, estuofissimus, inaequalissimus, pestiferusq; ijs tribus mensibus ingruit, & qui ipsum itidem sequitur, accidente Solsticio estivo, eti ualde & ipse calidus fit, est tamen continue equalis, uniformis, non confertim, sed sensim ac sensim mutationes, que coeli ratione fiunt, infrens. Accedit etiam per id tempus Septentrionalium uentorum, quos nostri Etesias appellant, spiratio+. Incipiunt etenim Sole signum cancri ingrediente, & Septemtrione i; uenti spirare, qui totis Iulio, Augusto mensibus constanter, placidissimeq; persulant, & toto fere Junio mente Campiniis uentis absorptis, iudeas Septentrionales uenti orti, constanter

Itanter spirare incipiunt, hiq[ue] procul dubio existunt, quos Gal alijq[ue]. Prodromos vocant. Hęc q[ui] per id temporis incipiunt obseruari, à quibus fortasse non immēritō causam extinctionis pestis, morbosique in salubrem statum mutationis pendere arbitror, quando nulla alia ex conseruaticibus causis, quas vulgus mediorum res non naturales appellat, aere excepto, ibi eo tempore appareat, in quam morboſus status insalubrem mutationem referre possumus. Ideo necessarium erit, huiusc mutationis causam aeris mutationi acceptam referre: & quoniam tunc aer mutatur ab aſtante calore, inæquali, in minus calidum, & æqualem, atq[ue] continuu[m], mirum non erit, si, quemadmodum prius acre à Campis n[ost]ris uentis, calore suffocante, atq[ue] ineq[ual]issimo, quipp[er] modo calidissimo, modo frigido effecto, ac vigente, morbosus status obſeruabitur, ita eodem in minus calidum, atq[ue] ineq[ual]em, & continuu[m] mutaro, etiam morbosum statum in salubrem mutari, non immēritō dieendum erit. Corpora enim in hoc aeris statu valde calido, continuo, ac omnino æquali, ſemper celfaciente, difflantur, aperiuntur, evanescunt atque exſecantur. Nam quifque per id temporis ſepulture per diem largiflamine exudat, quo fit, ut pefiferum etiam contagium ab aeris insigni & affiduo calore exolu[i], atq[ue] difſipari non iniuria fit credendum. A Nili fluminis facto augmento, aarem in hunc statum mutari posse aliquibus forſitan videbitur, quod eodem tempore, ſcilicet Sole Solſtitium tenente (cū annis ſingulis flumen etrefcere incipiat die decima septima mensis Iunij) conſtantissime obſerueretur, hunc aeris ſalubrem statum uagari. Quod ſanè ita non eſt ostendit illo tempore, quo ibi omne pestilens contagium abſumitur, Nili incrementum obſcuriffimum, ac pauciflimum eſſe, ex quo aer non poterit uisque adeo alterari, ac à priori ſtatū mutari, qui poſſit morbosum eius ſtatū corriger, aut omnino tollere. Itaque illius ſequenti incrementum eſſe in cauſa ut pestilentia illa definat, non erit credendum, quando alio tempore euaneſcit pestis, & alio flumen ſuum fufcipiat augmentum, quod aarem multum alterare queat. Pefitis extintio nihilominus coincidit cum ſuminis augmenti principio, ſed quia inerimenta initia tenuia ſatis ſunt, atq[ue] ita obſcura, ut uix ab omnibus diognoscatur, per id temporis inceptam eſſe illiusce auſtione ita, ut uel nihil, uel parum aer preſentis eius temporis, à priori ſtatū mutatus ſit. quomodo itaque aer uel nihil, uel paruſſim mutatus

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

tantam vim habere potuerit, qui possit mutare statum pestilentem in saluberrimum? certè nemo hoc affirmare audebit, nisi dixerit etiam tolli pestilens contagium ab oculta aliqua causa, ueluti principium quoque augmenti fluminis illius per singulos annos, eodē mense, die, & hora cōstantissime ac semper obseruatum, ab eadem oculta causa pendere multi non immeritò affirmant, quando huīus perpetuo incipientis augmenti causam posse naturę principijs indagari, ac uere cognosci, nullo modo posse fieri mihi videatur. Hincq; anticipes nos nō immeritò fieri, quod Nili aquę illud augmentum ex pluvijs Aethiopum principium habeat, quoniam nulli pluviae semper fieri incipiunt eadem tum die, tum hora, ut podint eadem die semper flumen aliquod augere, quod si uerum esset, unique dubitare omnes possent, causam generationis pluviarum, in aeris temperiem inconstantissimam reserri debere.

Quare nos videtur verum esse, pestis illam dissolutionem tempore eodem, quo flume naugeti incepit obseruatam, posse a Nili augmentatione causam habere. An uero ipsa referri possit in Etefiarum spirationem, quando hi venti tunc spirare incipient, placidissimeque per totam g̃stac̃m continent? Sed non defuncti aliqui, qui ventos (quod ipsi incipient accidente Solsticio caneri,) esse Etefias denegent. Namq; omnes, qui de his scripsere, eos flare incipere à canis sidere ortu affirmant, vt Gal. in lib. de cauf. pro catarr̃. atq; in 1. epidem. memoria prodidit. De his uero Plinius in 2.

lib. Nat. hist. script̃, ita dicens: Ardentissimo autem estatis tempore exoritur Caniculae fidus, Sole primam partem Leonis ingrediente, qui xv. ante Augusti Calen. est. huius exortum diebus octo ferme Aquilones antecedunt, quos Prodromos appellant. Post biduum autem exortus, ijdcm aquilones constantius persant diebus quadraginta, quos Etefias vocant. Cum igitur Cayri hi venti constanter flare incipient sub Solsticio g̃stiso, non poterimus statuere eos esse Etefias. Gviland. Non ob id tamē ita facile negandum crit, quod Cayri venti illi solitum tempus, quo in Italia Etefias flare multi scripsere, antecedunt, ferè per mensem non esse Etefias, quando alia corem uentorum signa obseruentur. Nam ex Septentrione ipsi spirant, constanterq; sicut diebus quadraginta, & multo pluribus etiam, non asperique, sed summe placide spirant, dieq; ab ortu solis incipientes auram frigidusculam efficiunt, qua omnia tales uentos denotant. Quam uero ob causam ibi inci-

incipiant sub Solstitio estiuo, & Italiz in locis eo tantum Solstitio peracto ab ortu canicule per aliquot dies, ibid longiori quoque tempore, quam hic obseruetur, spirant, non est nostrum nunc considerare, ac contemplari. Neque planè veram esse Aristotelis sententiam in lib. 2. meteororum literis traditam, hinc dubitari possit, quando is dixerit, à reuersione Solis à Solstitio Cœncri, dum Leonem ingreditur, Sepe centroni multo calore communicato, ab eodj eorum locorum niuibus glacieq; liquatis, flatus inde excitari, à quibus Etefia ortum habuerint. Quando in Aegypto Sole ad tropicum accedente, Etefia fiant. Quod si ita esset, proculdubio aut eodem tempore, tum in Italia, tum in Aegypto obseruarentur, aut prius in Italia sentirentur, quam ad Aegyptum pervenissent. Sed cum prius ibi conspiciantur, dicendum erit ab eadem effectorice causa ab Aristotele significata, scilicet calore, eos ventos nasci, sed non à liquatis niuibus, glacieq; locorum Septentrionalium, sed Greciæ aliorumq; Aegyptiæ minoris, que sunt Aegypto proxima, que habent excelsos montes, à quibus niues calore liquefacti Aegyptijs locis mandantes, illos prosequi uentos efficiunt. Non puto igitur ab re niuac ex te dictum esse, illos uentos incipientes flare in Aegypto, Sole Cancrum ingredienti, & perdurantes fece toto mense Augusto, esse Etefias. Tum modo perge ad incepit reliquum orationis. ALPIN. Ab his igitur ventis aerem alteratum, esse causam cui pestis illa dissoluatur, multi illorum affirmant. Quod etiam non vi detur penitus à ueritate alienum, quando id multis etiam rationibus nobis persuaderi possit, in primisque ex contrariorum naturæ ratione, namque nulli dubium est, austrinos eos uentos, quos diximus ab ijs populis Campum nuncupari, natura ac qualitate opponi Septentrionalibus Etefia vocatis: Quod cum verum sit, non erit mirum, diversum planeq; contrarium statum, cum Etefia ventis dominatur, aerem habere, ab eo, qui Campinis oppositis spirantibus prius obseruabatur. Ideo si his videntibus in aere status aeris fuerat morboſus, proculdubio ipsis absorptis, Etefiaq; opositis flare incipientibus, cōstanterq; flantibus, in oppositum, qui est salubris, ipsum mutari debere affirmandum erit. Accedit natura Etefiarum, que aduersatur pestilentibus constitutionibus, quemadmodum austrina putrefactionibus fauere, obseruatur, quod Gal. in primo lib. de temp. ita scriptum est,  
reliquit. Deprehendas ex Borca, qui siccus natura & frigidus uen-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

„ tuſ eſt, omnia, quam diutiuſiue impotia durare, contra putrefactio-  
re facilime auſtrino ſatu. Amplius particulatim Calido ventos  
aeri ſalubritatem inducere in multis locis nos docuit. in lib. enim  
3. epid.  
comm. 3.  
text. 71. „ tempore ſi Eteſiſ ſpiraſſent, morboſum humani corporis ſtatuum  
„ omnem abſteriſſent. Aeftatem Eteſiſ carentem admodum mor-  
boſam eſſe pluribus in locis ſcriptum reliquit. Et proinde Hippo-  
„ eſtatem pefilentiſ naturę deſcribens, ait: Aeftus ferena erat & ca-  
lida, magni erant gſtu ſ. Eteſiſ paruq; diſperſim ſpirarunt. Ex  
hiſ igitur dicere poſſumus illuſce pefiti abolitionem uel extin-  
ctionem ab Eteſiſ tunc flare incipientibus, acremq; in oppofitam  
temperie mutationibus, non partuam occaſionem, vel cauſam ha-  
bere poſſe. Dicunt etiam multi, quod calor eſtatis immoſeratus  
diu durans, abſque quod conſtrario aliquo frigido vento diſſettetur,  
ac ventiletur, non poterit diu feruari quin corruſpatur uel pu-  
trefiat, veſticamq; acquiret qualitatem. Non poſſe uero pefitem  
illam extingni atque deleri ab Eteſiarum ſpiratione hinc etiam  
dubitari poſt, quod pefiti in multis locis, quamquam Eteſiſ  
valde ſpirarint, non fuerit extincta. vt in pefte anni 1575. Pataniſ  
obſeruatum eſt. Itaque cum ex nuperime dictis de hiſ diu bius  
non paru hac eadem de te ſim, obſectro ne te pigeat, de cauſis,  
quibus illam apud Aegyptios pefilentiā deleri putas, tuam ſen-  
tentiam proſerre. GVILAND. Pefilens contagium totum per il-  
luſ temporis perpetuo annis ſingulis extingui, ſcilicet mense Iu-  
nio cum Sol primam canceri partem ingreditur, id ex acris mutatione  
accidere mihi videtur, quando nulla aliarum sanitati con-  
feruantur cauſarum obſeruetur ibi eſſe, que id facere queat. Ac-  
rem uero iſum ex morboſu ſtatū in ſalebrem mutatione tunc, tem-  
poris ex particulaſi temperie ſuſcepta, alienum eſſe à ueritate non  
iudicio. Is etenim, uti ex te audiuī, eo tempore ſit priori minus ca-  
lidus, quamquam ualde & ipſe calidus ſit, ſed continuus, & equalis,  
eodemq; modo perpetuo conſtant, qui ſi quas ſuſcipit alteratio-  
nes ac mutationes, illas nō conſertim, ſed ſenſim ac ſequim recipit.  
Quo ſunt tempore ab ipſo corpora ( cum remiſcrit calor ille re-  
ſtuoſus à Campliniſ ventis euectus, ſuffocans, melius ſe habent,  
cumq; calorem facilias ac melius perſeruant, quoniam is tunc ha-  
bet calorem à coelo, cui illa corpora iam affucta ſunt, in ipſoque  
nata,

terra, non autem à ventris, ueluti ante fuerat, aduenā temperiem ipsorum acri inducentibus. Hincq; æqualis & constans fit, quod à ventis mutationem nullam suscipiat. Illo itaque aere tunc multum calfaciente, atque perpetuo eodem modo persequente, corpora ipsorum admodum exudant, aperiuntur, atque siccantur. quibus tum in ipsis corporibus, tum in vestibus, alijs que omnibus suppellectilibus, omnis excrementa humilitas dissoluitur, atq; consuinitur, eaque maxime, in qua pestilens illud contagium fundatur, atque ab ipsa souetur. A uentementi aeris caliditate omne contagium dissolui posse, uel omnes mulierculæ sciunt, que lanos pânos, detersaq; donosu suppellectilia quoquis contagio infecta, per multitudines Soli, ut ab his contagij omnem suspcionem abigent, expoant, neque longa experientia, ut cognitum est, sua spe unquam frustrantur, reddentes hęc omnia ab omni contagio mundata, ac libera. Atque hinc mirum utique non est, si hi populi infecti pestifero contagio, acri summe calido, equali, corpora multum diuersi, aperiuntur, tum per insensibilem transpirationem, tum per copiosum, affiduumque sudorem evanescant, & exiccantur expofiti, ab eo liberi fiant. Certum enim est, ac apud omnes ibi obseruatissimum, omnia corpora per id temporis summe diuersi, sudoribusque affiduis copiosisque, ac insensibili transpiratione exiccati. Que quantum conducant ad abigendam è corporibus omnem putredinem, neminem medicorum ignorare certò scio, qui tamen in Gal. scriptis sic ueritus: Namque is in lib. de diff. feb.<sup>cpt. 4.</sup> hos duos esse præcipuos scopos ad preleruanda corpora à pestilentiæ dixerat, his verbis: Erat autem corùm futuora, ut obwendit idem Hippocr. ipsū putrefactio. quod cum nos præuidessimus statim ab initio, quacunque corpora humida videbamus, omni via exsiccare conabamur. que vero sicciora, in ijs antiquum habitum confutuabamus. at in quibus superfluitates redundabant, haec putrationibus sanabamus: Obstrunctiones autem foraminum aperi- re, atque abstergere studebamus. Paulocq; post dixit: vna liquide, ac prima est in omnibus communis intentio, quod corpus quam maxime superfluitatibus vacet, atque optime spiret. Quamobrem, quod ea aeris temperies admodum, corpora exiccat, atque difficit, exigitimo non imamerito force putandum, inde absuini tam pestilentiam, eiusque omne contagium, exicato scilicet uel dissoluto ab eo calore acri humido in pannis, & omni suppellecili.

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

veste , qua putred o, eiusque contagium sonebatur , atque ijs cor-  
poribus evacuatis, exiccanisve, atque diffatis . A z r i s . Hec ve-  
ritas videtur non parum obscura , ac dubia , cum in prima xstate,  
vel xstatis parte, in qua sum mā vigore pestilentiam diximus, opor-  
teret etiam eandem corporum vigore salubritatem , quando aeris  
tunc summa caliditas queat & ipsa omnē contagij humiditatem  
& pannis, ceteris que alijs suppellectilibus consumere ac resoluere,  
non mihiusque illorum corpora, tum per sudorem copiosum, tum  
per inservitabilem evacuationem exicare, atque diffare . C VITAND .  
Intelligere arbitros ex his, vnde tibi orta sit hęc difficultas, repon-  
deoque, ac rem primę xstatis partis eti calidissimum fit, ea utique  
efficere non posse , tum prę immoderata caliditate ferè animalia  
suffocante, tum prę eius inqualitate , namque vt dixi, postquam  
estuantissimi Campini flarint, subito oppositi validissime spirare  
solent, frigidi, quibus neque contagij humiditas consumi potest ,  
cum calor diu non perseveret, neque corpora exiccentur, neque  
diffentur ob eandem causam . Calor etenim eius prioris status  
non est aptus , vt putredinem debeat, sed potius ipsum concitet ,  
quando ab eo natius calor summe labefactetur, ac exoluatur .  
Nam corpora superfluitatibus scatentia, ad hoc, vt à putredine  
ipsa vendicari possint, non solum exiccatione, que fieri potest ibi  
prę intenso calore molita evacuatione vel per sudorem, vel per  
halitus, opus habent, verum non minus diffatione atque natura-  
lis spiritus, calorisve restauracione, aliter calor natius dissipabitur:  
in aere vero immoderata calido corpora evacuationibus exi-  
carri possunt, & diffari, sed non restaurari vitales spiritus, qui sola  
refrigeratione, que fit frigidi aeris inspiratione, nutriuntur, souen-  
tur, atque restaurantur . Hincq; secundę a flaris affidius calor ca-  
lidus, continuus, p̄qualis ac vnsolitum poterit corpora exiccare, ip-  
sumque meatus aperire , atque Etesijs summa frigidum tempera-  
tum spirantibus toto illo tempore, corporum etiam vitalis spiritus  
poterunt restaurari, ac soueri . Nili uero augmentum eodem  
tempore inceptum posse huic aeris salubritati conducere, planè  
ignoro. quod tunc & obscurissimum fit, atque etiam, quia potius  
humiditatem, quam siccitatem aerem refert, atque alterat, quae aeris  
qualitas omnino inutilis ad tollendam putredinem, cognoscitur,  
quando potius omnē putrefactionem pro causa in qua fit, hu-  
miditatem habere omnes noucent . Hec idonea iudicaui , que  
propo-

propositam dubitationem probè solvere potuerint, quippe Iunio  
mense omnem pestilentiam, cuiusque omne contagium aboleri ex  
aeris temperie calida, æquali, uniformi, atq; continua, Ethesiarum  
que spiratione, quibus corpora, tum per sudorem, tum per insen-  
sibilem transpirationem exsiccantur, dissipantur, atque refrigeran-  
tur. & hęc de peste loca Aegypti inuadente sufficient, tuq; perge  
alia enarrare. ALPIN. Omnia iam vna die, que in ipsa dicenda  
proposueramus, peracta vides, cistetq; ad alia transcendendum. Sed  
quia nos Solēa sub horizontem descendere perspicimus, in aliam  
diem alijs de rebus sermonem disseramus, ad ipsorum autem me-  
dicinam mane accedemus. Domum itaque eo, atque huc ma-  
ne Deo annuente reuertar. Quidq; tunc præcisè sit dicendum, si-  
mul terminabimus. Vale. GVILAND. Vale & tu dum luc etiam  
veneris. Diluculoq; in viridario me confetam, atq; te, vsq; dum  
redeas expectabo.

FINIS PRIMI LIBRI.

PROSPERI ALPINI  
DE MEDICINA AEGYPTIORVM  
LIBER SECUNDVS.

*De usu mittendi sanguinem, apud Aegyptios Me-  
dicos frequentato, & cur apud ipsos sanguini-  
nis vacuatio sit familiariissimum  
remedium. (ap. I.)*

GVLANDINVS, ALPINVS.



V m te nondum ad me redijisse Sole iamdi-  
dum diem aperiente admirarer, deum  
in uia te conspicio, externis frēs spitis sen-  
fibus gressus eum profunda quadam animi  
cogitatione mouere, quasi semistupidum,  
atq; comatosum, viridarium versus deam-  
bulantem, à qua tamen non ausus sum te  
reuoicare, ne tuam aliquam voluptatem per-  
turbarem, sed quid istud est, quod tu ambulando ita profundè cogitis,  
atque ita altius contemplaris. A L P I N. Ne frustra tem-  
pus contererem, cundo, atque more Peripateticorum deambulan-  
do, varia præsidia, quibus Aegyptij medendo utuntur, in memo-  
riam reuocaraunt, materiamq; ita paratam meeū ipse reputabam ad  
futuram de ipsa hodierno die tractationem, ne ego, vbi te in viri-  
dario eonueniessim, in mora interim esse nōstris iam cæptis ser-  
monibus. GVLAND. Reclitè sūnè fecisti, eam te nunc vbi in hu-  
iuse amoenissimi viridarij secretori solito recessu àmbo eonueni-  
imus, referte æquum est. A L P I N. Tres esse medicinæ curatrieis  
partes, (quas fontis auxiliorum, vel præsidiorum vulgus medico-  
rum appellat.) omnibus manifestum est, ea scilicet, que viēt, que  
medicamentis & que manu errectetur. has vocant nostri dieteti-  
cam, pharmaceuticā, & chirurgicā. prima omnein viētus ratio-  
nem continet, que ægrotis conducit, secunda, medicamentorum  
vsum

vsum complectitur. Tertia ea, præsidia pertractat, que manus opera adhibentur. Cum itaque omnes haec medicinae partes iuxta illorum populi orum vsum percurrente nobis sint, ne quipiam ad medendum utile omissamus, in primis à postrema parte exordiri, ab historia quippe auxiliorum, quae manu exercentur, optimum fore iudicauit, præsertimq; à mittendi sanguinis ratione, quam illi sequuntur, quod hęc medicina pars apud ipsos in curandis morbis fit ceteris partibus visitior, atque familiarior. Præcipua vero huiusce partis capita, de quibus nunc instituenda est oratio, eundo & cogitando, priusquam hoc peruenissim, planè firmaui. Quę omnia nihil aliud decernunt, quam mittendi sanguinistrationem, atque vsum apud Aegyptios frequenteratum. tum nonnullos etiam vissus partes varijs morbis addictis, innurendi, cauterizandive, atq; quafdam etiam præcipias alias chyrurgicas operationes, tum ad suppurations, tum ad hydropicos, tum ad illos, qui ex lapidibus in uerba doloent, atque egrotant, ad aliasq; etiam multas affectiones. Sed quid in his amplius moror, melius est, vt de his nunc loqui incipiam, ne incepimus hunc diem sine longa linea abire sinamus.

**GYLAND.** Iam his premissis, tempus est, vt ad vsum mittendi sanguinem apud ipsos frequentarum, te conferas. Ideo, si libet incipere poteris. **ALPIN.** Communissimum est, admodumque familiare in tota Aegypto medicum præsidium, quod sanguinis missione tractatur. Ita, vt omnes cuiusque sexus, atatis, complexionis, quocumque anni tempore, in quovis morbo libertissime largius, & plusq; usris modis mittere sanguinem consuecant. Omnesq; sanguinis evacuationem libertus, quam alia medica præsidia admittunt. quisque etenim huic remedio nimium confidens, ipsum quocumq; morbo corruptus magna spe arripit, idq; triplicem ob causam, in primisq; , quod omnibus plane persuasum sit, vt superioris dictum est, quoslibet ferè morbos ibi vel à caliditate omnimoda ori, vel eum alijs causis caliditatem etiam adesse. Ex quo quilibet sanguinis evacuatio multum refrigerat, sanguinis missione ita facile vtuntur. Secundo, ibi quisq; arbitratur, corpora illa multo sanguine abundare, ob largum aquæ Nili fluminis vistatum potum, quę ut illorum est opinio, tota in sanguinem vertitur, rimque gignendi sanguinem ipsam. ex eo tempore putant adeptam, ex quo Moses Dei precepto aquas in sanguinem mutauit. Demum addunt etiam, ea corpora nō esse mali succi, quę cachochyma Græci

## DE MEDICINA AEgyptiorum

qui vocant, sed boni multiq; sanguinis, quæ plethorica plenitudine correpta, dicunt. **GVLAND.** Omnia morborum causam præcipuam habere, caliditatem, quod dicit autumant, planè falso, atq; à veritate alienum est, neque hoc vilia egere demonstratione, existimo, cum nulla ex parte id verum esse possit, nam si ex uno homino confare elementa, utique, ut dicebat Hippocr. non doleret. Corpora enim varijs pro varietate præcipuorum membrorum, naturis constant, varijsq; humoribus redundant, adeo, ut interim à caliditate, unoq; humorum exuperante laborent, & interim à frigiditate, ac alio humore, vel aliquando à multis similiunctis. Et si corpus aliquid calidis præcise morbis, ob cius temperiem, obnoxium erit, non tamen omnino. Redundare vero plurima ipsorum multo sanguine usque uterum est, quoniam omnia corum viscera quo ad calorem, ut dictum est, temperata, boniq; succi existunt, quo temperamento omnes cibos in bonum sanguinem mutant, veluti contra, cachochyma corpora mali temperamenti, causa quocumque etiam optimos cibos in malum sanguinem vertunt. Atque hinc vias mittendi sanguinem ita apud eos inualuisse dici potest, quando ex omnibus medicis præfidijs, omnia fere corpora, quia sanguine potius, quam alijs humoribus plerumq; offendit follicant, sanguinis evacuatione promptius inuenitur. **ALPIN.** Verum dicas, sed de sanguinis evacuatione, idem, quod ex usu alterantium medicamentorum illis alijs evanescit dictum est, continet. Etenim quia illorum locorum populi, ob coeli, sub quo deguant, multam caliditatem, putant omnia illorum corpora esse summe calida, atque à calore fere semper affici, minimeque à frigore, quæ corporum credita temperies omnem calidorum medicamentorum usum eos abhorre coagit; frigidaque complecti, atque frequentare: non fecis quam etiam frigidorum locorum accolit immodece calidis operâ dare, à frigidis timere confuerunt, ita Aegyptij in missione sanguinis se gerunt, putantes corpora omnia, tum a calore ob coeli statum, pati, tum à copia sanguinis, quod affidit ipsa multum sanguinem congerere arbitrentur, & quia sanguinis evacuatio utrius incommodo prompte, ac tutò succurrat, quoniā tum refrigerat, tum plenitudinē demit, libenterissime eam amplectuntur. sanguinemq; tum largius, tum frequenter quam decet, atq; necessitas exposicere videretur, in omnibus pueris, iuuenibus, viris, senibus, mulieribus, eunuchis, atq; in quo-cumq;

etiamq; coeli statu, & tempore anni, atque morborum differentia  
sepiissime vacuantur. Demum eo redacta res est, ut tantum evacua-  
tionis sanguinis viribus sibi incumberent, vt alia auxilia spernen-  
tes, hoc immoderatè vtantur. ualdeq; in usu huius presidij errare  
mihi videntur: quando tum: largius, tum: crebrius quam deceret,  
audacter mittant sanguinem, atque adeo in multis, in quibus plu-  
sibus de causis hoc remedij genus non conueniret. Diuum siquidem  
est, multa ex illis corporibus ad frigidam temperiem inclina-  
re, hincq; & pinguisuna ibi multa, & pleraq; mollia, rariq; habi-  
tus, & facile dissolubilis esse, his nulla sanguinis evacuatio famili-  
laris esse potest. ut Gal. in lib. de curat. per sang. mis. testatum re-  
liquit. Quamobrem hoc remediar multo opportunum, in om-  
nibus ab ea gente usurpari non est laudandum. GVILAND. Non  
recte hoc intelligo, sed accuratorem, atq; absolutorem illorum  
corporum temperamentorum cognitionem ex te libenter audi-  
rem, sine qua fieri non posse videtur, ut mittendi sanguinis ratio  
apud illos visitata nobis innoscatur, proinde itera mihi rursum Aegyptiorum  
corporum temperamenta. ALPIN. Sed ut recte ea  
cognoscere possimus, primo ineundam esse puto rationalem illius,  
qua in varijs corporibus est temperies, atque habitus.. Que re-  
cte explicata, facilius illorum hominum naruras, atque habitus:  
varios demonstrabunt. GVILAND. Verum dicis, atque ut com-  
modius videtur, sit agito ..

*Deratione variorum corporum temperamenti, atq;  
habitus, deq; Aegyptiorum vario tempera-  
mento, & habitu. Cap. II.*

A L P I N V S.

**G**V: corporum, eorum qui Aegyptum habitant, tem-  
peries atque habitus rursum accuratius à nobis fit cognos-  
cendus, ut apud ipsos mittendi sanguinis usus rationem  
vere consequamur, prius vniuersali quadam via ratio varietatis  
temperamentorum, atque habitus a nobis est cognoscenda.  
Si quidem illorum corpora omnia esse sanguinea, sanguineq; mul-  
to abundare, neque dici potest, neque utiq; uerum est. Nisi quam  
enim

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

enim corpora omnia vnicō p̄p̄d̄ta temperamento obſeruantur. Necellarium extēnū est, ubique multa ex varijs confitata tem̄peramentis reperiārī, ſcilioc̄ que ſangniniſ, que p̄uitiſ, que bilis, que melancholeſ naturam fīnt adepta. que ſtemperamenta ſequuntur cordis, hepatisque temperaturam: ab his ſiquidem duobus membris vniuersam corpus propriam nanciſe; temperiem Gal. in lib. artis medic. relatum reliquit, uel etiam ab alterius illorum dominantis temperamentu. Quia quidem ratione quale utriuſq; membra, vel p̄ualentis temperamentum, atque habitus erit, tale obſeruabitur in vniuerso corpos. Quo fit, ut ſi alius cor hepar, ſimul calidum humidumq; temperamentum à natinitate obtinuerint, idem in vniuerso corpore intueri ſit necessarium, idemque erit totius corporis temperamentum, quod in hepate cordis temperamento p̄ualentem, vel in corde hepatis temperiem vincente, obſeruabitur. Ex quibus dici non immēritō potest, Socrates conſtat calido humidoq; temperamentu, igitur vel vitrumq; eius membra, cor & hepar, crunt calida & humida, vel ipſorum alterum alteri p̄ualentem. Corporis itaque totius hoc temperamentum p̄predicitorum duorum membrorum, vel alterius altero p̄ualentis naturam ſequi est necessarium, ueluti calidum & ſiccum, bilioſum, cordis & hepatis ſimul, vel alterius altero dominantis caliditatem & ſiccitatem, frigidum ſiccumq; melancholicum, iſi igiditatem & ſiccitatem, frigidumq; & humidum, p̄uitosum, frigiditatem, atque humiditatem eorumdem viſcerum, vel vniuers tantum, quod altero p̄ualeret, naturam ſequitur. Hæc ſunt omnia compoſita corporum temperamenta, que à temperamentu cordis atque hepatis ſimul, vel alterius horum alteri p̄ualentis, proficiſcuntur. Cum igitur vniuersum aliquod corpus caliditate & humiditate conſtat, quod temperamentum ſanguineum dicimus, illius corporis vitrumque ſimul cor, atque hepar calidū & humidū tempeſtate effe, vel alterum illorum non tempeſtate, ſed intense, ita, vt ſi cor ſit calidum & humidum diſtemperate, hepatis temperatam frigiditatem ac ſiccitatem ſuperare neceſſarium eſt, & eodem modo hepar, ſi hanc ipſom obtinuerit temperiē, ac cor ei obſeruerit. Si uero cor & hepar aque oppoſiti ſuſciri nature, ita, ut cor tantum ſit calidum & humidum, quantum hepar eft calidum ac ſiccum, atque ē contra, temperiem corporis totius temperatam efficiens; quod ſi cor caliditate hepar ſuperauerit, totum corpus tantum

tum in caliditate excedet, quantus erit caloris cordis excessus supra hepatis frigiditatem. quemadmodum si excesserit hepar frigiditatem cordis caliditatem, tantum si erit corpus frigidum, quantus erit excessus frigiditatis supra caliditatem cordis. Haec sunt corporum temperamenta, modo nuper dicto à temperie cordis & hepatis, prodeuntia, ac genita, quæ omnia non in uno, veluti neque illorū unum tantū temperamentū, in omnibus hominibus reperiuntur. Quod quoniam brevē sit, id est cur oīa corpora non uno eodemque temperamento cōfident, sed multis ac inter se varijs, ex te nūc libenter discerem. **Gyland.** Miror cur cum tu sis adeo astronomis addicetus, huius rei causam ab ipso rūm observationibus addiscere nolueris, quando omnes astronomi corporū naturas à coelestis schematis in hora nativitatis supputati observatione speculentur. Considerant enī quæ coeli facies, in ea hora, qua quis natus est, terris incumbebat, ccelum siquidem in duodecim partes diuidit, & in qualibet illarum ( quas ipsi domus appellant. ) considerant signum, quo d ex duodecim coelestibus imaginibus ea hora representatur, atq; ex erraticis stellarū ibi simul inuentam. ex horumque omnium, scilicet ex domo, signo, & stellaris ibi ortus tempore observationis iudicium excipiunt, naturasq; hominum venantur à prima domo, quæ est orientalis coeli pars, & ex signo ac stellaris, quæ in eadem inuenta fuērunt, vel eam dominū respiciunt. Tuam itaque naturam calidam humidamq; illi affirmarent, quoniam in tua generationis schemate libra ascendens obseruitur, quam naturam ab eo libra signo inanisfari aiunt calidam humidamq; temperatam, hincq; etiam hilarem ac mucīz non minusq; veneri deditum hominem significari, a venere libra domina. literarumq; studijs præsertimq; astronomiæ, philosophiæ, medicinæq; operam te maxima delectatione deditum, Mercurius in nona domo in signo Geminiorum clare iudicabant, eodemq; etiam in nona inuento, nuper dictarum scientiarum causa te longissimas peregrinationes, fastidiosissimāq; itinera prosecutus. Sed cur ego de te tanta ex astronomorum mente loquor, de quo exempli causa dicendum suscepī, ut ostendetem cum astronomis, hominum temperamenta, ac naturas ex signi natura, atque stellarum, orientis in prima coeli domo inuentarum cognosci. Sed istis causis omisis, alia adhanc rem firmiores ac veriores sunt indagandæ. **Alpis.** Gratissimum mihi fuit ea ex te audiuisse, quibus meam ad astronomorum observationem

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

seruationes naturā retulisti: quæ cum haud planè verum attingat, perge modo phyfice magis me docere, eur varij hominæ inter se varijs constent temperamentis, vel naturis. **GVLAND.** Qui de natura scripferunt, in multis hominibus diuersorum temperamen torum, vel naturarum causas, verius, ac manifestius nobis demonstrarunt. Namq[ue] Aristoteles omnium philosophorum facile pri-  
mū in lib. 2. de physico auditu affirmauit, Solem atq[ue] hominem, hominem sancē generare, ut ipse doceret, ad animalis generationē duo agentia esse necessaria, quippe agens proximum, atq[ue] remotū, proximum est homo, qui ut animal ad sui similis generationem, agit. Sol uero est una ex causis efficientibus remotis; quæ etiam concurrit ad eandem animalis generationem adiuuandam, & effi- ciendam. Agunt vero utraque in materiam bene dispositam ad agentis formam introducendam. Tria itaq[ue] ad nostrorum corporum generationem prima concurrunt principia, quarum primum est ccelum, ut potè causa efficientis, sub qua omnia coelestia corpora comprehenduntur. Secundum est homo, mas scilicet & foemina. Tertium materia ex qua homo generatur, id uero est fēmen huma- num. Qualis igitur temperamenti erunt haec generationis prin- cipia in homine gignendo, talis itidem homo genitus erit, quando perpētuū uerum sit, generatum generanti esse simile. Siquidē omne agens vel animatum, vel inanimatum, agit, vt fibi simile ge- neret, hincq[ue] quodlibet generatum erit simile generanti, & gene- rans generato. **ALPIN.** Mihi non omnino haec veritas manifesta videtur, cum multi homines ijs, à quibus geniti sunt, haud planè similes existant. Plures etenim filij patribus ac matribus diffimi- les apparent, quod quidem non esset, si generata omnia, ijs, quæ generant essent similia, & generantia generatis. **GVLAND.** Aliam suscepisti nunc questionem solitu non ita facilem, quam nuac ut dissoluam, neq[ue] locus, neq[ue] occasio de qua loquimur expostulat. Multa tamen sunt, quibus efficitur, vt generati hominis patris, ac matris fructus similitudo. Sepe enim accidit fetus similes pro- duci cuiquam vel viro, vel foeminae in hora coitus imaginatis. Legitur mulierem sepe cocundo, Ethiopis nigri pictam figuram intuendo, atq[ue] imaginando tandem nigrum filium peperisse. Hincq[ue] affirmant multi, adulteras mulieres p[re] timore ne à maritis in adul- terio comprehendande, affida de illis dum cocunt, cogitatione filios maritis similes parere. Aegroti itidem semen vitiatum ha- bentes,

bentes, similes ipsis natos efficiunt. Semina etiam auorum vel aliorum confangnitiorum aliquando viam retinuerunt, à quibus ipsorum similitudo in conceptis non raro efformatur, atque exprimitur. Ceterum tametsi aliqua occasione generatorum a generantibus figura deformetur, tamen natura generatorum (quam philosophi intelligunt) nihil ab ijs, quae generant unquam mutatur. Quales enim erunt causarum ad generationem concurrentium naturæ, tales quoque erunt eorum constitutiones, quae ab ijs generabuntur. atque in hunc sensum non errat philosophorum sententia, quæ semper generantis & generati similitudinem docet, ideo generans simile est generato, & generatum generanti natura, atque specie. Præcipuum igitur agens est cœlum, sub quo comprehenduntur omnia corpora coelestia, quod agit (vt Aristotelici aiunt) in hac inferiora sublunaria motu & lumine. In qua igitur orbis parte Sol, qui ex omnibus illis causis in hęc inferiora efficacius agit, maiorem inducit calorem, generata omnia natura vel temperamento calido referentur, atque ubi parum calefacit, minus etiam calida animantium corpora obseruabuntur. In qua re in primis occurruunt terrarum regiones considerande, locorum situs, anniq[ue] tempora. Quicquid igitur temperatis in regionibus, & locis, ob situs rationem temperatis, atque ex anni temporibus in vere produceret temperato proculdubio temperamento constabit, maximeq[ue] si natura animalis utriusque generantis, scilicet maris & foemina temperata & ipsa simul fuerit. Semper enī in temperata regione, & loco, & in vere ex anni temporibus, homo à temperato homine proximo generante, genius erit temperamenti temperati, iesiit ei ex quo ipse genitus est, temperamento temperato erit similis. Homo enī locum habitans temperatum, si temperati sit vnde temperamēti, & ex anni temporibus in vere hominem generauerit, ei natura, vel temperamento omnino similem efficiet. Si vero isthuc omnia agentia inter se simili vniuerso non constabunt temperamento, sed potius inuicem discrepabunt, non omnino generanti generantibus causis similitudo respondebit. Similitudo siquidem naturæ id quod alijs præstabit absque dubio sequetur, vt si exempli gratia, quispiam ex patre nascitur temperato, sed in cœlo minus temperato, natura similis magis patri quam cœlo, erit. Siquidem in generatione magis potest agens proximum, & particulare, quam remotum & vniuersale,

quama

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

quam ob causam quando agens proximam, & agens remotum inter se differant, proximum ferè semper supersabit remotum, vbi præferunt vis agentis remoti non ita sit præpotens, vt possit vim proximi agentis superare, velut exempli gratia, si daretur aliquis qui temperamento natus temperato, in Ethiope maximis caloribus hominem generaret, ab ille que dubio hominis illiuscæ generantis natura vincereatur à vehementissimo illius regionis calore, ibiç natus ob id homo magis causus efficiens, vide sic cœlo, quam proximo agenti quippe patri, temperamento similis constituetur.

Quando igitur omnia generationis principia simul in una natura inter se conueniunt, efficiunt partus eis omnino similes: ac illis inter se dissidentibus geniti similitudo illud sequetur, quo d' aliorum vires superabat. Hinc colligo homines multis varijsq; constare temperamentis, ob variam principiorum uel causarum ad generationem concurrentium vim, atque potentiam: etenim ex patre calidi temperamenti homines orientur, eodem itidem temperamento prediti, nisi cœli preualida frigiditas patris temperamento calido oblitererit. Nam ea immoderata ob regionem, vel locorum situm, vel anni tempus hybernū existente, homines temperamētū potius calidi, quam frigidi producentur. Atq; si pater & cœlum calidi fuerint temperamenti vel frigidi, siboles calidam vel frigidam itidem naturam præficeret. Si nero paterno sanguini calidi existenti temperamenti, cœli oblitererit frigiditas nō multa, homines geniti potius calidi, quam frigidi erunt temperamenti. Et è contra, si homo generans frigidū temperamenti sit, in cœloque moderate calido, generabit hominem quo ad temperamen- tum frigidum, in cœloque immoderato calido, calidum efficiet. Hecq; erit natura, temperamentorum diuersorum in hominibus ratio.

**ALPIN.** Nè tu omnia, quæ ad temperamentorum varietatem explicandam rationem attincent, d' octissime atq; accuratissime comprehendendi. Et nisi materia medica Aegyptiorum nos breviores esse cogeret, cuperem ex te etiam hac eadem de re uberiorē fennomē haberi. De quibus ego in libris de præuidendis naoris Cayri conscriptis multa literis tradidi. Vnum tamē hic non esse prætermittendum cogito, quippe corpora in lucem cui prodeunt, vel statim enixa, utrumq; egressa, ex ambientis qualitate vel temperamento in ultum alterari, atq; mutari, ita, vt corpora infantium habitus rarissimi, ab aere alterata facile accedant.

Cedant ad aeris temperamentum, cum per poris cutis facile ambientis qualitas ad viscera permeat, ipsaq; ad suum temperamentum alteret. Hoc utique verum esse, id nobis persuadere potest, quod uaria anni tempore, cuiuslibet etatis corpora usque adeo alterant, & mutant, ut suscepit ab ipsis temporibus anni temperamenti, varia humorum redundantia clarissimum sit argumentum, hyeme corpora, quod ab acre frigido alterentur, & mutantur, frigidos humores gignere, ac coaceruare. Et vere ob aerem temperatum, sanguinem, Aestateq; bilem, ob caliditatem, & Autumno melancholiam, ob frigiditatem & siccitatem. Itaque si perfecta adulorum corpora, densissimæ cutis, usque adeo ab aeris mutationibus alterentur ac mutantur, quid in tenellis corporibus infantium continuo ex uero egressis fieri iudicabimus? Ipsa vide-licet quam plurimum ab ambientis qualitate alterari, & mutari. Quod non videtur usq; mulierculis esse ignotum, aliquando dicentibus, de homine in hyeme nato à frigoreq; facile patiente, mirum non est, si hic homo ita a frigore multum ac facile patiatur, quando in lucem prodinus hyeme fuerit. Quamobrem existimo, corpora statim enixa à celo maxime alterari ac mutari, præfertimq; sub calidissimo celo nata. Vehementissimus etenim aeris calor, quo cumq; modo fiat, remedijs, quibus moderetur atque contemperetur, omnino uacat. Cuius quidem rei ego in pliuis Aegypti caloribus certum periculum feci. Frigido vero aeri multa ubique sunt, que opponuntur, ab ipsisque corpora defendant. Ob quam rationem in calidissimo acre orti, qui à calore multum alterentur, & mutentur, defendi nequeunt. Quod multò facilius fieri si ex homine calidi temperamenti etiam geniti sint. Si uero à frigido mare, atque foemina gignantur, ambiens calidus acr eos reddet ad temperiem minus frigidam. Et qui ex calido semine, sive patre matreq; geniti in luce eduntur sub celo frigido, quum ex calido proximi agentis hominis, & frigido agentis remoti coeli medium quo ad temperiem exurgere sit necessarium, temperatio-ri natura obseruantur. In calido vero celo, idem fieri calidissimi. In acre vero frigido inopes tantum alterantur ac mutantur, cum diuites igne, pellibusq; à frigore liberos descendant. A caliditate vero omnes patientur, contra quam nullum hactenus validum remedium inueniuntur est. Ceterum his auditis, de illorum corporum, qui Aegyptum habitant, temperaturis, atque habiti-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

bus iam loquamur. **GVELAND.** Excoeli Aegyptij ratione, atque ex incremente Nili fluminis, vna cum Septentrionalium ventorū flatu, qui per æstatis calores percipitur, aerem calidum siccum, inquam, tenuissimumq; esse ex te audiuī, neque in omnibus locis uniformem: quando aer locorum propè mare positorum longe minus calidus sit, valdeq; crassus, qui quo ad humiditatem & sic citatem temperatus est. In locis vero longe à mare positis aer calidior, & siccior, existit, substantieq; minus tenuioris. Ex quibus, ratione coeli illorum quidem corpora, ob temperatum calorem, atq; humidum, temperata, sanguinea, habitusq; moderate carnoi & pinguis, horum vero calidiora, sicciora, biliosa, graciliorisq; habitus esse colligimus. Quod tamen agentis tantum remotatione iudicatum, nisi proximum quoq; concurrat, non erit credendum, proinde de illorum hominum proximo agente, de homine scilicet mare, atque feminā ibi ad generationem proxime coeuntibus, temperatum est tenue loqui: **ALPIN.** Audita locorum Aegypti, quo ad temperamenū, diversitate, atque probè habitatiū illorum loci ratione perspecta, vnaq; illarum naturarum diversitate, quę in illos, aeris temperamentū ratione obseruari debet, quę tamen à proximo, num agente, tum à potus, ciborū, dulciumq; balneorum & venoris vfluminata non obseruatur, de Cayrinz ciuitatis hominibus agam, ( idemque de alijs loca longe à mare posita, habantibus, erit insciligendum, quod de ipsis nunc à nobis dicitur.) de ipsis, temperamentū, atq; habitu loquar, quando à cognita ipsorum temperie, atque habitu, haud difficile aliorum locorum mari adjacentium hominum, & temperamentū & habitus intelligemus. Sunt vero iij populi trīplicis differentia, ut etiam alias dictū est, scilicet vrbani, qui in vrbe degunt, Arabum extra vrbem sub tentorijs habitantium, atque demum rusticorum, terræ cultui incumbentium. Primi corpora in caliditate, atque humiditate temperata obeinent, multi sanguinis, habitusq; bene carnoi & pinguis. Secundi scilicet Arabes, corpora biliosa, gracilia; Demi rusticī sequalidis corporibus prediti sunt, quę melancholica existunt, quod à Solis caloribus exurantur. Quamobrem singulos hos homines inter se seminis differentiam habere diuersitati temperamentorum respondentem, hinc colligi debet. Cuius enim feme, quo ad caliditatem & humiditatem, temperatum erit: Et Arabi calidius, sicciorisq; ac biliosius, atque

Rufi.

Ruficorum frigidius, siccus, & melancholicum. Hoc est illorum sanguinis diversitas, que tamen nunc ob aliorum populorum permixtionem haudquam perspicitur. **G VILAND.** Ab aduenis fortassis, qui illuc ex alijs regionibus commigrarint illorum sanguis permixtus est, apud eos facta multiplici imperij permutatione. Extant aduenae multi, qui illuc ex quamplurimis locis, tum Etiopie, tum Abyssie accesserunt; praesertimque mulieres mancipi, quarum utriusq; regionis numerus ferme ibi infinitus existit. maximeque ex Abyssie locis aduentarum. Hoc siquidem eam habent pulchritudinem & gratiam, ut longe cariori pretio venundentur, quam oenches aliarum omnium regionum. Neque Aegyptij eas ad domorum obcunda opera emunt, sed pro veneris uia. Quam Aegyptij sanguinis mutationis causam minime spernendam exitimo, quod ex te an sit verum, melius audire expecto. **ALPIN.** Veris Aegyptijs, (Christianis exceptis) nunc tota ea regio ferre penitus caret. Quorum plerique sanguinis temperamento dignoscuntur. Fuere autem, ut a multis audio, antiquitus temperie calidioris, atque seccioris, quippe biliosae, sed tamen aqua fluminis Nili, tum frigidorum ciborum affiduo vsu corporibus ad frigidum mutatis, tale temperamentum illos accepisse a multis proditum est. In alijs vero sanguis maior varietas videtur, quando & urbani omnes Aegyptij sanguinem permiscuerint mulieribus, Arabibus, Turcis, Syris, Damascenis, Grecis, Italis, Schivo nicis, Vngaricis, Prussis, Tartaris, Abyssinis, Etiopibus, & in omnibus Afriq; locis Aegypto proximis ortis, in uenere vni. Sunt preterea ibi, ut alijs dictum est, homines etiam plurimarum nationum, qui cum omnibus locorum mulieribus coeunt, sanguinem illum euariant. quem necessariò varium quoque sequitur temperameum. Sanguis etiam Aegyptiorum sanguini Turcarum, Armeniorum, Vngarorum, Tartarorum, Sclavorum, Affyriorum, Grecorum, Italorum, aliarum similium nationum coelo minus frigido vtentium permixtus, temperamentum constituit temperate calidum atque humidum, sanguineum. & cum Aegyptijs, Arabibus, Barbaris, Abyssinis, Etiopibus, atq; ijs, qui Aegypti partem superiorem habitant, quam Sat hit illi appellant, miscuntur, calidum, siccumque biliosum, atq; adustum sanguinem reddunt. Duo itaque videntur esse illocum corporum temperamenta, que omnibus illis dominantur, sanguineum scilicet, vocatum atque biliosum. Quæ illorum tempera-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

menta maxime permotat ipsorum frequentata vietus ratio, vt saepissime haetenus à nobis traditum est. Vix etenim potus illiusce optimæ aquæ, ciborumq; vim refrigeratoriam habentium, dulcissime balneorum, corpora summe bilioſa contemperantur, sanguineaque euadunt, & sanguinea ab his, pituitosā hunc. calore quippe hepatis refrigerato. Pituitosis uero ea vivendi ratione uteribus, maiori facta caloris refrigeratione, valde humidum, atq; frigidum temperamentum succedit; hincque Mulieres, Eunuchi, & proœctioris ætatis multi, pinguissimi ibi hac ratione facti conspiciuntur. Quamplures ibi reperiuntur naturæ temperate, ac multi sanguinis, præterea intemperate ad frigidum, ex multa pituita. Non pauciq; ad calidum, ex multa bile, ac ad frigidum, per aduersionem sanguinis, in melacholiam vergentes, ut in quamplurimis Ethiopum, Arabum, Rusticorumq; visuntur. Atq; hæc de uniuersa illorum corporum temperie à nobis dicta sunt. Addo, stomachū ferè omnes imbecillum, frigidum ex nuper dicto vinendo modo obtinere, atque ex coelo summè calido, quo ventuntur, calore acris calidiore nathum dissoluente, ad extimasque partes eucante: ut z. te in nostris fieri corporibus obseruamus; atque ab immodi- co uisu ueneris, qui quantum stomachum refrigeret, debilitetque non est alicui nostrum inumanifestum. Ad has causas illorum ventriculum labefactantes, accessit adhuc largi, ac crebra apud eos frequentata sanguinis missio. Quæ quidem quomodo illis condutæ, & quomodo etiam officiat posterius considerabimus.

*In quibus morbis Aegyptij sanguinis missione utantur, atq; in quibus corporibus. Cap. III.*

## G V I L A N D I N V S.

**P**OSTRAQUAM tu illorum corporum temperamenta, atque habitus ita accurate complexus es, nunc opportunitum est, ut ad eunuationem sanguinis apud ipsos confuctam redeas, deq; hoc medico praesidio nunc loquaris. quandoquidem ita familiarissimum omnibus auxilium esse dixisti. In primis vero sedulo il te narrari cupio, quibus morbis eo auxilijs getere ipsi occurrant, cum enim magnum sit remedium, atque in magnis

magis tantum morbis, ut Hippocatque Gal. docuerunt, expertum, eos in ijs tantum curandis illo vti debere arbitror. ALPIA. Visque adeo familiaris apud ipsos facta est sanguinis missio, vt non modo in omnibus acutis magnisq; morbis, verum in partuis quoq; non minus eam adhibeant. Cuius instituti causa videtur esse, vt nuper etiam dictum est, ea, que ab illis omnibus corporum omniū fere illorum putatur esse plethora, siue sanguinis redundantia, atq; etiam, quoniam ipsi hoc auxiliū genus in ultum refrigerare experientur, tccireo omnibus ferè morbis opportunissimum id reincidentium arbitrantur, quando certissimum ipsis sit, ibi omnes morbos, ac symptomata, cœli calidioris, corporumque illorum ratione, à calida causa præcipue pendere. Sed vt particulae in rem colligā ac perstringam, dico eos configere ad missione sanguinis in omnibus putridis febribus, pestilentibus, & non minus in variolis, pustulosisq; pestilentibus, atque in omnibus internis inflammationibus, scilicet, phrenitide, atque in ea phrenitidis specie, quam Del el mua illos vocare diximus. Sepsimq; in lethargo, in Angina, pleuritide, peripneumonia, hepatis, lichenis, ventriculi septi transuersi, intestinorum, renum, vtricis, inflammationibus. In extensis non minus copiosa vtruntur sanguinis vacuatione, priuferimq; in erysipelas quancumq; corporis partem occupante. Sed præcipue caput. Oculorumq; in lippidinibus, ophthalmitisvè, gingivarum, colli glandularum, fauci, lingue, in omnibus inflammationibus, parotidibus, bubonibus, carbunculis, & nec alijs que omnibus tumoribus orum a calidis humoribus succentibus, atq; non minus in omnibus ab ijsdem succis abortis vicerint. Idcircoq; etiam præstat maximis doloribus capititis, oculorum, gulæ, aurium, dentium, pectoris, intestinorum, renum, crurum, articulorumq; ne omnium, si modo non à batuento spiritu, vel à frigide humore illi orientur. Sæpe etiam in sanguinis profluvijs, alijsq; dysentericis fluxionibus. Pariterq; in conuulsis, epilepticis, vertiginosis, resolutionis apoplecticisq; que, ac in immoderatis vigilijs, & in omnibus amentijs, in obstruictis, hydropicisq; in principio multis. Cardiacis, hypochondriacis, leprolis, elephanticisq; atque fitre in omnibus alijs morbis, vel symptomatis, quo humana corpora iniadere solent, copiosam, frequentemq; excipiunt sanguinis missione. In quamplurimis etiam corporibus sanitatis tempore, ad alios morbos præcauendos id audent. Quam sanè euacuationem in omni-

## DE MEDICINA AEgyptiorum

bus corporum temperamentis, habitibus, atatibus excent, nullaq; precautione, quam obseruandam in hac evacuatione omnes docai medici docuerunt. Atque nihil minus ab assumpto cibo sanguinem vacuare mollicetur.

**GVLAND.** Nunquid missione sanguinis etiam frequentant in gracillimis illis squalidissimis que corporibus, quae semitabida videntur, ac in pinguisibus, mollibus, maximeque in mulieribus, atque Eunochis. & non minus in pueris & senibus, absque debita prouidentia omnium, quae obseruan da sunt, ut istud praesidium conferat? Sed qua tandem illi prouisione pro missione istac sanguinis vtuntur.

**ALPIN.** Carent multi illorum, cum mittere sanguinem cogitant, ne corpora ieiuna sint, atque hinc ab assumpto cibo mittere sanguinem plerique solent. Minimeque, ut nostri medici in praxi, qui non immerito animaduertendum censent, sanguinem educunt, ne crudii humores in ventriculo, cibisq; sit inconcoctus, itaque prius lenienti aliquo pharmaco, vel clysterre purgatorio, aluum lenire fricesq; educere nituntur, vel dictam tenuorem imponunt, ut recte cruditates concoquentur & expelluntur, ne ab emissio sanguine e stomacho in uenae rapiantur.

**GVLAND.** Galen. in lib. 9. meth. med. ait: si

procedat ciborum cruditas, tantopere differre uenę sectionem iubet. quantum satisfacere, tum ad eorum concoctionem, tum, ut excrementa descendant, videbitur. Atque in multis locis precepit, ante missione clysterem purgantem premitti oportere, ut ne euacuato sanguine cruditates in stomacho, atque in primis uenae contentæ à uenis rapiantur, atque in uniuersum corpus excipiantur.

Nunquam enim crudo cibo existente in ventriculo mitten-

dum esse sanguinem voluit, quod in lib. 6. de sanit. tuend. docuit.

Quid? illi nēh̄c in molienda sanguinis vacuationi obseruant?

**ALPIN.** Paucissimi sunt, qui prius quam mittere sanguinem instaurant, uelint differre uenae sectionem vel scarificationem, quo usq; stomachi, primariumque uenarum cruditates uel concoctas, uel aliquo clysterre uel medicamento educere sint. quinimò (quod posterius audies) à cibo multi sanguinem detrahunt, vt etiam nunc dictum est.

**GVLAND.** Illos in istac sanguinis evacuatione mi-

nime recte se gerere, sed potius multum in ipsa exercenda errare, cogito.

Ea icti spe in omnibus ferè morbis ad missione sanguinis confugunt, ut quam primum ad eam ruant, vtentes illa tum

copiosius, tum crebris, tum inordinatus quam deceret pro

morbo-

morborum curandorum ratione , atque etiam corporum temperamentorum , habituum, ate, etatuum vlla habita consideratione. **A L P I N.** Quo paecto existimas ipsos in huiuscē præfidij vſu multum errare, quando pro certō habeant, non modo uerum non esse quinimo magis omnes , qui in mitteendo sanguine non eo modo se gerunt, errorem cōmittere afferant . Si itaque vir doctissime quomodo hac in re errent demōstraveris, ego illorum partem defendandam, tum disputandi, tum aliquid ex te discendi causa recipiam . Mīhi non minus uile, quād lumen gratum erit ex te illorum errores , quos in vſu milionis sanguinis cōmitunt, nunc audire . **G V I L A N D.** Operam dabo, vt tibi hac in re omnino satisfaciam, & illos quantū potero reprehendendo, ipsorum errores tibi manifestos ac planè notos reddam .

*Aegyptios errare, nimium frequenti, & copiosa sanguinis evacuationi indulgentes, & in puris mittentes sanguinem. (ap. IIII.*

## G V I L A N D I N V S.

**N** E<sup>o</sup> E d i c o s Aegyptios multifaria in frequenti sanguinis largioris evacuatione, plurimum errare, atque à veris medicinae fundementis desciscere facile demonstrabitur. quando sepe mittere sanguinem , atque copiosius non nisi eos iueret, qui immoderata sanguinis copia grauati, magnum futurum morbum expectant . Alia vero corpora omnia, que neque immodica sanguinis copia redundant, neque ab eius plenitudine magni alicuius futuri morbi occasionem subeunt, non modo ex non iuantur, quinimò valde sedentur, quoniam inde immidice natius calor dissoluitur , quo resoluto quis ignorat, omnes totius corporis functiones ledi. Quod apud Galenum in lib. de Cucurb. & scariis profectō verbis legitur: Eodem namq; anno venam <sup>op. 4.</sup> frequenter incidere, minime quidem rationi consentaneum arbitramur: quandoquidem cum larga sanguinis copia vitalis quoq; spiritus emittitur, quo finē abiumpio, crebrius quidē in moles vniuersa frigescit, tum animales functiones omnes detriores redundunt . Omnia verò illorum populorum corpora non ita multo

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

sanguine abundare (est si Aegyptij id arbitrantur) ut si pe in morboiam plenitudinem incidunt, manifestum esse arbitror. Quod cum sit, necesse est à cerebra copioſaque sanguinis missione illa offendit. Nec illi accolere omnes temperamento apto sanguinis evacuationi cernuntur. et si multi, in quibus amplè venie cernuntur, quique sunt modicè graciles, neque candidi, neque tenera carne prædicti, ibi existant, quos copioſe sanguinis evacuationi ceteris aprioribus esse Gal. in lib. de curan. rat. per sang. miss. memoriz prodiſit. Quibus non ita dannanda sanguinis missio videtur, tamen plurima corpora etiam ibi existunt, ut tu nu per enarrati, maxime crassa, & pinguis, qualia omnium Eunucorum, existunt. Præter eunuchos plurimos ibi, tum mares, tum foeminas reperi, habent quatuor crassissimo & pinguisſimo alijs dictum est. Sunt etiam nihilominus multa corpora gracillima, nigra, ſicca, & ſqualida pauciſſimi ſanguinis, quibus quicunque ſanguinis missione noctum eſt quicque noſtrum affirmit. Præterea illud accedit, quod in omnibus fere ijs corporibus, quorum temperamentum in multo ſanguine ſitum eſt, caro mollis, eſt, rariſſimæq; cutis, ob frequentiam dulcium balnearum, quibus ſepiffime eos uti diuiinus. Itaque non poſsum uolum mitendi ſanguinis apud illos, ita frequentatum planè landare, ſi quidem, ut dixi, in coelo calido, ſub quo degunt, multa ex illis corporibus, præfertim Eunuchorum, aliorumq; plurimorum, qui pinguisſimo habitu, molli ac raro prædicti ſunt, minime commode takim euacuationem ſubſtine posſe iudico; Quare non niſi in magnis morbis illi medici neceſſitate coacti, deberent ad ſanguinis missione accedere, atque etiam ea in pauciore quenctate uti. Idemq; in gracillimis nigris, ſqualidioribus multis Ethiopum, Arabum, Rufficorumq; corporibus faciendum confeo. ALIIS. In plerisque illorum corporum, que temperamentuſunt, uel pituitolo vel melancholico exusto, (quorum numerus Cayri extat non parvus,) aut habitu pinguis, tenera, carne, uel crīam arido & gracillimo, errare illos medicos, ita copioſe ſe pius ſanguinem mihi cutes, mihi planè obſcurum nō eſt, quando hec corpora ſanguinis missione inceptra ſint, at non modo hec ea ſanguinis missione iuvari non poſſe cogito, ſed neque alia etiam, que multo ſanguine reſiliunt. Huncq; mitrendi ſanguinis uolum apud illos frequentatum, abſum uoco. Sed quid na-  
cras de uſa mitrendi ſanguinis uel in pueris, atque non minus in

in infantibus apud omnes ita frequenter. Hanc etenim euacuationem, quamquam Arabes multi preclarissimi medici non omnino abhorruerint, tamen à Galeno alijsq; in Græca schola medicis omnino prohibitum est, ne in pueris ante annum decimum quartum villo pecto sanguis mittatur. GYLAND. Certissima, atque omnium non modo antiquorum Græcorum, sed nostrorum etiam recentium communis sententia, in pueris ante illud tempus non esse sanguinem educendum, quocumq; etiam magno, atque acuto morbo correptis. Maiorē etenim noxam ab emissio in pueris sanguine esse, quam sit utilitas, quae eam euacuationem consenseretur quod corpora illorum substantiae humiditatis, naturalisq; caloris resolutioni ualde sunt obnoxia, cum humidissima, molliissimaque carne constent. Quod in lib. 9 meth. med. Gal. his <sup>cap. 7.</sup> verbis scriptum reliquit, dicens: Puerorum ergo substantia omnium facillime digeritur, ac dissipatur, propter quod est omnia humi diffusa: nulla vero frigidior. Quo minus vacuantis praesertim eget, cum habeat ex scipis, unde naturaliter euacuetur. Tanta itaque ab emissio sanguine in pueris pertinet futura exolutio virium, ut quam facillimo negotio à morbo ipsis vincantur. Quam ob causam Gal. sanguinis missionem ijs, in lib. de curandi rat. per fang. miss. interdixit, ita dicens: Hac ratione nec pueris venas <sup>cap. 13.</sup> tundes usque ad decimum quartum etatis annum, post quicm si multus congestus sanguis appareat, tempusq; anni uerum fucrit, regioq; natura temperata, & pueri natura bene sanguinea, sanguinem minores, multoq; magis, si aut peripneumonice, aut angiñate, aut pleuritidis, aut alterius acuti grauisque morbi periculum incumbat. Idem sc̄re scripsit in li. 4. comm. de uict. rat. in morb. <sup>tex. 5. 9.</sup> acut. ita inquietus: At certè pueri quamquam uitali facultate valent, tamen neque hi sanguinis sustinent missionem. Promptè enim eorum substantia, tum propter humiditatem, tum propter temperamenti caliditatem euaportatur. Atque in lib. 11. meth. med. præcepit in iuuene annum sive etatis decimum quartum nō excedente, etiam si synochi inualescit, non esse sanguinem mittendum. Quamobrem ex Galeno colligitur, eos medicos in pueris mittentes sanguinem satis aperte errare, à veraq; medendi ratione desistere. ALPIN. Neque tamen ita statim eos accusatos hac de re vellem, quando neque Aegyptij carent rationibus ab experientia, atqueratione desumptis, quibus contraria defenduntur illorum

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

Iorum sententia. GVLAND. Fortis tam illorum affida, quam cum ipsis habuisti Cayri, consuetudo, atque familiaritas, ita eos tibi in gratiam reduxit, ut summos ipsorum errores non videris, neque cognoveris. Sed te commoneo, & hortor, ne tantum medicorum turbam ita manifestos illorum errores diffundendo, in te concites, vereor enim ne male contra illos hunc errorum possis defendere. Siquidem si nobis ceterae deficiunt rationes, non ne sat esset autoritatem tanti medici Galeni, quae illis omnino aduersatur, tibi ante oculos posere, qui expreſſe mifionem fanguinem in pueris damnauſit? ALPIX. Profecto magis adduci debeo, ut Galenum sequar, quem illius regionis medicos, quibus cum fu, dum in ea reione moraret, familiariter consuetudinem habui, nihilominus a Galeno artem medicam dedici. tamen non amicos in scientijs fedior, sed veritatem, cui semper adhucero. At si potes me pauca dicentem audire, ausculta, que Terentius in Adelpho comediat his verbis nos docuerit, dicens: Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, quin res, actas, viſus semper aliquid adportet noui, aliquid moneat, ut illa, quae te scire credas, nescias, & quae tibi putaris prima, in experjundo repudies. Ita nobis fortassis accidere potuerit, ut multa artis medice dogmata vera esse putauerimus, quae non falso, atque ab artis ratione aliena agnita fuerint. Hoc auxilium in pueris totius Arabie, Ethiopiae, Abissiae, Aegypti, eft familiarissimum. Quid verum effe constat ex hominum illorum relatione. Qui viſus in ijs mittendi sanguinis si error a nostris iudicetur, errare proculdubio sic affirmandum totius Aegypti, Arabie, Abissiae, Ethiopiae, quibus hoc remedij genus est familiarissimum, omnes medicos. Ni enim iij aliquid utilitatis ex illo praefidio in pueris tanto tempore cognouissent, vel claries, si ex ea languinis in pueris adhibita missione damnum aliquod accidere longa & antiqua illa experientia ipsi dicidissent, tot seculis, atque Iuſtris in omnibus illarum regionum locis, usque in hanc diem illam nonfrequentabantur. Cayri dum eram, & postea Bathini, postquam ex Aegypto in patriam me contul, multos vidi, quibus meo iuſfu sanguis missus fuerat, a quā implurimi acutis morbis caratos. Tandem colligo, atque confirmo, in uniuersa Aegypto medicos ut in pueris sanguinis missione, idque non parua tempore cum utilitate. GVLAND. Cuperem nunc te nuper dictorum esse memorem, quando supertrime utrique in id conuenimus, ut medicos il-

los valde culpandos censeremus, qui in isto mittendi fanguinis viu ita facile ac frequenter labantur, non in pueris modo, in quibus omnis fanguinis missio, ob ipsorum humidissimam substantiam, atque habitum facile eusporabilem, magis detectabilis uidetur, sed in adultis etiam. Cur igitur nunc stades mihi suadere illorum antiqua etiam experientia in pueris, in quibus maior erroris, ac manifestior creditur esse occasio, non errare, si mittant sanguinem, cum eodem in adultis nuperime errare dixeris. Cessa igitur id am plus afferere, ne ita leui occasione tentes contra te tantam nostrorum medicorum turbam concitare, quam profecto reple nosti non modo non probare hoc auxilium in pueris, sed maxime abhorre. Quando ad mittendum fanguinem etiam in iuuenibus sine difficultimi. Quamobrem longe melius confulo, ut de fanguinis in pueris missione, iuxta illiusce populi placita opinionem, & consilium, suscepsumq; ea de re sermonem dimittas, atque ad alia narranda accedas. Siquidem ego misereor tui, qui tantos medicos facias inimicos tibi. ALPIN. Quinimo susceptum sermonem, ego prosequi cupio, quo-d non arbitror illos medicos tam grandem errorem, ut tu atque alij putant, committere, in aliquibus pueris acute & agrotantibus, si fanguinem aliquando demant. Quam in his missione eti Gal. non laudauerit, alijs etiam praelarissimis viris in arte medica, vt Rafi, Haly, Auenzoar, Auicenna, Celso, feci persuasum est. GUILAND. Gaudete in hanc esse sententiam, quoniam, vt hoc mihi recte persuades, spero te omnes in medium rationis laturum, quibus mis-  
sionem fanguinis in pueris esse faciendam, Aegyptij

statuerint, proinde illas ex te audire nunc deli-  
dero. Permagnum erit, quam plurimis

Erasistratis medicis illed te posse

persuadere, mihi vero, qui

cum Aegyptijs clam

sentio, quam faci-

le persuade-

bitur.

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

*Aegyptios medicos non errare, si in pueris, qui morbis acutis corripiuntur, aliquando sanguinem mittant.* Cap. V.

### A L P I N V S.

do sanguine utuntur, aliquos alios in usu esse mitterendi sanguinis modos, quos nostris non minus pro uiriate presidiorum, quam utilitate multa, maxime gestos fore existim o: Igitur si placet, de his sermonem instituas. A. P. N. Tribus modis eos mittere sanguinem ibi obseruui, ac cognoui, quippe per uenatum, & per arteriarum sectionem, atque tertio per scarificationem cutis. Venarum enim sectione non secus quam nostri, nocti ab acuris, atque magnis morbis occasionem, sanguinem mittunt, sed à plurimis uenis, quae apud nostros medicos non sunt in usu, missione sanguinis exercent, ueluti sunt uenae temporum, frontis, aurium, singularum oculorum, nasi, labiorum, gule, atque aliarum partium alie, quas paulo post recensebimus. Arteriarum pro missione sanguinis etiam sectionem, apud ipsos esse non minus in usu, quam uenarum ad multos chronicos morbos prodigiosos, omnes, qui ea loca habitarunt testes existant. Et ego hisce oculis sepe uidi frontis, aurium, manusq; arterias secatas, que non secus quam uena breui tempore coauerunt. Harum usum pro mitterendo sanguine, Aegyptiorum, Arabumq; proprium esse existimo, quando alibi nufquam gentium, neque uiderim, neque audierim obseruari talem missione sanguinis, que eti multis ad multos morbos idonea, ac multum utilis esse uideretur, non tamen arteriarum sectionem tutam, atque sine magno periculo exerceri posse quisquam affirmabit. magna si quidem cum difficultate, & non sine multo uitio discrimine sedet arteria coalescere possunt, ut & apud Galenū & alios præclarissimos medicos planè constitutum est. Sed de his suis locis loquemur accuratius, atque uberiori. Cite etiam scarificata, frequentissime, atque familiarissime mittunt sanguinem, in pueris, malieribus, atque Eunuchis. Scarificant autem ad mitterendum sanguinem, crura, aures, nares, labia, & ab his partibus scarificatis absque ulla cucurbitula sanguinem euacuant. Aduertant medici nostri temporis, illos nunquam ab illis scarificatis partibus pro eductione sanguinis ullo cucurbitularum genere uisi, sed earum uice dulcis aquæ calido balneo, nec unquam pro universali corporis euacuatione cucurbitulis sanguinem educunt, sed solum pro partibus alicuius euacuatione molienta, præfertimq; capitis, neque priuete partibus corporis cucurbitulas affigere solent pro mitterendo sanguine, occipite atque collo exceptis, a quibus in oculorum morbis, multique alijs calidis morbis capitis, semper facta uni-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

uerfall corporis evacuatione, scarificationi cucubitalis appositis sanguinem mittit. Cucurbatique etiā quibus illi medici utuntur ab ijs, quæ apud nos troia in usu caſi ut plenē diuſ ſe ſpectantur, illiē dierof modo ijs utuntur. Quando eis non igne, vel aqua, ut nostri faciunt, ſed ſpiritus attractione curi affigunt. Sanguinis miſionem per hirundines proſuſ neglijunt, quod ibi haſtata ſe non naſcantur, acque reperiantur. Hijs modi exiſtunt, quibus illi medici ſanguinem mittunt. Nunc vero de omnibus uenis, quarum ſectionem pro ſanguinis miſione frequentant, loquendum eſt.

### *De venis, qui in uſu ſunt, apud Aegyptios promouenda ſanguinis miſione. Cap. X.*

A L P I N V S.

**P**ro medicos Aegyptios pro miſione ſanguinis facienda omnes veſque venie in uſu exiſtunt, ſed quæ magis militares apud ipſos habentur, ſepiuſe; frequentantur, ſunt tem porum, frontis, magnorum angulorum oculorum, auris, naſi, narium, labiorum, praefrontimq; interioris labij, lingue, occipitis, colli, atque jugulares, cubiti, manus, poplitis, furarum, atque tal. Uſus vero uenarum capiſ apud illos frequentiffimus, atque familiariffimus eſt, quod ſepte ingens ipſorum caterua oculorum lippitudinibus corripiantur, atque afflidentur. Quibus ococtrant, ſanguinis in priuia facta evacuatione, ex cephalica, cubiti direcione parti affecta uel magis leſa recipientis, & mox ſecta vena frontis, deincepsque non delinente morbo, magnorum angulorum oculorum. Multo priuquam ad venam frontis accedant, miſione in ſanguinis excorciptie, atq; partibus proximis poſtaures poſtris, cum ſcarificatione appositis cucubitalis procurant, atque mox non ſublata oculi inflammatione, ad alias uuper dictas ſecandas deſcedunt. **G**VLAND. Reſtē in ijs ſecundis ſe gerere videntur, quamodo, ut Gal. in lib. de conſtit. art. med. docuit, ſanguinis evacuationem affecte parti per vicinaram partem venas fieri oportere, ueduti his uerbas apud ipsum legitur: His ergo docentibus, qui in coſcendicem fluxus dicitur, per poplitum ac malleorum evan-

„ Euabimus venas, uti sanè, & quæ in eteris haerescunt: quæ in th̄-  
ræce ac pulmone habentur, per venam cubiti internam: Quæ in  
capite & in collo ex humocaria. Proximarum enim, omniumq;  
affectione particula venarum euacuatio optima est ac facillima.  
Prouidcre itaque oculorum inflammationibus per has seetas ue-  
nas rectè videntur. Sed quo nam modo ipsi parvas, uixq; appa-  
rcentes multarum partium uenas secare queunt. ALPIN. Certè  
Chyurgi Aegyptij, siue operarij in scindendis venis, longe nostris  
accommadatores, ac peritiores obseruantur, tenuissimas siquidē  
ac multum obscuras venas cothamode ac tutò secant. Quod etsi  
tutò faciant, nihilominus in multis partibus, ubi hæ minime ue-  
nas, vixq; conspicuæ cernuntur, scarificatione ruruntur, pro euacuando  
sanguine, veluti faciunt ab auribus sanguinem mittere volentes,  
venis intra extraq; ipsas scarificatis (Quæcumque Gal. in 6. epi-  
dem. Hippocratem reprehenderit, diccitem: Cedmata curantur  
scarificatis venis quæ intra aures sunt) Idemq; in labijs, gingiuis,  
naribus, collo, cruribusq; facere obseruantur. à quibus partibus  
scarificatis non æque copiam sanguinis euacuant, namq; ab aurib;  
labijs, gingiuis, collo, paucus emanat sanguis, cuius pauca  
quantitate ex auribus infantium detracta (hec enim aurum sca-  
rificatio propria ferè puerorum ibi existit.) atque etiam à la-  
bijs, gingiuisq; eductum sanguinem etiam in adultis præcedente  
vniuersali euacuatione, mederi posse malis illarum partium arbit-  
rantur. GUILAND. Expesto etiam ut dicas, quibus malis occur-  
rante ex seétis ijs singulis nuperdiatis venis, pro sanguinis euacua-  
tione facienda. De cuiusque igitur sectionis, qua bi utuntur pro  
missione sanguinis, utilitate, nunc te uerba facere cupio. ALPIN.  
Dico igitur a uena frontis factò principio, eam Aegyptios secare,  
atque ab ea sanguinem mittere, in maximis capitis doloribus, ac  
inflammationibus: quibus malis sanguinis euacuationem ex ista  
uena celebratam verè conducere Hippocr. lib. 5. aphor. & Gal.  
tum in lib. de curandi rat. per sang. miss. tum in 13. meth. nos do-  
cuerunt. Itidemq; uenas temporum, magnorumq; angulorum  
oculorum ipsi in ijsdem affectionibus secant, quibus ab ijs seétis uenis  
missionem sanguinis conuenire Gal. in lib. de Anatomia viuorum,  
scriptum reliquit; quippe in capitis doloribus, præfertimq; hemi-  
craneis, atq; in antiquis ophthalmis, & lachrymis, pano, scabie pal-  
pebrarum, nyctalope. Venas uero post aures, atque intra aures

ap. 68.  
cap. 19.  
ep. 1.

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

fecant in pueris aliquo acuto morbo vexatis, præfertimq; in calidioribus capitis morbis. Nariumq; & naſi venas incidunt in antiquis doloribus capitis, atque in oculorum etiam paſſionibus, faciō; ruboribus, & inflammationibus, proximas naſo particulas iedentibus, ut eſt gutta rosacea. GVLAND. Hunc venarum vſum, atque utilitatem fortissimè eos à Galeno accepisse, dicendum erit, qui in lib. 1. de comp. med. ſecundum loc. hæc eadem à te narrata

,, ad unguem his verbis ſcripſerit, dicens: Quod ſi affectio (ut potè  
,, dolor capitis) perfeueret, veneſ ſectione à naſo, aut fronte, aut cu-  
,, rbitis affixis vtitor, ſanguinis à locis affectis detractiones in affec-  
,, tione inuenientur. ALPIN.

Et labiorum, gingiuarumq; venaſ ſecant, vel potius ſcarificant, in fauicium, gutturis, oris, gingiuarumq; inflammationibus, atque in dentium maximis doloribus, à dentium gingiuarumq; morbis, atque labiorum filiis ſcarificatione gingiuarum, ad dentium radiceſ ter quater q; in mense facta, ſe longo tempore praferuane, eas vero ſcarificant acutissimo ſilo argenteo, vel aureo. Mittunt etiā ſanguinem ſectis ſub lingua venis in gutturis, asperge arterię, fauicium, & tonsillarum inflammatione, non ſecus quam noſtri faciāt.

Collum, vero atque mentum ſcarificant, in gutturis maximis inflammationibus, ab ijsq; ſanguinē mittunt, appofitis cucurbitulis. Quod ex Galeno faciendum, in ijs morbis in 6. de compon-

med. ſecundum locos, his verbis docemur. Si vero nihil tale ap-  
,, paruerit, augescat tamen malum, ita, ut æge transglutire poſſint  
,, ægrī, ut ſuffocationis principium sit nq̄bis laſpectum, alius forti  
,, clyſtere, aut glande subducenda eſt, & uena cubiti ſecanda cucur-  
,, bitzq; cum ſcarificatione collo ac mento affigendae. GVLAND.

Quasi iſtare omnia Gal. conſirmat de missione ſanguinali à venis ca-  
pitis, que tu nunc dixisti, in lib. de curat. per ſanguinis miſ. ita di-

ccens: Quo circa que in gutture & arteria graui torquentur in-  
flammatione, in principio quidem ſecta in cubito uena, poſt prin-  
cipium autem in ipſa lingua magnifice prodeſt, incifis videlicet  
venis, que in ea ſunt, ambabus. Sic induratae phlegmoneſ in ocu-  
lis reliquæ, ſecta, que ad magnum decurrat angulum uena, mi-  
rifice iuuantur: Sicut capitis grauitates, & inuenientur in eo ex  
plenitudine dolores leuare, manifeſte ſoler tuſa in fronte uena: ac  
incipientes, aut etiam vigentes per cucurbitam in ceruice procu-  
rata retractio, interim quidem ſolam, interim cum ſcarificatione.

Sed

Sed tu perge reliqua enarrare. ALPIN. Jugulares venas nostrinas fecant in maximis, tum gutturis, tum ceterarum partium respirationi subservientium inflammationibus, atque tumoribus, maximeque in angina suffocante. Multo etenim sanguine ex altera iugularium secta uena, evacuato, multos ferè planè suffocatos ad vitam reddijste, à multis illorum, atque à me obseruatum est.

Neque mirum, quando & Author lib. de Anat. viuorum hęc scriptare reliquerit: Et ex istis sunt duae iugulares, & minuerunt in priori cipio lepræ, & fortis anginx & angustia anhelitus, & in asthmate acuto & in raucedine vocis, & in apostemate pulmonis, & in spirandi difficultate, quæ ex multo sanguine fit calido, & ægritudinibus splenis, & laterum. De aliarum vero venarum utilitate nihil amplius dicam, quando latiss omnia, quo ad illorum usum haecenus dixerimus. De crurum uero aurumq; scarificatione, à quibus partibus per scarificationem absque encubitalis, mittunt sanguinem, alias suis locis loquemur. Atque hic est illarum omnium venarum apud Aegyptios frequentatus usus, & utilitas. Quæ omnia non dissentire videntur a Galeni doctrina. In lib. enim nuper dicto, si tamen eius est, de venarum temporum, iugularum, magnorumq; angulorum oculorum, atque omnium aliarum usu atq; utilitate eadem plane leguntur, & illarum, quæ in naribus existunt, fronte, lingua, in lib. 2. & 6. de comp. me d. secundum loc. non minusq; usus encubitalium in collo & mento, atque post aures in lib. de oculis, atque in 6. epidem. CIVILIS. Priusquam ulterius committatur progrederis lobet aliqua aduersus ea, quæ de usu uenarum, quæ sunt in quagnis oculorum angulis atq; post aures positis, ex Aegyptiorum instituto dixisti, nunc in medium asserre. Nam author lib. de anat. viuorum dixit: Et duas uenæ temporum, quæ flexione, se incedunt; & duas uenæ quæ sunt in angulis oculorum lachrymalibus, nō apparent multum, nisi propter constrictiōnem suffocantem, & in ipsis non est profundandus phlebotomas, quoniam fortè fierent fistulae, & non egreditur sanguis nisi paucus. Ex his igitur appetit usum uenarum, magnorum angulorum oculorum neque tutum, neque multum utilem esse, quando ab ijs sectis uenis, & fistularum impendeat periculum, ex parte subiacente ad fuscipendias fistulas facilissima, atque cum parum etiam sanguinis per earum uenarum sectionem evacuetur, parum utilitatis esse possunt. Eas uero quæ intra, extraq; aures cernentur, quas tu se-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

Care illos affirmasti, certum est Galenum, Hippocratem in 6. epid.  
reprehendisse, qui dixerit, Oedemata curati scarificatis quae in aures  
sunt. De uenis autem post aures positis Hippocr. haec in lib. de  
cap. 11. aere loc. & aqua memoriz. prodidit: A principio morbi utramque  
que uenam tetro aures incident, quo factio sanguine multo pro-  
manante somnus eos corripit præ imbecillitate, sicque obdormi-  
scunt, quorum quidem aliqui depulso sonno sani exurgunt, ali-  
qui vero minime. Acq; mihi sanè uidentur ea medicatione seip-  
sos perdere: venae enim retro aures sunt, quas si quis fecerit, sterili-  
tatem inficeret his, quibus secantur: Quamobrem ex ijs apparat,  
primo magnorum angulorum venas parvæ esse utilitatis, quæ per ipsarum sectionem paucus sanguis educatur, & secundo, auris nuper dictis sectas ueras sterilitatis, atque exitioi somni aliquando esse causam, ideo illarum usum hand à nostris medicis arpien-  
dam puto. A 1 P R I M U M. De uenis magnorum angulorum in oculis Galenum dixisse, paucum sanguinem vacuari, atque impendere petiolum ex ipsarum sectione futuræ fistulae, uerissimum est, si tam-  
en istius est liber, quando in alio libro de curat. per sang. miss.  
de ijs uenis, hęc etiā scriptet: Sic indurate phlegmonatum in ocu-  
lis teliq; secta, que ad usquam decuterit angulum uena, scilicet  
iudatur. Ego vero semper quantam volui sanguinis copiam, ab  
his secessis uenis in multis corporibus detraxi. Francisco enim Ri-  
gono, Georgij Hesini, eo tempore ibi pro Serenissima, simulq; felicissima Veneta Republica, Consulis clarissimi, Occonomo, diffi-  
cili oculorum lippitudine afflito, uena, quae dextri oculi magnum  
perrepat angulum, dissecata, sanguis ad libarū pondus ssepe detra-  
ctus est. Nullisq; esti in pluribus istius uenæ sectionem obserua-  
uerim, exinde fistulam obortata fuisse obseruau. De uenis vero,  
que tuu intra, tum extra aures existunt, quas omnes scarificatione  
secant, quamquam in illarum sectione Gal. Hippocratem repre-  
henderit, nos posterius, ubi de scarificatione aurium sermonem  
habuerimus, quid sentiendum sit dicemus. Quod verò apud Hip-  
pocratem legitur in lib. de aere loc. & aq. de uenarum post aures  
positarum sectione, atque ab illa vacuato copioso sanguine, cum  
sterilitatem indui, tum immoderatos somnos, partim uerum, partim  
falsum est. Etenim ex larga sanguinis per illas uenas dissecatas  
evacuatione homines in profundissimos, longissimosque somnos,  
prolabentur, non est uisum, multa ex inde cerebri facta refrigeratio-  
ne,

ne, ab immunito calore nativo, ab multari cum sanguine simul spirituum factam dissolutipnem. Minime tamen obseruatum est, aliquam ab ea sterilem evasisse. Memini iuuenem Christianum natione Cophtum, annos natum supra viginti, Aois appellatum, Cayri ab appositis cum scarificatione cucurbitulis post aures, ob oculorum difficultem ophthalmiam, illisq; venis profunda, more illorum, scarificatione facta incisis, ac plurimo vacuato sanguine, in profundissimum foramen incidisse, ex quo multi mortuum ipsum sunt arbitrati, qui tamen post tres dies expergefactus, convuluit, paucosq; post menses puellam pro uxore duxit, cum qua filium habuit. hæcq; à me obster de his dicta sint. GVITAND. Venas capititis multas quippè temporales, angulorum oculorum, nasi, frontis, & alias non nisi propter constrictiorem suffocantem apparere, ut commode secari possint. Author libri de anatom. visorum docuit. Propterea nescio an Aegyptij illas ita parent, ut intumescant more nostrorum linteo quam fortiter collo deuincto, vel alio utantur, ut idem praestent, artificio. Amplius duo etiam alla scire ex te cupio, quorum alterum est, quo pæctio iugularem venam apparere faciant, quaq; in parte recte appareat, non minusque quomodo ab ijs lecutur. Deum idem de ea, qua in poplite scinditur à te dicendum puto. ALPIN. Eodem modo, quo nostri facere obseruantur, Aegyptij vtuntur in secundis omnibus capitatis venis, ligantes collum linteo, quam fortiter, vel etiam frontem proscindenda vena frontis; In secunda uero altera iugularium, in primis collo eodem modo fortiter linteo deuincto, ægrotum caput flexere, atque inclinare ad oppositam partem iubent, venamque per rectitudinem tundunt: ac vacuato sanguine, caput præter quod ad oppositum inclinantes distendunt, obliquè flectunt, ut venæ sectio obtegatur, faciliusque coalefaciat. Secant itidem sub poplite venam, facta ligatura sub genu, intertrinq; etiam supra genu. Sed sçpe non appetet, maximeq; in ijs quorum corpora venis exiguis reserta sunt. Sed tempus est, ut ad arteriarum sectio nem, qua Aegyptij non feceris quam in venis vtuntur, transcamus.

DE MEDICINA AEGYPTIORVM  
*Aegyptios arterias pro sanguinis missione non secus  
quam venas secare. Cap. XI.*

ALPINVS.

**A**Egyptiis sanguinis vacuatio per sectas arterias non minus quamper venas familiarissima est, & absque ullo timore eas secant ad quamplurimos curandos morbos. Vnumque sanguinis vacuationis per ipsas sectas frequentissimum habent, ac pro tutissimo auxilio, diuinoque secreto, ad diuitias oculorum ophthalmias, atque inueteratas, nec non ad capitis, viscerumq; multorum antiquos, diuueniosque dolores. In hisq; mis-  
tis audacissime illi non secus quam venas, arterias secant, atque ab ipsis sanguinem mitteunt. GVELAND. Mirabile nunc ex te de arterijs audio, quod ipsas pro mittendo sanguine illi medici secare audeant, atque ita familiariter & tuto, periinde ac in venis facerent, hoc certe non possum non multum admirari, maximeq; cum nemo nostrum hanc provinciam aggredi haecenus ausus fuerit. Hocrum siquidem sectarum arteriarum usum pro missione sanguinis, non modo omnibus medicis recentioribus, verum etiam antiquis maxime suspicium fuisse, multorum testimonijs planè constat.  
Neque inumerò Gal. in lib. de cur. rat. per sang. miss. hęc loquen-  
tia : Quin & inter ijsse quosdant noui ab arteria interiori in cubito,  
venae subiecta, nonnullos quidem protinus ob uinculum circum-  
positum, uolentibus medicis fistre sanguinis eruptionem, in gan-  
grenam incidentes : alios postea in aneurismate manu curando  
defunctos. Quo timore non iniuria in animos, tum antiquorum,  
tum recentiorum medicorum inieccio, exinde omnes abhorruere  
sanguinis missione per arteriarum sectionem faciendam, tantoq;  
remedijs usum hinc paruifecerunt, atque neglexerunt. quid itaque  
ais, tantam illis medicis Aegyptiis nunc inesse audacie, ut omni  
abieccio timore, magnisq; negligēis periculis, arterias, usq; ad mit-  
tendum sanguinem secent? ALPIN. An non tibi videntur medici  
tuto posse arterias secare, quia fortasse sectae arterijs nequeant coa-  
lescere, atque hinc aneurismatis periculum impendere, tandemq;  
exitij? Fortasse nunc eorum tibi non uenit in mentem, quæ Gal.  
hic de re scripsit in libro 5. methodi, quæ sunt huiusmodi.

De

, De arteria autem vulnerata iam dictum est, nonnullis medicorum  
 , videri non posse fieri, ut coeat. Atque afferunt aliqui quidem so-  
 , la experientia se contentos profici: Alij uero etiam ratione usi-  
 , eiussimodi, siquidem duram esse ac cartilaginem aiunt alteram ar-  
 , terie tunicam, talium uero nihil posse in unum coire, cum sit mol-  
 , lium tantum corporum in unum coenendi habilitas: ut rum in ex-  
 , ternis, videlicet nullo nec lapide cum lapide, nec testa cum testa  
 , unquam cocunte: tum uero in nobis ipsis, quando nec cartilago  
 , cum cartilagine, nec os cum osse coalescat. Non enim fracta os-  
 , sa per unionem coherent, sed per callum cum, quem Greci poron  
 , vocant, seu glutino iunguntur: siquidem arterie natura difficult-  
 , tam quidem durioris tunice sue glutinans, prorsus indicat,  
 , non tamen eiussimodi, que euinci omnino nequeat, neque ita est  
 , secca & dura, ut os uel cartilago, immo longe his mollior, ac magis  
 , carnosæ. Quo utique minus de unienda sectione eius est despe-  
 , randum, ubi tum ipsa fit parua, tum hominis corpus natura mol-  
 , le. Videtur autem experientia quoque ipsa rationi subscribere:  
 , cum & in pueris & in mulieribus propter corporum humiditatē,  
 , & molliitatem, eam uiderim glutinari, & in uno iuvene, cui (vt di-  
 , cūm est) exigue erat incisa. Cum vero sanata difficulter sit ar-  
 , teria, quam uena, non tamen est medicamentorum admodum diuer-  
 , sias in utraq; usus, immo specie planè idem maioris, minorisque  
 , ratione euarians. Quippe tanto siccioribus medicamentis eget  
 , arteria, quam uena, quod si carnem circa gigni est opus, eadem  
 , ambe requirunt, atque hec Gal. Ex quibus cum constet arterias  
 , secetas posse coalescere, quamquam non ita facile id sit, cur & nos  
 , non fatebimus, tutò posse earum aliquas pro mittendo sanguine  
 , secari? nec ab ipsarum sectione, semper anerisimatis pendere pe-  
 , riculum? Miliu quidem hoc videtur, verum ratione in primis,  
 , quod arteriae secetas possint coalescere, atque mox experientia Aegy-  
 , ptiorum omnium, quos stepissime viderint multas in multis egro-  
 , tis secuisse, absque illo discrimine uel timore, nullumque à lècta  
 , aliqua arteria obijisse vidi, quinimo multos exinde sanatos fuisse.  
 Galenus etiam uisus est hoc non modo, non recicisse remedium  
 , uerum tutò medicos utique arterias secare posse confirmasse, atq;  
 , easdem coalescere posse. Etenim ipse in libro de curat, per sang-  
 , miss, circa finem dixit: postquam per insomnia monitus arteriam  
 , fecui, que est inter pollicem & indicem, & sanguinem ea secata misi,  
 bene;

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

beneq; succedit, atque uidetiam magistrum quendam Pergamini  
arteria cubiti secta, à lateris dolore liberatum absque ullo aneuris-  
mate. atque hoc etiam subiungens, ait: Hac itaque mihi persua-  
serunt, ut subinde in sumpniis artibus, immo & in capite arterias  
secarem in omnibus doloribus, qui à calida, spiritali q; substantia  
nasci uidebantur, & maxime in membranis: quorum dolor  
punctioni similis est, ac sensim expanditur, pungente quidem sen-  
su una in parte, tanquam in affecti loci centro infixo. GVLAND.  
Non differt mea hac in re è tua sententia, quinimo eidem addicthes  
sum, existimoq; non esse desperatam arteriarum sectarum unionem,  
atque coalescentiam. duo tamen existunt, que mihi huius rei ue-  
ritatem non parum anticipitem reddunt, quorum alterum est, pulsus in arterijs motus, qui uidetur ualde efficax ad uitandam  
arterie unionem, ulcerisque sanationem. Galenim pulmonum vlu-  
cera sanari non posse ob continuam pulmonum motionem, non  
immerito docuit, cum ex morte vulnera, que coaluerunt, facile  
denso rumpantur, atque aperiantur. Cogito itaque in otum con-  
tinuum arteriarum ipsis, quo minus coalescant, atque sanentur  
esse multo impedimento, que difficultas augetur à duriori substanci  
a arteriarum, qua secundè arterie multo difficilius uenis sanari pos-  
sunt. ALPS. Galenus ait, arterias dura sanè substancia preeditas  
esse, non tamen ea, que nullam recipiat coalescentiam, atq; unionem.  
Illi uero arteriarum, præualido mortui facillimo ac tutissi-  
mo remedio occurunt. Sectioni enim arterie, probè in primis  
vixit digitis frustrum arteris planum, rotundum, & crassum super-  
ponunt, ipsiusque ualide, ei annexant, & fortier ligant, ut ualide  
arteriam comprimat, atque eius pulsi validè obsistat, ne rursus  
vulus aperiatur. GVLAND. Hac sufficere mihi videntur, ad de-  
monstrandum rectum in arteriarum sectione vsum, & hac ra-  
tione tuto illos medicos operari posse existimo. Nunc te  
quas illi suant arterias narrare decoet, atque quoniam  
modo, tum illas suant, tum sectas sanent, ab  
aneurismateque defendantur, & in qui-  
bus malis eorum sectione pro nati-  
tendo sanguine, illi  
utantur.

*De arterijs, quas Aegyptij secare solent, atque quomodo illas fecent, & curen, & in quibus etiam morbis ipsarum sectione utantur.*

*Cap. XII.*

ALPINVS.

**I**vs regionis medici omnium arteriarum, quæ in capite cernuntur, sectionem pro sanguinis vacuatione aggredi solent. In antiquis enim capitis doloribus, maximèq; cum pulsu affligerentibus, in omnibusq; etiam capitis inflammationibus, arteriam frontis, temporum, atque eam quæ post aures est posita, secare solent, idq; sciliciter ipsis accidit, ex his uero omnibus eam, quæ in fronte existit, frequentius ad illius affectus scindere solent, præsertimq; in antiquatis ophthalmijs. Multos, qui vel antiquum capitum dolorem pertulerant, vel oculos longo tempore habuerunt lippientes, per sectam frontis arteriam sanguine evacuato subito, quæ pæstigio quodam sanatos fuisse Cayri uidi. Harum itidem earundem arteriarum usum Galeno fuisse plane cognitum, verba ab eo in lib. 14. meth. traditis probè manifestant, quæ hęc existunt: Oportet autem derafo capite curiose tangere, tum quæ retro, tum quæ secundum vtramque arteriæ sunt arterias: præterea, quæ in fronte, & quæ in temporibus sunt. Quarum quæ calidiores alijs apparebunt, ac maiorem exhibentes pulsum, hęc sunt incidendæ. Quaecunque uero & paruæ & propè cutem resident, haruns vel si partem aliquam excideris, ueluti facere in crurum varicibus solemus, aptius erit. Quod & apud illos frequens est, neque immerito, quando arteriæ, quæ calidiores atque grandiores apparet, multum sanguinem excalcatum, vel aliquo statu permisum continent, eos repleta distendantur: qui per eas sectas, tum evacuatur, unà cum halitu, tum refrigeratur. GVELAND. Quislo ne te narrare pīgeat, an apud illos medicos videris super dictarum arteriarum aliquam sectam, ut vena à nostris secari solent, simulq; extra diem, vel exastam fuisse. Quando in lib. de Anat. visorum hęc de his legantur: Ex arterijs vero, quæ sunt in capite est arteria temporis, quæ quandoq; adiuitur,

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

ritur, & hoc sit, ut rheumatisini subtilestes constringantur, qui ad oculos descendunt, & circa arterias, quæ sunt post aures, que phlebotomantur propter species ophthalmicas, & principium aquæ, & nyctalopes, & antiquum dolorem hepatis, in earum tamen phlebotomia semper existit timor, & tardatur confirmationis. A 1. p. 1. n.  
Nunquam illos medicos vidi arteriam aliquam rotam fecuisse, vel extraxisse, sepiissime tamen phlebotomata non feceris quam veniam fuisse in multis oculatim vidi. Seipissime ad prohibendos catarrhales fluxus in oculos, temporum arterias exurunt. In omnibus sanè Aegypti locis quamplurimos exustis temporibus, ob eam causam cornes, is uero arterias illas, atque alias exurendi usus ab Aethiopia illuc delatus est. Nam Aethiopum, Abissinorumque plurimi cum modum exurendi affectant. Nunquam vidi aliquem usum fuisse sectione arteriarum, post aures positarum, pro lippienibus, atque ijs, qui hepatis dolor est patiuntur, hepate enim affecto illam secare solent arteriam, quæ inter pollicem et digitum, & indicem manus pulsat. Quod a Galeno quoque comprobatum fuisse legitur in lib. de curar. pér sanguinis. Audierabam ab illis medicis etiam jugulares venas in suffocantibus affectibus fecari, quod ego nusquam in illis locis vidi. Secant in manu, ut dictum est, positam inter pollicem & indicem digitum, ab eaque mittere sanguinem solent ad oennes internorum viscerum dolores, atque inflammations. Hęc sunt arterie, quas eos ad sanguinem detrahendum, secare per id temporis obseruare potui. G 1. 1. à n. d. Illos mihi in multam gratiam reduxisti, qui non modo omnes Grecos, Arabesq; antiquos medicos longè in hoc superariis, cum nunquam ipsorum aliquem fuisse legatur, qui sectione arteriarum ita familiariter, & tuò usus fuerit, sed fortasse multis secretis auxilijs uel medicamentis sectiones illas arterias, magis tuò cibglutinant, & ipsarum vulnus sanant. A 1. p. 1. n. Duo nunc tibi narrò quorum primum est, quomodo illi secant arterias, secundum, sectiones quo padio facile facient. Operarius itaque in primis partem in qua arteria secunda existit, fascia linea non feceris quam in venarum sectione fieri solet, ligat arteriamq; sanguine implerit, atque tumidam fieri linit, quam tunc acutissimo phlebotomo, siue scalpro oblique secat ( phlebotomis Aegyptijs ad sectionem arteriarum longè nostris acutiores videntur.) in sectioneq; etiam illartem semper minimam efficiunt sectionem, quia sanguis tenuissimus est, atque etiam

etiam quod magnum vulnus difficilis coaleficit. Sed itaque arteria sunt fangiis tantum effluere, quanto opus habet, cuius quantitas regula à multis obseruantur, quando ex semicircolo sanguinis definit effluere. Sanguineq; vacuo, non secus quidem nostri in seccis uenis ad vnujonem digitis labia deducunt, ita seccam arteriam unit, eiusq; vulneri modicū gossypij superponit, supra quem pneum magnum denarium ibi vñstatum, (quem illi Follera appellant, estq; ipse latitudinis communis veneti aurei, & crassitie argenti aurei) fortiter, alligat permittitq; hoc modo arteriam ligatam, & adūri etiam tribus diebus manere, quibus finitis, ligaturam detrabit, nullo alio ad ipsius curam auxilio ab ijs vñtato. nullumque ex plurimis, uidj, cui seccis arteriæ fuerunt, qui detracto pneo denario, ligatura post tres exactos dies, aliquo alio auxilio opus habuerit, sed integrè sanatos omnes obseruauit. Sunt uero aliqui qui priusquam ligent arteriam, gossypiumq; ei superponant, parum churis accenq; candele flamma calfacti apponunt, eoq; arteriæ vulnus rectè digitis ununt, & mox gossypium, & tandem follera superponunt, atque alij lentiua nigrarum puluerem arteriæ vulnus aspergunt, & mox gossypium & follaram apponunt. atq; hęc de sectione arteriarum apud illos vñtata sufficiunt, ex quibus colligitur duo in sectione illa obseruari, scilicet in ijs effectum minimum vulnus, per obliqueq; acutissimo phlebotomo adactum, & applicationem pnei denarij super arteriæ vulnus. Quo- & frigiditate, & duritate pulsus arteriæ motus cohibetur, atque ne valide arteria pulsus vulnus percussiat, atque ne uehemens ille motus fiat, quo possit arteriæ vulnus rursum dilatari, atque obflare, quin arteria secca rectè coalescat, prohibetur. **GYZAS.** Haec tenus vñiam sectionis arteriarum probè narrasti, atque modum, præterea tuto eas, tum secandi, tum sectionem sanandi, quare omnes facile nostri medici audacter ipsum usum aggredi, atq; expetiri possunt. Quum posse multis ægrotis prodesse, ubi tunè administrari queat, nemo nostrum contendet. Sed de his satis. Nunc opere pretium esse existimo, ut etiam de cucurbitulis, quibus illi medici vtuntur, aliquid differas.


DE MEDICINA AEGYPTIORVM

*De cucurbitulis, quibus in Aegypto medici  
uiuntur. (ap. XIII.*

A L P I N V S.

**D**eo cucurbitularum genera illorum locorum medici  
vñspant, unus unquippè utrum, cornicum alterum.  
Vtrumque tamē genus simul conueniat, quod spiri-  
tus sive oris attractione, sive ore attracta, vel retracta respiratione  
apponuntur. Omnes iij medici hoc scilicet modo illas pertra-  
ctant. Igne enim, vel calenti aqua ipsas cuti affigere nemo illorum  
posuit. Sed ore tantum attracta respiratione, moluntur opus, &  
sic cuti affigunt. Qui modus admouendi cucurbitulas planè ei simili-  
lis uidetur, quem Hero Alexandrinus in lib. spiritualium nobis  
prodidit. Corneq; taurorum parua, perpolita & perforata exi-  
stunt, quibus utraque extremitas, latifusa quippe & angustissi-  
ma, sive acutissima, meata pernio constat. Earum formam subiec-  
tae figurae demonstrant.


Cornu



Cornu angustior extremitas est perforata, ut operator ore eam excipiendo, per ipsum spirationem intro attractum, cucurbitulam altero ore expanso latiori, affigere cuti possit, ea vero cuti eo modo affixa, angustioris extremiti acuti meatus, uel foramen continuo ex ore attractum frustulo pellis ouilis salina madefacta, & emollita clauditur, cutemque exinde in aliquem tumorem ducta, cucurbitula parvum foramen pelle obductum, & clausum detegitur, atque aperitur, quo aperto, continuo cucurbitula à cute excidit, atque Chyrurgus rursum eam cuti apponere volente, rursum os leuum magnum cuti applicatum, extremiti cornus parvum foramen ore excipi, rursumq[ue] spiritum intro trahit, quoisque probè affixam illam cuti adhucrere viderit, quo viro continuo extremitum pellicula ubi per dicta lingua revoluta claudit, ne flatus exinde respirare queat. Hoc idem illi faciens, volentes uia sanguinem mittere eadem chape scarificata, nautique eodem modo cucurbitulam cuti anebebant, vel affixant, atque extremiti cornus parvum foramen ore excipiunt, spiritumq[ue] in se trahentes sanguinem foras trahunt, quem etiam valenter trahit sola cucurbitula cuti, eo modo affixa: quam non trahere, ut uolunt sanguinem, cum viderint, opem ferunt spiritum ore valenter per parvum extremiti cornus foramen trahentes. Hincq[ue] ijs cucurbitulis eo modo usi, quam nostris copiosior sanguis evanescatur. Talium cucurbitularum igitur apud illos medicos est usus. Cæterum hę sepius chyrurgis ore sanguinem, ut dictum est, trahentibus in cucurbitulam affixam, illud incommoditatis afferunt, ut sanguis sepius in trahentium chyurgorum ore trahatur, quando ipse rostrum vel cornu acutum extremitum, cuius per foramen fit attractio, ab altius multum eminente à corpore cucurbitule, neque corpus est ita magnum, ut multi sanguinem continet, quod sanguinem eductum suscipit, atque retinet. Hincq[ue] usum instituerunt vitrearum, quia majori corpore rotundiore ventre constarent, & in medium ventris ab eminentiori parte rostrum longissimum perium sine casum haberent, cuius munus foret, ut per ipsius foramen sine rostri extremiti os in ore chyurghi exceptum, cucurbitula cuti applicaretur, atque sanguinis in fluxum commodiorem molirentur, qua sanguis eductus per rostrum ad os trahentis non duceretur, sed totus intra corpus cucurbitulae retineretur, minimeque ad attrahentis os efflueret, cum rostrum extremitatis à corpore cunctissima, ac remotissima sit, rostrum enim



## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

longissimum existit. Vnus vero omnium nuper dictarum cucurbitularum unus, atque iste est, tum cornearum, tum vitrearum, Linguleque codem modo ab ijs adhibentur. Vnus est etiam Cor. cap. 10. nclus Celsus haec nouisse, cum lib. 2. haec scripsit: Cucurbitula-,, rum artem & corneam. Acne altera patet, altera clausa est. ,, Cornea altera parte aequa patens, altera foramen habet exiguum. ,, In Acneam linamentum ardens coniicitur, ac sic os eius corpori , aptatur: imprimiturque donec inharet. Cornea per se corpori , imponitur, deinde ubi ea parte, qua exiguum foramen est, ore , spiritus adductus est, superque cera cauam id clausum est, aequa inharet. Verum in Aegypto cauam facilis, atque non minus tuta pelle sine membrana salua emollita, Lingue opera claudens, & non cera, qua foramina ita citio aptare + atque abigere, ut opus est, non possimus. Acnes apud illos in usu non sunt. sed illarum loco nitreis utantur, quæ hac figura, sive effigie efformantur, & cer-numptur.



Nullæ

LIBER SECUNDVS.



I

Nulla

DE MEDICINA AEgyptiorum  
Nullae aliae ab his, quas diximus, atque delineauimus, cœcurbitulæ  
apud ipsos in ufo existunt, sed iam de usu & ope illarum loquamur.

*Qualis cucurbitularum apud Aegyptios sit usus, in  
quibusq; morbis ijs ipsi utantur.*

Cap. *XIII.*

### G V I L A N D I N V S.

 **V**ero modo illarum cœcurbitularum usum audire, quando apud nostros medicos cœcurbitularum ad plures morbos sanandos celeberrimum sit remedium, neque id immerito, cum hoc presidij genit tantoper à multis præclarissimis medicis ferè, ad omnes morbos laudatum sit: quandoquidem ex antiquioribus medicis, Herodotus celeberrimus ijs seculis medicus hæc de ijs (Oribus referente:) scripsit: Cœcurbitula materiam, quæ in capite est, evacuare potest, itemq; dolorem soluere, inflammationem minuere, inflationes discutere, appetitum reuocare: imbecillum exolutumq; stomachum roboret, animi defectiones amouere: quæ in profundo sunt, ad superficiem traducere: fluxiones siccare, sanguinis eruptiones cohibere, mensuras purgationes prouocare, facultatis corruptionis effervescentes attrahere, rigores sedare, circuitus soluere, à propensione in somnum excitare, somnum conciliare, grauitates leuare, atque hec quidem, quæq; his similia sunt, prestatæ cœcurbitularum usus potest: Quæ eadem apud Galenum in lib de Hirud. reuuls. cœcurb. & scarif. scripta legantur, & Cornelius Celsus usum illarum in febris quoq; tempore utilissimum, atque tutissimum prædicauit. siccirco hanc ipsarum usum apud eam gentem, ex te nunc audiens eripio. **ALPIN.** Dixi illos cœcurbitulis absq; missione sanguinis ratissime uti, sed in corporum evacuationibus eas frequentare. **GVILAND.** Pro uniuersali ne sine totius corporis evacuatione, an pro alicuius tantum partis, ipsas adhibere consueuerunt. **ALPIN.** Neminem illorum vidi, qui cœcurbitulis aliquando pro uniuersali facienda vacuatione ex toto corpore usus fuerit, sed alicuius tantum partis gratia, præcedente tamen uniuersali. Hincq; illarum frequentissimus est usus, prius facta vniuersali sanguinis evacuatione

ne ex seclis in cubito venis, in capitis doloribus, & inflammatio-  
nibus: præfertumq; in phrenicide, amentijs, morbo Dem el muia  
vocato, oculorum, auriumq; doloribus, ac inflammationibus ap-  
plicant unam occipiti, atque duas partibus circumpositis, vel in  
collo. Cuti verò pro qualibet cucurbitula tres, vel ad plus quin-  
que scarificationes infingunt, longas tamen atque profundas ro-  
strumq; cucurbitulae canth ore excipientes, ac spiritum fortiter tra-  
hentes quantum sanguinis uolunt eucuant. Frequentissimis  
cucurbitularum est vius, cum scarificatione occipitis, atque par-  
tium circum ipsum post aures positarum, atque colli. emiso ex  
ijs partibus sanguine, qui mulris officit, ipsi sc̄p maxime, qui non  
admodum calido constata capite, quemadmodum in calidissimis  
capitis morbis sanguinis multa evacuatio, eo modo ab ijs scarifi-  
catis partibus ope cucurbitulari, summopere semper prodest. Ni-  
hil est prystantius ad excitandum somnum, quin copiosa ab ijs  
partibus scarificatis sanguinis evacuatio. Sed hęc admodum cau-  
tē est administranda etiam in calidissimis capitis affectionibus,  
quando multos acutē febrentes ob continuas vigilias vfos  
immoderata sanguinis uacuatione, in veternos, lethalesq; som-  
nos incidiſſe, obſeruauerim. Hinc fortalē non immerito ab Hippo-  
c. in lib. de aer. loc. & aq. proditum est, Scythes vfos hac immo-  
derata vacuatione, vel in somnos lethales incidiſſe, vel inde viros  
impotentes factos, quippè immodice vniuerso corpore exinde re-  
frigerato. In capitis verò doloribus, grauitatibus inflammatio-  
nibus, oculorumq; lippitudinibus, & alijs calidis omnium capitis  
partium affectionibus ex plenitu dicte oberti, summo semper adiu-  
mento erit ista moderata cucurbitulis procurata vacuatio. quod  
Callib. de Hirud. reuuls. cucurb. his verbis planè etiam confirmatum  
reliquit, dicens: Incipientes, aut & vigentes capitis grauita-  
tes dolores à plenitudine per cucurbitulum in occipite poſitam,  
vel folam, vel cum scarificationibus iuunt: utrum totum corpus  
antea vacuatum esse oportet. idemq; in lib. de curat. per fung. mil. cap. 7.  
apud ipsum, legitur. Aegyptij medici in nuper dictis affectionibus  
primo ſecta cubiti uena cephalica vel communis, occipiti applicat  
cucurbitulas, mox cum morbus illis vacuationibus non cefſerit,  
vel ad frontis, vel angularum magnorum, vel narium, vel tempo-  
rum venam ſecundam configunt. easdem etiam pro iſdem ma-  
lis ad vacuandum sanguinem ſupra occiput, in auerſa capitis parte  
I. 2. appli-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

applicantes. Cetumque est, ab his partibus, ita scarificatis, quantum sanguinis volume copiam vacuare. Carent tamen hac uti vaccinatione in ijs, qui caput frigidum, humidum molle, rarijs habent obtinent, quod eorum ab hoc auxilio immodice cerebrum refrigeretur. Quo ita refrigerato, necessarium sit, mos aegerrime suas functiones obire posse. Siquidem hoc membrum si apte natura frigidum, haud facile sanguinis missione refrigeratum, recalcitare potest. In occidente etiam & collo cum scarificatione cunctis bindulis administrant ad gemituris inflammations, felici cum successe, nam prater quod à parte affectae evacuant, etiam naturam excitant, ut per eas viam noxium humorem expellat. Quasi conentur eucubitalium ad eam partem facta attractione, natura motum ad exteris illas partes imitari. Siquidem ad eas partes humorum decubitus sepiissime naturam critice facere, ex Hipp.lib.s. aphorismi colligi potest; Quidam ipse dixit: Ei, qui ab angina corripitur si tumor tadius fuerit in collo, bonum est, atque etiam in lib. 7. aphor. Ei, qui ab angina corripitur, si tumor & rubor in pectori superuererint bonum, extra enim vertitur aegritudo. A dorso, lumbis, scapulis, pectore, n.ribus, atque cruribus usquam in Aegypto aliquem vidi, qui sanguinem per eucubitalas, eduxerit. GYLAND. Non ne evacuant plenitudinem totius, aliquando eucubitalis? An non, vt nostri, preter occiput posteriorerunt capitis partes, scapulicris et dorso, lumbis cruribus, atque alijs corporis partibus eas applicant, atque sanguinis per eas vacuationem procurant? nonne etiam vtuntur in pestiferis fūbris ad iuandam exanthematum eruptiōem, ijsq; scarificatis, atq; etiam sine scarificatione, quas nostri appellant leues eucubitalas, uel ficas. Quales uero facere illi scarifications confuescane libenter ex te audirem. ALIAS. Illi raro vel nunquam vtuntur eucubitalis sine scarificatione, neque preter nuper dictas capitis partes, occiput, scilicet, omnemq; aevium partem, atque post aures inter occiput, & collum, alias ab his post nascendo sanguine usquam scarificans, potui obseruare, iecreco neque dorso, lumbis, natibus, coxendibus, cruibusq; applicant eucubitalas, pro adiuuandaq; exanthematum apparitione multo minus ijs veniente. quinimodo potius aduersis nostris ommes, qui pro adiuuandis variolis, morbillis, vel puncticulis malignis, viuum illarum in nuper dictis partibus consecutantur, multa ( me audiente ) discernunt quibus earam

viam

\*sum in pestiferis ijs febris cum exanthemaribus ab animis nostris penitus eruerent. Denum nullis cucurbitulis tollere posse plenitudinem vel vniuersalem etiam, vel particularem affirmant, atque hinc nemo ipsorum vsum cucurbitularum aggreditur, nisi postquam uniuersum corpus probè fuerit vacuum. Pro qualibet cucurbitula applicanda quatuor, aut ad summum quinque infligit scarificationes ea longitudine, qua est indicis latitudo profundè adactio scalpello, non epidermidem tantum, ut perfune nostrorum medicorum mullos parvas, ac tanum in superficie cutis scarificationes infligentes, facere dicunt. sed malto profundius secundam cutem, atque adeo carnem vulnerantes, atque scindentes. CIVILAND. Mihi haud mirum est, vsum cucurbitularum in occidente, eiusque proximis partibus apud Aegyptios ita esse frequentissimum, & familiarissimum, quando etiam veterum clarissimorum medicorum non pauci eundem morem fecuti sunt, præfertimq; Hippoc. atque Galenus. ab occidente enim eiusq; proximis partibus ad capitis dolores, grauitates, atque longe magis ad lippitudines oculorum, sanguinis missione cucurbitulis, super dictis partibus applicatis vlos faille, hec in lib. aphorism. à Galeno memorię mandata explicant: In doloribus itaque partis capitis posterioris, cum auerione evacuatio ex fronte het: sicut anterioris ex occidente. Sic itaque diurnae oculorum flexiones superius sanare sunt, ex partibus secundum occiput sanguine missio una cum cucurbitula vlo, atque in lib. 13. meth. med. hec habentur: Præterea cucurbita in occidente definita efficax est remedium ad oculorum fluxiones: & in lib. de curat. per sang. miss. ipse <sup>cap. 12.</sup> etem, que superius in eiusdem de Hirud. cucurb. libro scriptisse, anno taurinus, scripta reliqua, ita dicens: Sicuti capitis grauitates & inueteratos in eo ex plenitudine dolores leuare manifeste solet tusa in fronte vena. At incipientes, aut etiam vigentes per cucurbitam in cernice procurata retractio, interim quidem solam, interim cum scarificatione. Ceterum prepuciatum esse corpus vniuersum oportet. & Hippoc. in lib. de passionib. vbi agit de fauina inflammationis auxilijs, dixit: Si uero ex his gracilis non fiat, retro raso capiti cucurbita dux adhibentur, & sanguinis plurimum detrahatur, & pituita fluxus retrò reuellatur. & Gal. in lib. de medicamentis facile parilib. de oculorum vicij sermonem habens, scriptis: Quod si vehementer fuerit capitis grauitas, aufe-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

,, renda erit , ac occipito cuca bitula affigenda, concisa prins cue  
,, scalpello , copiosusque inde sanguis detrahendus . Quare cum  
apud Hippocratem & Galenum medicos preclarissimos vius cu-  
cubitalarum in occipite, & circum ipsum fuit frequentissimus,  
non est mihi eodem modo Aegyptios eandem retinere consue-  
tudinem; ita, neq; in his solum, sed in alijs partibus grecos illos imi-  
tantur.Hippocrates enim in libro de loc. in homine (si tamen eius  
est liber,) prope aurem ad alterius auris dolorem apponendam  
esse cucurbitulam memorie prodidit, non minusque etiam in  
coxendico dolore coxendici, ad foras trahendum humorem.  
Eisdemque coxendici applicare usum ad procidentiam vulnus  
in lib. de natura humana laudavit. & in lib. 5. aphorism. de ijsdeu  
,, ad mamas administrandis, & utendis ait: Mulier tū uelis men-  
strua cohære, cucurbitulam quād maximam ad mamas apo-  
ne. & Galidem in lib. 13. meth. med. scriptum reliquit, atque de  
,, earundem ad precordia etiam usu. Sic namque ad mammillas cu-  
curbitam imponimus, cum sanguis ex utero profluit, defixo ma-  
xime in ipsis communibus pectoris, & uteri uulis eius ore. sic si  
,, ex naribus sanguis profunditur, precordijs maximas cucurbitas  
affigimus. & Gal. in 1. lib. ad Glauc. docuit: ad firmandum sanguini-  
nis fluxum ex liente prodeuntē hypochondrio finistro, & ex hepate  
dextro cucurbitam esse affigendam. idemque omnino in lib. de  
curendi rat. per sang. anif. affirmauit, eademque umbilico positam  
cum multa flamma incantamenti modo dolorem uentris a statu-  
lento spiritu ortum sanare, in lib. 1. meth. med. scriptum reliquit.  
Meminitque etiam cucurbita usum ad lapidem renum, in lib. de  
ren. aff. dignot. & med. Cordi, thoracique etiam ad deriuandam  
humorem ad pulmones fluxionem, adhibendam cucurbitulam es-  
se in lib. 1. meth. med. docuit. Ceterum non solum Hippoc. &  
Gal. si fuere cucurbitalis in occipite, ciuij; partibus & collo, ue-  
rum, ut ex iam in medium allatis patet, quamplurimis etiā in alijs  
corporis partibus, non sine Aegyptiorum medicorum reprehensio-  
ne, quos cucurbitalis in illis omnibus partibus, raro uti nuper  
dixisti. Maxime uero, ipsi videntur etiam diminandi, quod rarissime  
fecis, sine absque scarificatione illis quantur. neque dorso,  
scapulis, lumbis, cruribusque affigere, in febribus pestiferis eas  
confuscent, in quibus sicut partibus, tum corporum evacuationis  
gratia, tum in malignis febribus, ad foras trahendum improbita-  
tem.

tem ueneni nostri ferè omnes eas apponunt. A L P I S. Nescio an nostri illis de vñ cucurbitularum plus errent. Aegyptij enim planè contendunt, nō quām affigendas fore cucurbitulas, ni prius uniuersaliā vacuatio praeceperit. Proindeq; negant solis cucurbitulis plena corpora posse vacuari. Demum summopere aduersus nostros damnat vñ illarum infibribus, scapulis, dorso, lumbisq; maximeq; in pestiferis, ad extrahendum veneno imbutum humorum. CYRILLUS. Quibus rationibus corporum plenitudinem posse solis cucurbitulis vacuari, contendunt, in principijsque morborum haud fūcta prius uniuersali vacuatione per uenē fectionem, cucurbitularum vñ habere, atque non minus cur easdem in pestiferis febribus ad humorē extrahendum damnent, ex te nunc libenter scire cupio, nam pollicor tibi, me deinceps in medium laturn etiam meam sententiam.

*An solis cucurbitulis corpora recte, ac tutò vacuari possint, & num in principijs morborum praevacuatione sint adhibenda. Cap. XV.*

## A L P I N V S.

**S**I primis de vñ cucurbitularum pro sanguinis vacuatione loquemur, atque postea de curundem usū pro attractione humoris uenefici ex alto, siue ex penitioribus partibus corporis ad cutim. Verissimum itaque est, Aegyptios damnare vñ scarificatarum cucurbitularum, pro tollenda corporum plenitudine, quam aīunt non cucurbitulis illis recte ac tutto tolli posse, sed solam vel fūcta uena, vel scarificatione crurum, malleorumve pretitā. Quām sane scarificationem solam vicariam uenae sectionis affirmant, nequaquam vero cucurbitulas, de qua re posterius nos deliberatus agemus, ubi de ea scarificatione sermonem habebimus. Non debere igitur, neque recte ac tutò plethorica corpora solis cucurbitulis vacuari posse affirmant, ipsi rationibus ipsis hoc persuasum est, quoniam arbitrantur, solafectione magnæ alicuius uenē, communem corporis plenitudinem vacuari posse, vel etiam cruribus ( vt iam dictum est ) scarificatis, atque ab appositis cum scarificatione cucurbitulis scapulis, dorso,

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

atq; lumbis, solam fieri particularēm euacuationem, quando seēta magna uena, à qua plurimæ uenæ ramificatæ, per plures partes corporis expanduntur, abīque dubio in vniuerso corpore fiat ini-

nitio, & seētae cutaneæ uenis nuper dictarum dorſi partium, non possint, siī ex partes vacuari, quæ ijs venis refertæ sunt. Quare ab ijs scarificationis nō posse à toto corpore fieri vacuationem afferunt.

CITIUS. Cur magis à scarificatione cute crurium volunt uniuersum corpus posse vacuari, minime de scapularum dorſi; cute eodem modo scarificata? quod tamen aduersari veritati indice, quoniam dorſi curis uenæ sunt sanguinis fonti propinquiores, quam crurum, qua vicinitate cui dubium, quod à cana magna uenā illis proxima cūtis attrahent, atque in maiori etiam quantitate sanguinem. A T R N. Respondent, quod etiā uenæ dorſi, ac lumborum uenæ caue propiores, quam crurum uenæ sint, nihilominus, quia ad dorſi partes non ita recte à uena cana veue ille accedunt, vel ad modum etiā exiles existant, incepiores esse ad cua-

cuandum sanguinem, quam crurum uenæ, que ijs longe grandiores, cum maximis uenis, a uena equare etiā ad crura procedentes in suras sparguntur. Quod docuit Gal. in lib. de dissectione uena-

ep. I.

,, rum & arteriarum, dices. Hinc reliqua magna uena in crus ipsam ,,, dividitur, primam iuxta inguinem emittentes propa ginem, que ,,, cum parva arteria in anteriores musculos spargitur, secundum ,,, utrinque unam, que ex internis partibus ad genu usque subter ,,, cutem dissipatur, ac alias non paucis ad profundiores femorum ,,, partes. Ceterum paulo altius quam femur, cum tibia articulo ,,, iungitur, in tres partes dividitur: quartam media, que maxima est ,,, per ipsam deorsum ad poplitem ferrur, atque inde per profundū ,,, posterioris tibie partis, quam suram dicunt, procedens, non mo ,,, dicam in musculos eius ramorum sibolem spargit. Sed his dictis iam redeo ad ea, que aduersus cucurbitularum nuper dictum vñum afferunt. Aliant siquidem non solam, quia cucurbitulae dorſi partibus cum scarificatione applicatæ particularem, & minime totius vacuationem præstare possunt, iecirco illis tantum post vniuersalem factam sanguinis vacuationem, pro particuli capitis facienda euacuatione, in occipite, atque nuper dictis capitib; par-

tibus uti non immixtò consueuerunt, sed quod etiam cucurbitulae sanguinem tenuiorem tairum euacuār, crassumq; relinquant qui obstruta souet, atque exinde putredinem concitat, atque or-

tam.

tam adauger. Tenuorem vero sanguinem cucurbitulas evacuerunt Auticennar , mulorumq; aliorum Arabum grauiissimorum medicorum auctoritate , tum non minus ratione verum esse arbitrantur . Auticenna etenim , quem praecepit in arte medica obseruant , hęc in lib. 4. sine medicinę scrip ta reliquit , dicens : Venosq; <sup>frat.</sup>  
 cutis partem magis mundificant , quām phlebotomia , & plus ex-<sup>exp.</sup>  
 trahunt sanguinem subilem , quam grossum . Et ipsarum quidem  
 iumentum in corporibus grossis & crassis , habentibus grossum  
 sanguinem est paruum ; quoniam ex istis non extrahunt sanguine-  
 nem , neque extrahunt sicut oportet , immo qui ex eo vehementer  
 est subtilis , & cum difficultate , & in membro uentoſato debilitatē  
 efficiunt . Et hoc , ut dixi , ratione confirmare conantur , dicentes  
 uenas , quas pro cucurbitularum viu operarij scarificant , esse re-  
 tenuissimas , atque fert capillares , per quas crassus sanguis exire non  
 potest . proindeq; ab ijs scarificatis non nisi tenuorem sanguinem  
 educi posse . Tertio subcutaneum etiam solum earum scarifica-  
 tionem educi affirmant , quando tantum contentus in capillaribus  
 ijs uenis per scarificationem sedis evacuetur , minimeq; ille , quem  
 alii penitiores , grandioresq; venae continent , cum p̄t ipsius cra-  
 ssori substantia , exiles illas cutaneas uenas ingredi nequeat . quem  
 violenti sua attractione ipse mouentes , trahentesq; & non vacuan-  
 tes , multas in ijs venis obstrunctiones , sanguine crassore in ip-  
 sis multo attrito , atque inculcato , efficiunt . Quamobrem ipsas  
 sanguinem multum nō solenti sua attractione commouere , parum-  
 que vacuare , cumque solum , qui tenuior existit , quique commo-  
 de cutaneas illas uenas seatas transire potest affirmant , hincque  
 multas in corporibus concitari obstrunctiones , maximeque in ijs  
 corporibus , quæ à nativitate uenis , atq; arterijs partis effecta sunt .  
 Demum addunt , partes scarificatas debilitari , quod & Auticenna  
 loco nuper audito memoriaz prodiderat . Ceterum quam bifariam  
 solent cucurbitulas a nostris cuti applicari , quando ipsorum  
 alij applicent eas , scarificatis solis uenis minimis epidermicis ,  
 cuticulam enim hi quām levissime scarificant . Alijque profun-  
 dius non epidermidem tantum , verum euenem etiam , atque carnem  
 scindentes utuntur scarificatis cucurbitulis . Prioris in omnia nū-  
 per recitata incommoda , ex cucurbitularum applicatione incur-  
 runt . & isti eti nō solum cutanei sanguinem evacuent , sed etiam  
 ex profundo intermarum magnarum uenarum , & multum , tam  
 & ipse

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

& ipse tenuorem educunt, & obstrunctiones parvunt, scarificationesque partes labefactantes refrigerant, densant, atque obstruunt. GvI-  
L A N D. Sed quo pacto has cucurbitulas profundioribus scarifi-  
cationibus cuti defixis, quae copiosorem, quantus defidetur, sanguinem evacuant, ista omnia incommoda corporibus facere per-  
suadunt? cum proxime accedat sanguinis per ipsas facta vacuatio ad eam, quae per se etiam venam molimur. A L P T N. Ob-  
strunctiones in uenis surpensis eas cucurbitulas faciat, non co quod  
multum sanguinis solum ab uteris uenis evacuant, sed quod id  
ualeat violenter trahunt ad ipsas, ut vacuent. GvILAND. Multum  
quoque sanguinem vena secuta evacuat, non tamen obstrucionem  
purit, licet aliquando fiat, ubi in stomacho & hy pochondrijs plurimi-  
me cruditatis existunt. Gal. in lib. de sanit. uenient ait, quod illi illis  
qui cruditatis in stomacho, & hypo chondrijs exuberant, sanguis dematur,  
vel frictiones, ac balnea moliscent, procedubio, omnes cruditares illae in uniuscetero corpore à uenis rapientur, atq;  
ijs obstrunctiones, putredines, febresque contingere. A L P T N. Cu-  
curbitulas, cum magnis profundioribusque scarificationibus adie-  
ctas, plurimum sanguinem exhaustientes, obstrucionum multarum  
siepe est causam eorum locorum medici ex hoc demonstrant, quod  
necessariò ex copiosa per ipsas facta sanguinis vacuatione, tota  
massa sanguinis in uenis contenta per corpus ad cutaneas capil-  
laresque uenas cutis trahatur, cuius crassior pars, vel fungus  
crassior transiens per angustiores uenas, eas siepe obstruit. hinc-  
que in corporibus crassiori sanguine exasperantibus, simulque  
venis à natura minoribus, refertis, qualia sunt melancholicorum  
multorum corpora, ualde suspecta istae per cucurbitulas sanguini-  
nis vacatio non immerito esse solet. Cur vero isidem vense sec-  
tione facta, sanguinis copiosa evacuatio non ita, ut cucurbitulas  
operata facile obstruet, diuina (alium) non est ualde difficile, quo-  
niam uena facta, multoque sanguine inanita, non soluta à radicibus  
uenarum, in quibus pars sanguinis crudior crassiorque residet, sed  
multo plus à uenis omnibus ab ea procedentibus, usque ad cutem,  
que multo minores ipsa existunt, quæque sanguinem continent  
prioriter, atque tenuorem trahit, hincque probè à medicorum vul-  
go creditur, uenæ sectionem trahere à circumferentia ad centrum,  
quoniam is sanguine in amplioribus prioribus uenis contendo,  
longe purior & tenuior existit, ut in substantia illarum nutrienda-

rum

rum ab ipso corporis partium quād facile mutari posse, à quo fā-  
nū sanguine non ita facile, veluti à primis venis prodeunte, vene  
iūlē obstrui possunt. **G Y L L A S S.** Vulgaris tamen medicorum  
opinio est, quod cucurbitulae à centro venarum ad circumferen-  
tiam trahant, quod tamen si verum Aegyptij dicarent, contrarium  
verum esse nos fati oporteret, scilicet non solum cucurbitulas a  
centro ad circumferentiam, sed contra positus à circumferentia  
ad centrum sanguinem trahere, quod nulli haciemus ex nostris ani-  
mā aduertērunt. tamen verissimum etiam hoc esse indicō, quando  
verum sit, atque planè expertum, venas sanguine iranitas, vacui  
ratione, ut replantur, trahere à uenis proximis, & proximas à  
proximis usque ad ultimas uenas, quae uenarum radices, chylum à  
ventrículo intestiniisque exugentes uocantur. Venarum itaque  
centrum aequa in medio radicum venarum, quae in mensenterio  
ortum habent, meseraicæ dicuntur, atque capillarium, cutane-  
ramve positum est, atque meseraicæ & cutaneæ extrema, per quæ  
sunt circumferentia, sit enim vena meseraicæ, uel uenarum principi-  
um A, & ipsarum centrum B, atque cutancarum uenarum fi-  
nis sit C. Quantum igitur uenæ C, cucurbitulis trahent à B, tan-  
tundem B, trahet ab A. Quamobrem verissimum erit quod cucur-  
bitula multum sanguinem uacantes, trahent sanguinem conten-  
tu in venarum centro, & venæ centra a primordijs usque ipsarum  
venarum. Qua ratione apparer manifestissimum, cucurbitulas à  
centro trahentes puriorē sanguinem, atque tenuiorem in ijs uen-  
nis contentum ad cutim trahere, & evacuare, & ad centrum inani-  
tum trahi impuriorem, crudiorē & crassiorem, qui a primis  
venis chylum à stomacho exuentibus, ad magnas uenas trahitur,  
atque alijs in alias. **A L P I S.** Ad vnguem illorum mentem conspi-  
cuum effecisti, qua uia, purum tenoremque sanguinem, uenæ cutis  
pro cucurbitulas ad se ab internis, & crudum crassumque internas  
secoris uenas à meseraicis trahere planè cognoscitur, atque ab hac  
ultima uenarum attractione obstruções heri posse. Quod cas-  
dem facere cucurbitulas trahentes per uenas sanguinem, uiolen-  
tiā, & non sensim ac sensim, ac in uenæ sectionis, & crurum scribi-  
cationis uacuatione fit, etiam statuant, quando carum violenti at-  
tractione, crassi crudiorē humores indiscriminatum per uenā tra-  
hantur, a quibus multe facile obstruuntur. Hisq; de causis Aegy-  
ptij nūoquam plenitudinem corporum cucurbitulis tollere au-  
dens,

## DE MEDICINA AEgyptiorum

dene, ijsq; tantū utitur pro partis alterius vacuatione post vniuersalē vacuationem molienda. **G v i . l . a n d.** Rectè sanè mihi uidetur illi vñsum cucurbitularum pro evacuatione complecti, atq; affectare, securiosq; corpora vacuare, quām nostri medici ferē omnes faciāt, qui ferē in omnibus corporibus statim nulla effecta totius vacuatione, ad affigendas sine discriminē cucurbitulas sē conferant, & pedj; non circa ergotantium noxiam, & ipsorum non paruo cum dedecore, purgatis etenim corporibus eas tantum usum habere Gal. multis in locis docuit. In libro enim de curat. per sang. miss. de his ita scriptis: Cucurbitulas purgatis prius corporibus, vñiles quidem, sed in repletis (qng plethora in Graeci vocant.) pretermittendq; sunt. & in lib. i. metb. cap. 17. ait: Quippe foras trahere potius, quāmr eprimere in eo debemus: itaque etiam cucurbitula utiliter ijs, qui sic laborant, si prius sint vacuati, applicabuntur. si vero abundantia fæccorum, quam vocant plethora, in his sit, non magis ex palmone in pectus aliquid excrementi transferi, quam ex toto corpore attrahet in utrumque. & cap. 18. dixit: In phlegmonis cerebi, membranarumq; initio cucurbitalis uti medici non debent, sed finita fluxione, & prius toto corpore vacuato. & in lib. i. 3. cap. 19. dixit: Verum utendum cucurbita in ipsa parte, qng phlegmonie vegetur inter initia non est, immo postea quam totum corpus vacuatur, ac necessarium sit eorum, que in inflammatâ parte continentur, aliquod educas, atque eruas, aut etiam foras uersus attrahas. **A l p i n.** Multi respondent Galenian locutum ibi suisce de cucurbitulis ejera scarificationem affixis, quas vulgus medicorum fæccas appellat, quazrum usum præcedere debere siūt totius corporis vñiversalē vacuationem, quod in scarificationis non est ne cellarium, quām hę possint abunde corpus vacuare. **Ovilland.** Gal. in lib. de cucurbitulis explicat, venīque vacuationem præire debere, his profectò uerbis: Incipientes autem & vigentes capitis grauitates, ac dolores a plenitudine reuelatio per cucurbitalam in occipite positum, vel sola, vel cum scarificationibus iuvat: verum totum corpus antea vacuatum esse oportet, idemque ijsdem omnino verbis in lib. de curat. per sang. miss. planè confirmavit, ibi enim iubet omnino totum corpus vacuari priusquam cucurbitulas applicentur, vel id fiat cum scarificatione vel sine scarificatione. Non defūnt medici grauissimi, qui Aegyptiorum usum lundare nituntur, præfertumq; in febribus pestilentibus,

tibus, in quibus solent exanthemata, vel maculæ in cute apparere, quibus plerique his cucurbitulis vacuantes sanguinem, medentur. cum tideant naturam per cutim excernere, atque Hippo. in apho. præcepérat medicos sequi debere motus naturæ, atque per viam qua ducere natura humores tentat, ipsos vacuare humores debere. Dicebat olim quidam medicus Clarissimus, ali qui aiunt evacuare nolumus nisi per cutim, quia quo natura vergit, si per conuenientia loca, eò ducere oportet, & cum cutis sit conueniens regio, quoniam inter membra, que naturaliter suscipiunt excrements, cutik est talis, ideo per eam evacuare poteritis. Cum scarificationibus etiam respondebitis quod si materia erit pauca, nec multa in uenis, nec multum crassa, ita quod repletio pauca sit, potest tunc natura adiuuari: Sed in febre pestilenti, ubi materia est multa, si cum illis maledictis cucurbitulis exterius trahere velletis, nihil esset derelinquens, quia subtile traheretis, & remanaret crassum: Calorem ministratis, & patredine augeritis: ideo vel cum phlebotomia, vel cum medicinis evacuantibus evacuabitis. Addunt Aegyptij, quod usus cucurbitularum in febribus pestilentibus pro uacuatioae inolienda non est utilis iudicandus, tum ob ea multa, que ab ijs eveniunt incommoda, tum praesertim, quia hie corpora non vacuant, ut faciat natura recte operans, vel ut docuit Gal in lib. de diff. feb., qui dixit, febrium pestilentium curationem duobus comprehendi, atq; administrari, scilicet siccatione, atque meatuum transpiratione, corpora etenim ipsa ita febrentia, ut curentur, debent exsiccari a copio humorum, tum obstrucionem faciente, tum obstructa fonte, atque transpirabilia fieri. Sicut autem facere cucurbitulas in ipsis corporibus statuunt, cum ipse evacuando exsiccet adoque obstrunctiones multas pariant, modo nuperime iuxta ipsorum sententiam explicato. Non desunt multi medici etiam illustrissimi contraria sententiam ueram affirmantes, qui usum cucurbitularum in vacuandis corporibus idoneum, ac utilissimum esse statuunt: præstantissimumque auxilium, venæ sectionis uerè uicarium, & in corporibus virium causa non ferentibus uacuationem sanguinis per utram seclam, ad prime tutum, ut ex Avicenna (à quo fortassis alicuius cucurbitularum usus originea duxit) lib. 1. legitur, qui dicit, cucurbitulas in multis corporis partib; sanguinis uacuationem recte præstare, sed praesertim cruribus applicatas, proximas esse ei, que venæ sectione fit. ipse enim ibi scripsit

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

cap. 12.  
ii. 4. sec. 4.  
cap. 13.

„ psit de his in hunc modum: Et ventosie quidem, que cruribus fūs  
„ perponuntur sunt munitioni propinquat, & inundificant sanguinem, & prouocant mensura. Hoc vero clariss. à Cornelio Cels. ijs utique verbis nobis etiam persuasum est. in secundo enim libro  
„ haec scripta reliquit: In acutis quoque quibusdam si & leuari  
„ corpus debet, & ex vena sanguinem morti, vires non patiuntur, id  
„ que auxiliosa, ut unius vohemens, ita magis turum. Neque vnguis  
„ periculum est, etiam si in medio febris impetu, etiam si in cruditate  
„ adhibetur. Ideoq; ubi sanguinem mitti opus est: si incisa ve-  
„ na precepis periculum est, aut si in parte corporis etiam vitium est,  
„ huic potius contigendum est. Non minus apud Antyllum fuisse  
in vnu scarificatas cucurbitulas pro appletis partibus, ex Oribi-  
fij libro septimo, manifeste constat. Nec minus pauci ex recentioribus  
medicis existunt, qui ipsarum usum pro corporibus va-  
cuandis summopere commendant, neque difficile est, medicorum  
nostrorum ferè omnibus id persuaderi, quando hic euacuandi per  
cucurbitulas modus sit familiarissimus, plebiisque admodum re-  
ceptus. Patroni cucurbitularum, nuper ab Aegyptiis allatis ratio-  
nibus alijs medicis, aducens cucurbitarum affectas excogitatis, at-  
que obiectis, respondent, cucurbitulas copiosissimam sanguinis  
vacuationem, magnis factis scarificationibus, nec non eas, etiam  
quæ etiam superficiarijs moliuntur, epidermidis incisionibus in  
multo numero applicatas, varijs corporis partibus efficere pos-  
se, qua detracta per partem post partem, cui dubium, partibus mul-  
tis ab ipsa vacuatione inanitis a toto corpore trahentibus, fieri  
totius corporis vacuationem. Nequeunt tamen ijs sanguinem  
tenuorem tantum vacuari, acque crassorem egerisse, non fati, cum Auicen. hoc idem admodum aperte confirmaverit, literisq;  
tradiderit, in corporibus crassi sanguine constantibus per cu-  
curbitulas sanguinis vacuationem paruæ esse utilitatis, quoniam  
in ipsis hec non extrahunt, ut par est, sanguinem, & id ipsum cum  
difficultate. Neque recta ratione negare possunt, per tenuissimas  
cutis venas crassum sanguinem non facile transfire posse. Sed ali-  
qui in medicina etiam viri grauiissimi non omnino abeunt sine tra-  
nsatione, dicentes, ut huic dubio faris faciant, antiquos ob id medicos  
doctissimos monuisse, ut applicationes cucurbitularum, frictiones  
fotusq; collidos procedere debant, ut sanguis sic attenuetur, pare-  
turq; ad excretionem. Quid tamen non videtur omnino creden-  
dum,

iam, quando, priusquam applicentur cucurbitulæ, cutè vel fricata, vel fôtu aliquo vel balneo laxata, sanguinem in vniuerso corpore contentum posse attenuari non sit dicendum, is si quidem tantum attenuabitur, qui sub cute erit, ad quem facultas frictionum vel fôtum peruenierit. Cucurbitulae vero iuxta ipsos vacuant non à partibus subcutaneis, verum etiam ab omnibus venis corporis, ad hoc ut per ipsas facta euacuatio, totius & non alicuius partis, vel particularis, sed vniuersalis sit dicenda. Oporteret uero, ut æquè reæm omnium corporis venarum crassus sanguis attenuaretur, vniuersum vel corpus fricati, vel in balneo per multum spaciū temporis morari, ut Aulicennas in lib. 1. his uerbis testatus est. Et oportet quidem, ut à uentosis sibi quilibet caueat post balneum, nisi cuius sanguis fuerit grossus, quoniam ipse se prius balnari debet, & usq; hora morari, & post ea uentosis apponere. Sed quam tutum sit in plethorice corporibus, non præcedente vacuatione totius, præsertimq; in principio febrium putridarum, balneum vel frictiones, qua omnia sequi debent corporis probam euacuationem, administrare, illis relinquo iudicandum. etenim notissimum est omnibus in Galeni doctrina versatis, nunquam febricitantes balneis uti posse ante humorum concoctionem, qua morborum principia omnino carent. Negant etiam isti cucurbitulas scari-  
ficatas a primordijs usque uenarum incoctum sanguinem trahere, multoq; minus obstruere venas, quod tamen, si hæ copiosam vacuationem præstiterint, necesse est fieri debere, cum nequeat educi copiosus sanguis à cutaneis uenis, nisi eadem à proximis attrahentes, & proxime à proximis usque ad ipsarum radices peruenientes repleantur. Quod non euenerit si paucus sanguis his extrahatur, quoniam priusquam attractio ad primas uenias perueniat, sanguinis in venis cutaneis inanitis repletio, sive redditio fit. Neq; etiam necessario, et si fiat usque a prioribus venis ad ultimas attractio, uenias obstrui erit affirmandum, cum corpora ita latioribus uenis prædicta sint, ut sanguis etiam crassissimus, non ita difficile ipsas permeante ac transire queat. ueluti tenuioribus venis reserta corpora ad obstrukcionem ea uia non erunt inepta. Paucum etiam sanguinem ducentes, vel nullum, multumq; attrahentes & modicū vacuantes, cui dubium quod, quād facile ex multo in illis uenis vi attracto, & conculcato, obstruendi occasionem dabant. Aiunt uero utroq; modo applicatis, cutem, cui sunt applicatae, debilitari, ex

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

contentiç; in ipsa sanguinis vacuatione primo refrigerari, & mox  
eius omnes meatus confispari, atque obstrui. Quid febricitan-  
tibus inutile & noxiū erit. cum una indicationum curatiuarum  
sit corporum obstructa liberare, ipsaq; corpora transpirabilia redi-  
dere. Quibus si responderent, cutis eundem calorem amissum ex  
vacuatione sanguinis, ex novo attratio sanguine restaurari, uerum  
hanc planè erit, cum tunc temporis nequaquam pars queat resti-  
tui in pristinum statum, ob suscepta vulnuscula, minusq; solita co-  
pia sanguinis repleri, quanta cutis per cucurbitulas fuerat priuata.  
Negant non minus dorso appositæ cucurbitulas probam san-  
guinis vacuationem facientes, posse ad cordis regionem, multum  
sanguinem trahere, et si etiam intra aliquid viseus aliqua fuerit in-  
flammatio, cam posse magis augeri. Cum tamen Gal. contra illos  
apertissime sentiat, qui in lib. i. meth. ita scripsit: Quippe foras  
<sup>ap. 17.</sup> trahere potius, quam reprimere in eo debemus: Itaque etiam cu-  
cubitula utiliter ijs, qui sic laborant, si prius sint vacuati, applica-  
bitur. Si uero abundantia succorum, quam vocant plethoram,  
in his sit, nō magis ex pulmone in pectus aliquid excrementi, trah-  
fert, quam ex toto corpore attrahet in utrumq;. Sed ex me hæc  
obiter dicta de his sint. ALPIN. Verum cum tu G Y L E A N D I N E  
dodistissime utrorumq; de vnu cucurbitularum pro vacuatione cor-  
porum rationes animaduerteris, easq; fueris contemplatus, quæ  
tuam profer sententiam hac de re ita aincipiti, qua ego uere possum  
de illarum vnu atque utilitate statuere, quando haec tenus pro isto  
negotio huiusmodi usum non parum pertinuerim, ac ferè abhor-  
ruerim. GYLAND. Non parua in occasionem fuisse arbitror, ut  
medici non modo dodistissimi, uerum etiam grauissimi existimauer-  
int, cucurbitulis posse corpora etiam plethora recte vacuari,  
quod ipsum apud Gal. tum apud alios celebres medicos lege-  
rint, crurum scarificationem posse idem prestare, quod uenæ secio,  
unumque atq; idem putantes esse hanc scarificationem, & cucur-  
bitulas scarificatas. Quam ob causam non est mirum si vnum cu-  
curbitularum tam pro uacuandis corporibus, ubi uel uires non  
præualido, uel ætas, vel aliquod aliud non ferat missionem sanguini-  
nis per uenam secum, laudauerint, sed quanto in errore isti uersem  
tur, posterius, ubi de nuper dicta scarificatione sermonem habebi-  
mus, ex te recte audire spero. Diuerissimam uero rem esse nuper  
dictam scarificationem a cucurbitulis, ex Galeni, Oribasijq; testi-  
monio,

monio planè constare videtur, ipsi enim & Apollonius, Antyllus separatis de utroque auxilio scripsere. Quam aeritatem medici aliqui etiam huius temporis praeclarissimi recte notaverunt. Cum itaque plerique idem auxilium cucurbitulas, atque scarificationes illam afferre pro certo haberent, mirum non est, si legentes apud Galenum in 2.lib.aph.cam eis proximam uenæ sectionem, atque in lib.de finit.tunc tantundem valere, quod uenæ sectione ualeat & in lib. 13.meth. corpus plethoricum vacuari aut uenæ sectionem, aut scarificationis malleolis, usum cucurbitularum vicarium esse statuerint. Sed an nos tutò uti possumus in plethorice corporibus tali uacuatione, vel in fibribus putridis etiam uacuationis gratia, nunc dicam, quid huius rei sentiam: in primisq; cetero nullo pacto medicos moliri debere sanguinis uacuationem in plethorice corporibus per cucurbitulas, ubi nihil sit, quod uenæ sectionem uel crurum scarificationem prohibuerit, nam sum huius firmissima sententia, q; cucurbitulae sine auxilia partis, quæ sequi debent totius corporis uacuationem, quod ex Galeno superius cognitum est, qui dixit cucurbitulas occipiti applicandas uel cum scarificatione, uel sine, sequi debere totius corporis uacuationem, atque in hoc non possum non nisi multum Aegyptios hoc modo illis utentes post uniuersalem uacuationem, summopere laudare, minimeq; tutum auxilium in corporibus plethorice cucurbitulas esse existimo: muleoq; magis, si ea corpora crassioribus succis abundantant, in quo casu eas omnia abhorrerem, ne ab ipsarum tractione, sanguine illo multo in uenas attracto multæ obstrunctiones fierent. Hincq; Galenum in lib.de curst.per fang.mill. in corporibus gravioribus, nigroribus, scarificationi crurum prætulisse venæ sectionem nota immicrò iudicau, quia ea corpora constant sanguine crassiori, qui ne antiquam per uenas cutis parvas facile uacuari potest. Quare si ijs ait eam non conuenire scarificationem, que fit, maioribus illis crurum venis profundius scarificatis, quanto magis putandum erit cucurbitulas scarificatas non conuicire, tum ob periculum obstruendi ex crasso illo sanguine violenti attractione peruenas moto, tum ob parvas cutis uenas, non etiam profundius scarificatis, quas ob crassitudinem commode transire nequit. Itaque neque in ijsdem corporibus putrida febrē correptis peream molienda erit euacuatio, prefertimque in quibus copiam crudorum crassorumq; humorum adesse significatur, in ijs enim summa ex-

aph.17.  
cap.4.  
c.4.

in lib.de  
curst.per  
fang.mill.

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

tiosus crederetur usus cucurbitularum, quoniam purior, tenuioreque fanguis vacuatur, crassior & crudus remanet, atque natius calor diminuitur. Talum vero crassorum humorum crudorumq; copiam attollantur, vix craſſi, vel cum craſſis contractis albis pituitosis obſeruantur, quales ego Cayri, Cenuse, Baſſani in epidemica pellucidearum & febrium conſtitutione, sc̄rē in ſingulis obſeruauit. Sau- doresq; frigidi, vel inalti non s̄t apparentes non ex multo cibo orti, atque alia huiuscmodi generis multa, quia brevitas cauſa hic taceo. In interna etiam viſcera aliquius inflammatione dorſi partibus applicare cucurbitas ſumime erunt pernicioſe, quoniam in partem affectionis ſanguinem multum trabentes, augebunt ne ceſſario putredineim. Non conuenienter etiam in febribus putridis iſdem partibus appoditæ, quia cutem, ſanguine multo ab ipſa vacuato, refrigerante, atque conſipiant. Vbi uero ſanguine neq; multo neque craſſo abundantia, pro moderata ſanguinis evacuatione fa- cienda, neceſſitate coactis aliquando morti languinem etiam tuto posse ijs affirmari, multo q; magis erubibus applicatas. Sed con- fulo tamen omnes medicos, ut vice harum, libentius utrantur ſura- rum ſcarificatione more Aegyptiorum abſoluta; atque haec eft mea ſententia circa viſum cucurbitularum pro evacuatione corporum, cum ſcarificatione applicandarum. A D P I N. Reſtituam atque veriſimilam eſſe tam iſtan ſententiam iudico, neq; ei liben- ter totus ſubſcribam: quare inbet mihi nunc nonnulla exempla, huic venienti plane conduceantia, narrare. Cayri enim dum mor- rarer, duosq; uenes Gallos maligna febre correptos in Aede Pau- li Martini Veneti pro Galliarum Rege Consulis clarissimi, prema- nibus habere, non tamen eodem virumq; tempore, obſeruant ab- applicatis dorſo cucurbitulis, paulo poſt in lethalem pulſus inter- missionem deuenire. Idemq; Baſſani in Minerua Forcatura ma- trona honeſtissima eadem febre laborante a me obſeruatum eft. Quo in loco binos etiam homines euacuationis gratia Valtaniam villam profectos, atque in aſtuarijs, à multis applicatis viſu- uis corpori cucurbitulis in acutis febribus incidiſſe, quorum alter, qui Baſſanum habitabat, qui nox cura commedatus ſuit vix ſcrutatus fuit, alterum ruri degens inopia medicorum non re- ſtè curatus, obiit. Venetijs etiam filius Bartholomaei Falherij iunioris eodem modo à cucurbitulis in aſtuario in acutam fe- brem incidit, qua tamen liber euafit. ex his ergo videre poſſimus atque

atque plandetiam cognoscere, cucurbitulas & obstruere, & ad intimas partes corporis trahere, nam quis non fatigbitur, binos illos viros Bassianenses, atque nunc Falgherium a cucurbitulis in venarum magnarum obstructionem crassis, crudisq; vi-cucurbitularum intus deductis primo, atque non minus irmeatuim cutis constipationem, & inde auesa putredine in febrem putridam incidisse? ut & Gallos illos & Forcaturam, pariter in puluis intermissionem, exemplo sanguine crudo in regione cordis ui ipsarum attractio, quo suffocati penire, vt cx Gal. in 3. lib. de præfag. ex pul. proditum est. Sed his auditis, melius erit, ad alterum propositorum dissoluendum per transire.

*An errant Aegyptij medici nunquam utentes cu-  
curbitulis pro adiuuanda exanthematum  
eruptione. Cap. XVI.*

ALPINVS.

**A**LTIATVM caput reliquum erat explicandum de usu cucurbitularum propositum, quippe Aegyptios in febribus malignis ad apparitionem exanthematum, nullis ut cucurbitulis, quod muleis ex nostratis medicis auxilium selectissimum esse solet. Nam hi in istis febribus applicant ad decem usque & plures cucurbitulas vniuerso corpori, interdum scarificatas, atque interdum citra scarificationem, ut exalte a partibus nobilibus ad cutem uacuum auellant. Quem usum omnino illiusce regionis medici omnes formidant, atque abhorrente, præsternitq; si eæ dorso applicentur, cumq; multis de causis damnare solent, præcipueq; quod omnibus fere corporibus à pestilenti febre vexatis coram unissima res sit, copia multa crassorum crudorumq; humorum, quod argucre sudores frigidos, uel multos in ipsarum febrium principijs, viros, vomitusq; crassos, ac viscidos, & urinas crassas, vel ipsarum crassa, multa pituita q; contenta, atq; alia huic generis multa, affirmant. Neque abique ratione in his febribus adesse multi in venis humores crassi, & viscidí dici posse video, quando in illis corporibus non deficit copia caloris febrilis, humorum ichorem cōsumentis, qua via illi tum crassescunt, tum le-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

torem accipiunt. Quia humorum istorum copia in ijs corporibus existente, applicare cucurbitulas valde timent, ne ex attractionis crassis ijs, viscidisq; per venas succis, multas concident obstrunctiones. Non scarificatas inquietant, plurimum trahere, & parum vacuare, ex quo multo attractione facile partes lice obstruuntur. Scarificatas etiam si aliquid edueant sanguinis, puriorē tamen, & tenuiorem vacuare crassoremq; relinquere, & violenta attractione inqualiter omnium humorum copiam attrahere. Præterea nullo pacto ajunt, ut supra dictum est, dorsi partibus applicatas posse ijs febribus esse aliquius validitas, cum ab primo in uenas proximas cordi trahant noxios succos, atque vacuato etiam sanguine, curen refrigerent, densent, atque eius meatus obstruant, & calorem naturaliem lumminuante, vacuato multo ijs sanguine puriori, & tenuiori. Præterea addunt, eruptiones exanthematum esse adiuuandas trahentibus ex alto ad cutem veneficos humores, sensim ac sensim sine violentia, temeritatem facere sepe solet, quae sepe incipit expellere punctulas ad cutem quartā die, & paulatim singulis diebus paululum expellendo, usque ad septem, & plures etiam dies quandoque expellere desinat, quoniam per tenuissimas venas non est ita facile noxios totos humores posse semel deducere, atque expellere: & ob id paulatim, & non sine magno iudicio pluribus diebus, expulsionem perficit, scilicet modicum coquendo, & illud modicum vacuando, nam cum succos veneficos habeat inqualiter concoctos, quod illorum paratum est ad expulsionem, statim expellit, mox cruduit atque ineptum digerit, & parat, cuius cum modicum percoxit, atque deuinxit: statim (nequit enim ipsum ob eius impessam, & venenosam naturam intra venas contingere, ne alios coemptat, uel ad nobilē viscus deferatur.) expellit, atque ita totam expulsionem perficit, paulatim, ut dixi coquendo, & paulatim vetiam expellendo. Sed cucurbitulas statim ad partem cui affixa sunt attrahunt multum tum concocti, tum crudii humoris intra uenas existentis, neque solum expulsioni per concoctionem paratum humorum trahunt, sed incoctum etiam, qui cum nequeat per parvas illas uenas egredi, proculdubio obstruit, putredinemq; auget, & febrem, & malignitatem. Proinde medicus attrahens per cucurbitulas, natura motum non irritatur, quia natura tantum preparatum humorcm expellit, at cucurbitulae simul etiā crudū, hæcq; aduersus cucurbitulas in febribus pestilentibus applicandas.

plicandas illi obijciant. GVILAND. Hæc eadem multi alij ex nostris medicis dixerunt, sed multi tamen sunt Clarissimi medici oppositi Aegyptiorum sententia addicti, qui summum esse auxilium cucurbitulas in pestilentibus febribus persuadent, aiuntque quocumq; modo à nobilibus partibus longius uenenum detrudatur, siue cucurbitulus id fiat, siue alia ratione, sumnum semper inde sequiturum auxilium, naturæq; plurimum adiumenti, quoniam vbi à membris nobilibus longè aberit uenenum, natura erit fortior, ageret in reliquum humoris commodius, & robustius. Quod si humor uenenosus, naturæ ex toto genere inimicus propè præcipua membra in uenis magnis relinquatur, naturam necessario labefactabit, siue ut ita loquar, coarctabit, vel in angustum rediget, que nihil aut parum reboris praestare poterit ad concoquendos, & expellendos noxios sucos, qui facile in præcipua viscera recurrentes exitium inferent. Quare tutissimus erit usus cucurbitularum, que ex alto ad cutim uenenum pertrahant, neque cutis partes, quibus applicata fuere cucurbitulae, etiā vacuato sanguine modicum refrigerentur, & consolentur, debemus vlo pæsto ab ijs prohibere, corpore tamen toto prius, tum vacuato, tum purgato, quoniam quam leui negotio nuper dictis partibus proprius calor restitutur, atque meatus etiam cutis aperientur, vel aliqua frictione levi, vel calida illinitione, qualis est, que ex Rutæ monec paratur oleo aliquo laxatino, & nitro, et si dicant, ab ijs fieri obstrunctiones, à quibus augetur putredo, etiāq; gradus, alijs respondent, neutiquā posse fieri obstrunctiones, quando præcesserit illis totius exquisita vacuatio, quoniam cum ijs vel nullus, vel paucissimus sanguis uaneatur, tollitur occasio trahendi à radicibus venarum sanguinem crudiorem, quod illucusque attractionis motus nequeat pervenire, & si obstrunctiones aliquid in paruis, sub cute existentibus uenis accident, cuan totus sanguis attractus illuc remaneat, ea & minoris sunt momenti, atque etiam non difficulti negotio tollentur, aliqua leni frictione, vel illitione illo attenuato sanguine, atque resoluto, parum etiam naturalis caloris dissipari poterit, cum vel nullus (ut iam dictum est.) vel paucissimus sanguis in ijs vacuetur. Quod etiam non sit timenda attractio in cordis regionem, appetit ex Galeno, qui vt iā superius visum est, in lib. 12. math. in pulmo-  
sp. 17.  
nua inflammatione cucurbitulam pectori tuto esse applicandam  
statuit. arcta eius hæc existunt: Ac longè quidem magis in pul-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

monis phlegmone abstinentum ab adstringentibus est: quandō  
in eo ipsis quoq; relaxantibus admiscendum aliquid acrum quo-  
damodo, & cvidenter calfacentium est: quipp̄ foras trahere po-  
tius quām reprimere, in eo debemus. Itaque etiam cucurbitula  
utiliter ijs, qui sic laborant, si prius sint vacuati, applicabitur. Ad  
id vero quod de inēquali cucurbitularum attracōne obiectūnt,  
eas scilicet, inēqualiter coctūm crudumq; humorem absque di-  
scrimine attrahere, neque naturā excretionem criticam imitari  
paulatim coquendo, & paulatim expellendo, satentur uerum es-  
se, sed hoc nihil tamen esse detrimenti, quod utilius sit uenenum a  
eorde longius distrahi, quam crudam humorem in paruis ijs ue-  
nis vi attrahi, atque ipso sic attracto aliquas fieri obſtructions,  
quas mox possumus attenuato humore rursum aperire, sed non  
ita facile uenenum intra uenas contentum, & in uiscera recurren-  
tem prohibere possumus, quo in uenis magnis retento, natura ita-  
reditur, labefactaturq; ut nibil, vel parum contra, cum ipsum tam  
vehementer putrefactum, tum illum, qui in uia ad putredinem est,  
agere posse, quare satius erit ipsum cucurbitulis a magnis nenis  
amoliri. **A L P I N.** Itaque ex his errare Aegyptios uideris affir-  
mare, cura à cucurbitulis illis omnino abstineant, neque immuri-  
tō usus illarum laudabetur, cum foras ad irrahendum uenenum cu-  
curbitula ceteris prēsidij prēster. **G V I L A N D.** Neque dicam  
ipso omnino errare, neque recte se gerere, cucurbitularum vsum  
non sequentes in febribes illis, earum loco quib;dam illinitio-  
nibus, ac frictionibus idem potius prēstantes. In corporibus si  
quidem crassis multis fuccis scendentibus, eas eo modo applicatas,  
haudquaquam laudare possum, cum ex certo certius obſtructions  
multas pariant, a quib; patrefactus humor maiorem putre-  
dinis gradum necessario adipiscitur, neque etiam in alijs corpori-  
bus, vbi nondum appetet ad uiscera noxios humores venenosos  
inclinare, quod facile ostendunt, ḡgrotos non omnino esse inquietos,  
recteq; respirare, nulloq; dolore, vel angore ipsorum cor angi,  
recteq; dormire, beneq; mente ualere: veluti contraria accidentia  
si extene, contra arguent, proindeq; urgente occasione tantum ap-  
plicationem cucurbitularum laudarem, quibus uenenum longe à  
principalibus membris außeretur. Quibus vero partibus tutius  
utiliusq; sit eas affigere, ego dorso magis, quām cruribus affigen-  
das fore censo, nisi uacuationis gratia ijs applicarentur, quo ..  
caſu

eaſu vacuatio multo ſanguine procuratur. poſt vniuersalem vero factam vacuationem, venenosos humores diuerteret a visceribus gratia, no[n] videtur idonea larga ſanguini in iſſo, qua necessario vires collaberentur, ſed ipſis cucurbitulis diuerſionis gratia applicatis, paucum ſanguinis mittitur, quiſi a cruribus ijs mitteretur, vien non haberet a corde venenum attrahendi ad ignobiles partes, quoniam ſanguinis illa modica vacuatio, attractionem in uenas concitat, que vel non perueniet ad cor, velfi peruenierit, admodum, debilis atque inefficax erit ad trahendum venenum ad partes quibus applicata ſunt. Quod inutiles non ſint cucurbitulae in foribus pestilentibus, pafcertimq[ue] in apparitione exanthematum experientia quotidiana conſirmat. In clapha enim pestilentia ſepiſſime expetitum eſt vel ad tumores, bubonesq[ue] maximis, & parotides promouendas vel ortas, quin retrocedant, retineandas, vel que euanauerint vel retroceſſerim rurſum euocandas, nihil cucurbitulis praeflantiuſ. Multis enim ſcio eo tempore cucurbitulas ſumme contulisse ad magnificandos tumores, atque ad intus abſconditos renocandos. Exemplum digniſſimum habeo, quod maxime facit ad illuſtrandam hanc veritatem. Georgius Selaccus Chyrurgiam Venetijs exercens, in ea pestilentia vxore eius peſte correpta cum tumore in inguiue narrat, ſe cum uidiffet tumorem illum inſignem (quān facile ſepiſſime imminutum, & euaneſcentem) vel imuinui, atque intus recurrere, quod continuo mulier delira euadebat, quo ſtatiuſ cucurbitula ſepe inguiui cum igne appofita, iterum ad ſolitam magnitudinem tumore illo renocato, atque peraſto, ſtatiuſ fana mente redebatur, ſepiſſimeq[ue] dum ipſa ægrotarer hoc obſeruauit, coaetusque iecirco ſuit ſepiſſime cucurbitulis diminutum ac ferre euaneſcētum tumorem foras traheare, quod fanè ſempre ſuccedebat. Quo faſo ſempre eius uxot ad fanam mentem redibat, atque ubi rurſum aliquo paſto bubo minueretur, delirium ipſam rurſum inuadebat. Testaturque mulierem, quo tempore ab appofita tumoris cucurbitula affligebatur, ſempre mente fana extiſſe, qua ſubito excidebat, tumore intus recurrēte, fanaq[ue] rurſum eo cucurbitula foras attracto. Quod fanè exemplum conſpicue ſatis oſtendit, quantæ utilitatis ſit iudicanda cucurbitula ad auellendos venenosos humores à membris præcipuis, atque adiuuandas omnes nature excretiones, vel ſympomaticas vel criticas illas vocemus, atque haec arbitror ſufficere

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

nōbis posse in hac die, quando sermonem nostrū longius nos prosequi nunc nox, quę iam nōstris oculis tenebras obducere incēpit, prohibeat, proinde finem hodierno sermoni demus. **AERIN**  
Recte suades, nam totum quod de missione sanguinis apud Aegyptios vītata, nos loqui proposueramus, vix toto sequenti die absoluere poterimus, nam de uarijs pro sanguinis evacuatione scarificationibus, quibus illi vīuntur, etiam superest loquēdum, quibus peractis, si aliquid temporis eo die supererit, nos multa alia ad partem chyrurgicān p̄tinentia, valde & ipsa scitu digna prosequemur.

FINIS LIBRI SECUNDI.

77

# PROSPERI ALPINI

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

### LIBER TERTIVS.

*De variarum scarificationum frequenti apud Medicos Aegyptios usu. Cap. I.*

ALPINVS, GVILANDINVS.



VILANDINVS adsum nunc tibi, sed tu  
multo tardius quam heri in viridarium de-  
scendisti, Salve . GVILAND. Et tu quoq;  
nescio qua de causa tardius hoc te contulisti. Sol enim supra horizontem ita se ex-  
tulit, & aerem ita inflammat, vt nos sub  
huius latitudinæ Platani umbra confondere,  
nunc optimum sit . ALPIN. Recte suades,  
sed ubi hic confedimus, præstiterit de me-  
dicina Aegyptiorum inchoatum sermonem recipere, & absoluere. GVILAND. Cur te igitur ad rem ipsam accingere cunctaris ? Nihil mihi iucundius esse potest, quam te hic de Aegyptiorum medicina loquentem audire, ac multa ad medendi artem spectan-  
tia ex te cognoscere. Supererat opinor, de uarijs scarificationibus,  
quibus illi medici ad vacuandum sanguinem familiarissime utun-  
tur, agendum. Ideo tuum nunc erit eas narrare, atque docere, te-  
que vt id facias etiam atque etiam rogo , spero siquidem hunc ser-  
monem mihi non minori fore utilitati, quam cetera de uarijs mit-  
tendi sanguinem modis superius explicata . ALPIN. Omnibus  
in Aegypto versantibus uariarum cutis scarificationum pro mit-  
tendo, nacuandoq; sanguine nice seclarum uenarum, usus est no-  
tissimus . Quis enim certis anni temporibus, atque in primis in  
testatis prima parte, innumbris infantibus aures scarificatas ibi no-  
uidit ? eo siquidem tempore è centenis quibusq; pueris quadra-  
ginta uix ibi reperias, quorum aures ob scarificationem gossipa-  
non

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

non gestent, nec minus frequens est crurium scarificationis pro sanguinis vacuatione usus in omnibus Aegypti locis, praesertimque in pueris, Eunuchis, mulieribus, atque omnibus corporibus molli carne praeditis. Hoc etenim vacuandi praesidium ab illis uno assensu vena sectionis, ut paulo post dicam, vicarii creditur; propter tali auxilio, in ijs, qui per virium imbecillitatem sanguinis vacuationem per venam secant non ferunt, hoc scarificationis genus apud eos medicos praesto esse solet. In pluribus etiam sepe nazum, vel potius nares ab ijs scarificari, atque labia ac gingivias non minus obscuruuntur. Ex his igitur colligo, partes quas illi pro sanguinis vacuatione scarificare solent, esse aures, nares, labia, gingivias, loquor de ijs, a quibus citra applicatas cucurbitulas sanguis educitur, nam adhibitis cucurbitulis plures alias partes scarificantur. Amplius quaecumque partes etiam corporis extrinsecas, aut aliqua inflammatione antiqua, admodumque difficulti, vexatas, vel cancrena ob malignitatem, vel ob copiam humoris naturali illarum partiū suffocato vel extinto calore, vel aliqua pustula, vel tumor, vel quacumque re præter naturam detentas, scarificatione sanantur, in hydrope, atque suppuratione hoc praesidio ad vacuandum utuntur, ut de his suis locis nos loquemur. Sed ad eas scarificationes, quibus ad vacuandum sanguinem Aegypti uti consueverunt redamus, quarum duas præcipue vel primarie in puerorum vacuandis corporibus ab ipsis adhibentur, aurum quippe una, atque crurium altera. Reliquarum vero visitatione, atque veillior est, quae intra nares administratur. Praesentaneum etenim remedium apud eos habetur in omnibus acutis febribus, in capitibus cum doloribus, tum inflammationibus uenas intra nares scarificari, atque ab ijs tepido dulcis aqua balneo sanguinem educi. Gv:1. A. N. D. Diguae sunt hec apud illos populos visitatione scarificationes, ob ipsorum multam veillitatem, ut locupletiori sermone, atque pleniore stilo a te rursum considerentur, praesertimque cum harum placet, nostris medicis ignotae sint, is enim, qui hactenus de ipsis a te sermo est habitus me admodum delectauit, sed quoque eadem clarissimi atque accuratius exprime, ab illis si libet quas auribus infligunt, deducto principio.

*De aurium, narium, labiorum, gingivuarum scarificationibus, quas medici Aegyptij pro evacuatione frequentant. Cap. II.*

## ALPINVS.

**R**IMA eius regionis in eunte aestate, Campis ibi spiringantibus uentis calidissimis, plerumq; aduersus infantes tonfillarum epidemicæ inflammationes vagantur, febresq; acutæ, atque circa pudendorum partes inflammationes, & vlcera. Quibus malis, atque alijs etiam omnibus ex calore ortum ducentibus, succurrunt aurium scarificatione intus vel extra prestatæ sanguinis vacuationem molientes, ut uero hanc scarificationem operentur, in primis collo infantium lineo panniculo uincito, atque paululum ea ligatura angustiori reddito, tumidiores aures fieri student, quas eodem tempore simul itidem manibus multum contrectant, atque perfricant, aqua calenti dulci easdem fræ, piis irrigantes, & abluentes, uel spongiam calenti aqua plenam auribus scarificandis applicant. Quarum exinde magnitudine aucta, atque ruborem insignem adepta, tribus, vel quinque incisionibus oblongis rectè per latitudinem, cùtum ante vel retro cultro scarificant, à quibus scarificationibus paru sanguinis calido aquæ balneo siue illas abluentes, educunt, atque ferè nullam infantulis tamen lamentationem ploratu aliquo edentibus, ita sine molestia haec sanguinis vacuatio conficitur. effluxo deinceps sanguine, scarificationibus probè lineo panno detersis, atque siccatis, gossypium adaptant, quod tribus ad summum diebus in auribus scarificantis gestant, atque mox ab ipsis rectè conglutinatis, illud abigunt. In omnibus uero acutis febribus, atque omnibus inflammationibus oculorum, aurium atque cæterarum capitis partium, cùtum ante uel intra aures positam scarificant, atque in ijsdem malis partes infernas occupantebus, retro uel extra aures positam.

**GVLAND.** Hoc remedij genus non omnino fore spernendum ac negligendum videtur, nec penitus antiquis medicis ignotum fuifcomm. 5. se, quando apud Hippocratem in 6. epidem. hæc ad unguem legantur. Cum adsunt cedrata, uenç in auribus posteriores scindendæ sunt. Sed Galenum aurium istam scarificationem minime nouifut. 2. 1. 1. fe

## DE MÉDICINA AEGYPTIORVM

se hinc suspicari potest, ex quo ipse in commentario Hippocratem  
reprehendendo hac dixerit: In his quidem verbis locutio im-  
propria, & vitiosa est, ipso scribente, venas in auribus: neque enim  
venas in auribus, sed circum aures dicere oportebat: siquidem  
vene quedam post aures grandiores sunt, in ipsis uero auribus per  
exiguæ, rixæ, asperstabilis, & plerumque neque perspicue. Non  
nouerat Gal usum scarificandarum aurium eo modo, quo Hip-  
pocrates senex sapientissimus cognovisse legitur. Sed tamen hunc  
usum aures scarificandi audio multis Saracenorū admodum fa-  
miliarem extitisse. Quod & Doctissimus Franc. Valesius probè  
confirmare uidetur, qui in comm. sexti lib. epidem. Hippoc. hæc  
scripsit: Id quod didicierunt Saracenorū filii, quos nuper Philip-  
pus dominus meus decisa rebellione, à Granata finibus in inte-  
riorem Hispaniam secedere imperauit. illi utebantur aurium sca-  
rificatione, quam possit quispiam in hunc Hippoc. locum referre.  
Non est itaque difficile credere nunc Aegyptios etiam hanc aurium  
scarificatione uti. Neque hinc Hippocratis nem impropiam, vt  
Gal. uoluerat, esse certò cognoscitur, sed potius hanc Galeno suis  
se ignotam putauerim. ALPIN. Verumtamen id aut nullius, aut  
parvitudimenti (cum aurium hæc partes, que scarificantur ex car-  
nes ac exsangues sint, uenisq; vix appetibilibus iestent) esse quis  
existimabit, quod ab harum sectione paucissimum sanguis educatur,  
qui aut nullum, aut obscurissimum auxilium ijs prestat pos-  
t. Valesius ut Hippocratem a columna seruaret, qui aurium  
scarifications ad coxendicum affectum (vt dictum.) laudauit, sit  
ijs, quibus ex capite fluente humore ad femora, in eos affectus in-  
cidunt, cauterio aurium partibus, vel ante vel retro positis immo-  
bis uel dissectis, posse conferre. Sed quia negare non poterat, hanc  
scarificationem apud multos Saracenos in viuum esse, iecirco sub-  
iunxit, etiam Saracenos hac uti scarificatione, quia sunt tum idissimi  
à missione sanguinis, netritum iure uidetur credendum, quando Hipp.  
manifestissime non de aurium cauterizatione uel inni-  
stione, sed de scarificatione locutus sit. Neque Saracenos ita san-  
guinis uacuationem formidare hominum relatione certò constat.  
Aegyptij uero atque Arabes, quibus copiosa sanguinis eductio  
est familiarissima, aurium, ut nuper dixi. utrunt etiam scarifi-  
cationibus ad euacuandum sanguinem. GYLAND. Puto ti-  
morem missione sanguinis in pueris non aliunde venire, quam ex  
iporum

iporum summe calido atque humido temperamento, habituque maxime apero ac molli, facilimeq; dissolubili. ex qua copiosa sanguinis uacuatione corpora illorum nimirum exolucentur, qua re Aegyptij pueris quam parcissimam imperat vacuacionem, cum sua corpora habeant ex temperamento, atque habitu, unde evacuentur promptissima. Hincque in pueris aurium scarificatione sanguinis vacuationem moluntur, quod ipsa paucissima, tum ijs sufficere, tum minime multum vires dissoluere, queat. **A 1 1 1 X.** Non solum aures, sed & narcs ad multa mala non in purissimo modo, uerum in omnium etatum hominibus, Aegyptij scarificare solent, venas enim intra narcs maxima dexteritate scarificant, & ut ipsis libet sanguinem interim copiosissimum exinde evacuant. Ideque naturam impediti in febribus acutis, in quibus prestant caput, uel doloribus uel aliqua inflammatione laxum obseruatur, atque in phreniticis, alijsq; ex calidis succis delirancibus, precipueq; ex sanguine. Arcanum etenim quoddam apud illos copiosa sanguinis a naribus intus scarificatis missio credunt. In omnibus doloribus, ac inflammationibus capitis partes occupantes, non minus que in ipsis affectibus oculos infestantibus, in continuis putridis febribus, ubi ruborem in facie, uel affidus uigilias, uel deliria egros uexare consperxerint, statim ad hanc sanguinis uacuationem confugiant, maximeq; in diebus criticis, in quibus crisis aliqua per sanguinis eruptionem speratur. In phreniticis, atque acute febrentibus, quibus in aliquo creticorum dierum stillæ ex naribus illabentes obseruatæ fuerint, minimeq; exinde sperantes sanguinem posse largè fluxurum, intus narcs phlebotomio scarificantes, eruptionem per stillas inceptam adiuuant, atque perficiunt. Noua hec apud nostros medicos, pro molenda sanguinis missione scarificatio erit, neque puto quempiam ipsis rationem, atque usum habuisse. Multi enim intra narcs appositis hirudinibus sanguinis uacuationem pertentarunt. Amatus Lusitanus Medicus Hebreus non spernendus, se rectum usum a naribus educendi sanguinem reperiisse in tercia fuarum centuriarum memor ix prodidit, qui tam foliis hirudinibus illam uacuationem moliri oportere, putabat. **GUILAND.** Gal. visus est his uerbis hunc uacuationis modum nouisse ac docuisse in 2. lib. de compos. medicam. secundum loc. cap. a. qui dixit: Quod si amplius sanguis redundare videatur, etiam ex naribus aperta vena, & quantum sufficere videtur sanguinis evacuantur.

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

cuatur. Hinc intelligi potest Galeni temporibus usum mittendi sanguinem à naribus fuisse probè cognitum, atque frequentatum. Sunt aliqui, qui existimant fieri hanc evacuationem, secundum nasi mediastino, quam multi laudant in fasci, nasiq; ruboribus, atque in aliqua inflammatione. **A L P I N.** Errant illi certissime id credentes, quoniam apud Aegyptios omnes narium scarificatio, atque mediastini, vna, adcmq; non est, neque ad eadem mala vtrisq; his vntur. Narium enim scarificatione multum sanguinem evacuant, qua evacuatione omnibus capitis inflammationibus cum internis, tum externis, & in febribus sepe utuntur. Mediastino vero scarificato paucissimus sanguis exit, qui tantum faciei nasiq; ruboribus adiumento esse solet. **G V I L A R D.** Sed quomodo pares scarificant, atque nasi mediastinum? **A L P I N.** Naso in primis, postquam collum fascia devinctum est, vt vena crassifcante, tum insultu perfricato, tum aqua calida multa dulci asperso, atque tumefacto cutem narium ambarum, vel vnius, per longum tribus, vel ad summum quinque scarificationibus secant, à quibus sanguis calido aqua dulcis balneo ediscunt. Mediastinus verò & ipse eodem modo vnicar scarificatione secatur, guttaq; tantum sanguinis ex eius sectione pronanant. Utuntur etiam illi populi labiorum, prætertinq; inferioris scarificatione pro oris, gular, inflammationibus, sed longè maxime vbi fixuris labia fuerint obnoxia, gingiviasq; scarificant, ex confusso sanguine dolentes, vel aliqua inflammatione vexatas. Sed his omib; vtilius erit, nos tandem accedere ad celeberrimae crurum, malleolorumve scarificationem, qui enim habebitur sermo de tanto praefidio, nō poterit non nisi multū medicis adiumenti afferrere, quando haec scarificatio vng sectionis vicario mea quidem sententia sit, de qua nunc prolixius tecum loqui cùpio. Speroq; huius sermonem maiori, quam ceteri nobis voluptati fore, nec minori vtilitati. quem totum in hac die vix credo a nobis posse absoluiri. **G V I L A R D.** Quęfo, quę in sermone huius scarificationis, quę a nostris etiam ijs partibus applicatis cucurbitulis communiter in quibusdam malis ita facile molitur, tam copiosam orationem accersunt? Vellem igitur hac de causa, ut quam primum ad illam te conuerteres. **A L P I N.** Faciam ut lubet, sed vereor ne tu in communi malleolorum errore verseris, qui celebrem hanc malleolorum scarificationem, ab antiquisq; medicis præclarissimis provenę sectionis vicario auxilio receptam, atque  
vita-

vfitatam, in cucurbitarum cum scarificatione applicatarū vsum  
committunt. Verum si quid de illa Gal. & Oribasius in multis  
locis, ex quamplurium celebratorum medicorum sententia, no-  
bis prodiderint, nunc meminisse, fortasse ita hie sermo te de-  
lechaffet, vt longiorem haec de re explicationem à me petercs.

GVLAND. Nihilo minus ego fortalle, quam tu, sermōnem, qui de  
huiusmodi prēficio accurate habeatur, expesto. Sed antea scire  
ex te uolo, an eodem modo Aegyptij mentum scarificare soleant,  
& brachia, quando horum scarificationem apud Hispanos confici  
aliqui prodiderint: atque & menti scarificationis Gal. in 6. lib. de  
composit. med. seeupndum loc. ad raulta mala meminerit. ALPIN.  
Et si vtrumque fieri meo quidem iudicio posset, tum brachijs, cru-  
ribus, quo ad venarum ordinem ferè omnino respondentibus; tum  
etiam quia menti scarificatio, & commode administrari posset, &  
multis affectionibus esse utilis. Cuius utilitatem antiquitas me-  
dicorum nos recte per docuit. Sed tempus est, ut ad propositam  
scarificationem redeamus.

*Malleolorum, sive crurum scarificationem ad mo-  
liendam euacuationem auxilium esse antiquis-  
simum, à Gracisq; clarissimis medicis testa-  
de frequentatum. Cap. III.*

ALPINVS.

**M**STRVM maxime crurum, surarum, vel malleolorum  
scarificationem pro fangiis molienda euacuatione in  
pueris, Eunuchis, mulieribus, atque carnis vel pin-  
gibus omnibus hominibus usurpat, tutissimumq; apud eos cre-  
ditur euacuationis remedium. quo quisque multorum-morborū  
occasione ingenti salutis spe utitur ad vacundum sanguinem,  
pr̄fertimq; airibus iactuationem pertunam sectam pr̄ imbecilli-  
tate non ferentibus. Scarificant enim, ut inferius proprijs locis  
dicam, in utroque crure surum, sine partem cruris crassam, quæ  
malleolo contermina est, multis adactis profundis, ac longis sca-  
rificationibus, a quibus si p̄e tepida aqua dulci abluti, quantum  
uolunt

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

nolunt sanguinis sine multa corporis commotione, educunt. Ad hoc auxilium illi in omnibus morbis, ab humoribus calidioribus etiam habentibus, veluti ad sacram anorum conflagiant, neque id immorietur, cum tot, & tanta habeat sanitatem vires expissime sint scarificationem experti. Mirorque sic circa **GRIECHI** doctrinam, nostrae medicos nolle tam utile, atque à multis doctissimis Grecis medicis antiquis, ad morbos profligandos, hominesque ab his præcauendos, adeo laudatum auxilium agnoscere, atque in usum reuocare. Et quamquam eos medicos non otinimus laudem, quia tamen prompte in quoque ferè morbo sanguinem per venam festam mitiant, rectius tamen eos agere possumus, quām qui eandem vaccinationem sanguinalis per cucurbitulas dorfi partibus cum scarificatione applicatas moliri consuerunt. **GRIECHI** priores illos medicos eo auxiliū genere, quippe venę fētione, posse morbos eos profligare natūrā ac certius iudico, quām alios cucurbitularum ētiū. Quod missio sanguinalis per venę fētione procura, magnam utique sit remedium, atque ob id magnis meritis occurrat morbis. Ab usu uero cucurbitularum tantum absit, ut magnos morbos a plenitudine humorum ortu ducentes, profligari posse credamus, ut potius ijs applicatis, eos in deterius ferocdere posse autumeam. Quod à nobis heri diligentius disputatum, atque constitutum fuit. Sed cur, ego te tajidu interpono, nōq; ab incepto tuo sermone his verbis amplius distrahō? perge igitur reliquā hac de re sermonem abſolucere. **ALPINUS.** Pro tollenda corporum plenitudine Galnum illum cucurbitularum verbum fecit, ut nostri multi cogiant, sed schismate fētione, atque crurum scarificationis meminit. Quod ab ipsiusmet verbis in 2. aph.

- aph. 17. .. Hippocratis commentario proditis colligitur, que hoc existunt: Euacuatio omnium humorum aequaliter, que quidam exquisitissima est, sit per uenę fētione, proxima autem huic illa est, que sit per malleolarum scarificationem. In libro etiam de hirud. cucurb. scarif. dixit: Cucurbitulas in plthonici corporibus non modo esse inutiles, sed etiam noxias. Atque in lib. de curar. per fang. miss. docuit, ante cucurbitularum administrationē totum corpus evacuatū esse oportere, illisq; vel cuī scarificatione vel sine ea applicatis. Et quibus nostri medici perdocti nescio cur in magnis morbis, viribus sanguinis educationem per uenę fētione nō ferantibus, ad hanc, reliquā illis cucurbitalis, saltu micerum scarificationem, nō

cationem non accedant vel configuant, cum haec tutissimum sit auxilium, vacuationeque (ut ait Gal.) venae sectioni proximum. Hocque etiam vene sectioni utilitate preferendum Gal. in eodem lib de hirud. eucurb. alijs verbis munit: Eodem namque anno venam frequentiter incidere, minime quidem ratione consentaneum arbitramur: Quandoquidem cum larga sanguinis copia, uitalis quoque spiritus emititur, quo sanè absumpio, crebrius quidem moles vniuersi frigescet, tum animales functiones omnes deterioreretur dunduntur. Quamobrem ab ignobilioribus membris, impotest a cruribus sanguis educendus est. Atque in libro de curat. per sang. missio. in quibusdam corporibus crurum præfert scarificationem venæ sectioni, ut ipse hunc in modum prodidit, dicens: Porro que ex malis ribis albidiiores sunt, sanguinem aceruare tenue solent. Quocirca adhibitis malleolorum scarificationibus maxime iuvantur. Et paulo post ait: Carnosis vero & candidis paruæ infuntem venæ, quibus malleolos scarificare, quam venam fecerit: quippe cum hec paruas in eturibus uenas habeant. Est & Apollonius ille atque Antyllus, medici olim grauissimi, ut apud Oribasium legitur, qui huius scarificationis clarissima monumenta posteritati reliquerunt. Oribasius vero hec de ipsa crurum scarificatione script: Et sanè dum pestilentia vehemens A- lib. 7.  
cap. 10.

siam deprehendisset, multosq; perdidisset, meq; etiam morbus attingisset, secunda morbi die remissione febris facta, crus scarificauit, duasq; ferre sanguinis libras deraxi, hacq; de causa periculum vitai. Plerique igitur etiam alij hoc præsidio usi superfites cuseverunt, erant enim plenitudinis signa. Crurum itaque scarificationis usum Galeno, Apollonio, Antyllo, Oribasio, pluribusq; etiam alijs ex antiquisclarissimis medicis & eognitum, & ualde apud eos frequenter exinde planè conflat. GVLAND. Vera sanè prædicas, sed quid mireris multos etiā doctissimos medicos hoc ita ab optimis medicis laudatum auxilium minime velle agnosceret, ae in priuatum usum reuocare, quando multorum insanabilem in defendendis erroribus peruicatiam tu recte noueris. Quid mireris inquam, cum ipsi aliquid habeant, quo culpa earere aliquo pacto videntur? Nam quis unquam ab Aegypto hue profectus est, qui eius scarificationis verum modum nobis manifestaret? Cetero nemo nos eam edocuit. ego magis mirandum esse puto, haec tamen multis in Italiq; urbibus, præfertumq; Venezijs pertinere ac Erastris-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

tei faciebant, medicorum multos sanguinis missione pet uenam  
sextam ita abhoruisse, ut maximum timorem id genus auxilij ple-  
risq; incuteret. Quia in re non parua gratia Alexandro Massariæ  
medico clarissimo est habenda, qui eum urbe in illam ingre-  
sus ita a sanguinis missione abhorrentem, ac timentem inuenierit  
medica artis Hippocraticis principijs veritatem illis sepe suadend-  
do ac demonstrando, errorem in medicina summum, è mentibus  
doctissimorum multosum medicorum eripuit. Tamen cater-  
ua medicorum, (ira morbus inualuit) superfluit, adhuc anti-  
quis erroribus planè addicta. qui affirmant, non esse conficien-  
dam sanguinis vacuationem per uenæ sectionem, ob plurimi calo-  
ris resolutionem, sed tantum cuti dorsi alijsq; partibus appli-  
catis cum scarificatione cucurbitalis. Hincq; earum vius co-  
gratię deuenit, ut nunc frequentissimus apud multos, ac familia-  
rissimus factus sit. Hacq; de causa multi audient affirmare cucur-  
bitulas scarificatas vena sectionis vicaritum esse auxilium. Quo-  
tum opinio quam erronea, & à veritate aliena sit, prèter ea quæ di-  
cta sunt, patet etiam ex Galeno, qui & in 2. lib. aphorism. & in 4.  
de sanit. tuenda, atque in libro 13. meth. med. alijsq; multis in locis:  
dixit apertissime, secundum locum, a sectione uenæ, crurum scarifi-  
cationem obtinere, nam in secundo lib. aphor. ait: hanc scarifica-  
tionem uenæ sectioni esse proximam: atque in lib. 4. de sanit. tuen-  
tia, assertit, tantundem ac uenæ sectio uselc malcolorum scarifica-  
tionem, nem. & in lib. 13. meth. med. scripsit: Si corpus fuerit plethoricum,  
sanguinem mittendum esse, aut vena incisa, aut cruribus scarifica-  
tis. ALPIN. Regè sanè dixisti, sed hactenus excusari poterant  
nostrihī medici, quod neinò ipsorum hanc scarificationem, quo-  
paclio administraretur ab aliquo didicerit. Nunc uero quique  
summe redarguendus erit, nisi uoluerit hoc genus presidij utilissi-  
mum a nobis saltē accipere, & in antiquum usum reuocare.  
Maximeq; cum audierit, huius scarificationis usum cum in tota  
Aegypto, sum in tota etiam Hispania apud omnes familiarissime  
frequentari in omnibus pueris, Eunachis, mulieribus, pinguibus-  
que corporibus, scilicet semper cum successu. CIVILAND. Amatus  
Luftranus medicus non spernendis hoc remedium maximi sem-  
per fecit, atq; sp̄issime eo pro vacuatione sanguinis usus est. vt  
paulò post fuisus etiam narrabitur. Eademq; atq; tu Ioan: Inco-  
bus Manni posteritati tradidit. Quamobrem crutum scarifica-  
tionem.

tionem multis & antiquis, & recentioribus medicis fuisse cognitam, & ab eis adhibitam manifestissimum est. Quod vt apertius omnes cognoscant, ac ne ab hoc vacuationis vsu, ideo se abstineat dicant, quod ignari sint an eodem modo haec scarificatio, rum in Aegypto, tum in Italia hominibus conduceat, ideo si postquam tu in patriam redicris, in aliquibus ipsa fueris usus, ac quali etiam salutis successu vel felici, vel infelici, intelligere ex te nunc cupio.

*Quibus in Italia locis hominibus sanguis crurum scarificatione fuerit detractus. Cap. IIII.*

ALPINVS.

**A**B Aegypto ego in patriam reuersus, Bassanum oppidum loci amoenitate pulcherrimum in corum studiorum gratia me contuli, ibique medicinam publice faciendo multos scio agrotos crurum scarificatione, sanguinis saepe evacuatione more Aegyptiorum procurata, sanitati restitutos. Scis etenim postquam in Italianam ex illis locis peruenierim, me perpetuo optima Aegyptiorum vestigia in medendo sequi voluisse, praescripsi sanguinis vacuatione molienda, maximeq; in usu crurum scarificationis, pro qua exercenda diligenter, atque experto inuenito huius operis ministro, in multis sanguinem mittere more Aegyptiorum pertentai. Quod mihi feliciori cum successu semper euenit. Primusq; cui eo modo sanguis fueris vacuatus, puer fuit annos de cem natus, quem in humanarum literarum cultu Franciscus Lanzarinus Bassancensis in eius schola à Castro franco exercendian suscepserat. Qui duplice tertiana correptus, cruribus ambobus scarificatis, & educto sanguine conualuit. Huic enim propinato prius pharmaaco, quo eius corpus noxijs paulisper expurgaretur humoribus, ijsq; maxime, qui in stomacho & uenis infernacis continebantur, quarta die ambobus cruribus vel suris more Aegyptiorum scarificatis, sanguinis sere libram commodissime eduximus, a qua praestita vacuatione febris iminuta, alia tantum accessione defit. Paucos ab hinc mensis ab huius pueri morbo mulier sere sexagenaria, Bona vocata, quæ apud Bassanos famosissimos pictores habitabat, hepatis pessima inflammatione correpta continue cum

L 2 dolore

## DE MEDICINA AEgyptiorum

dolore, & tensione dextri hypochondrij, affiduis vigilijs atq; difficillima respiratione, ingentiejs siti, lingua nigra admodumq; liquida febricitabat. In qua vrinæ tenues, coloratores, cum contentis crudis spectabantur, diesq; duodecimus ab ægreditudinis principio agebatur, quando aceritus illam inueni eo modo agrotantem, cuius morbo, causis, ac symptomatis recte perspectis ac cognitis, atque chirurgo acerito, internam dextri cubiti venam fecari iussi, quia nullo sanguine, muliere in syncopem collapsa, vacuata, ac misera ceteris neglectis remedij moriretur, ex eius corporis habitu bene carnosø, pingui atque alb-o, Galeno in libro de curan. rat. per sang. miss. docente, malleolorum sine crurum scarificationem magis quam venæ sectionem, praestare ei posse: probè cruribus scarificatis, sanguis ad libix pondus commode eductus est, à quo flatum melius se habuit, nocteq; subsecuta somnum cepit, melius respirauit, atque adeo febris minui exinde ceperit; die quarta decima ferè libera fuit, at decimaseptima in vniuerso corpore critica exorta fessib; prorsus convaluit. Post hanc aliam eodem annos natam, habitu admodum pingui, ac valde carnosopraditam, villam Angoranum habitantem, febre continua, acuta, correptam cum intensissimo capitis dolore, affiduisq; vigilijs, delirio, atque multa inquietudine curandam premanibus habui, cui die tercia premisso clystere, ambobus itidem profundis incisionibus cruribus scarificatis, sanguinis libra & plus fuit educta, a qua mulier melius flatum se habuit. dieq; septima omnino a febre libera cuasit. Puer etiam duodecim annorum C. adellenis in domo Joseph Caratelli pharmacopolæ, cum febre furdus omnino factus, eius a scarificationis cruribus, plurimo sanguine evacuato, flatum audiuit, atque paucis diebus etiam a febre convaluit. Due itidem eodem tempore puellæ virgines in Valle Stagna, decumbentes, in pestilentem febrem collapsæ à suppressis menstruis, ea scarificatione adiuuante sanitatem citò repperunt. Citò enim ambabus ijs copioi menses denovo fluxerunt septima die cum indicio. Criticęq; ambę indicatę in eadem die fuerant. Audisti ex me igitur, quos vacuacione sanguinis, surarbi scarificatione prestita, Deo annuente, Bassoni fcs fecit membrum spacio sanitati restituerim. In principio dum ea uti ceperim, propter multas magnasq; ac profundas scarificationes ferè omnes hoc auxilium formidabant. Deinceps vero multi fuisse, nam viri, tum mulieres, que ab utilitate persuaserunt.

Ita si hoc genitū remedij facile complexi sunt. GUILAND. Gal-  
deo te tantum de huiuscē scarificationis utilitate periculum fecisse,  
cui facile omnes acquiescere possent. Egovero, ut idem confir-  
mem, puto non inutile fore, si tuis experientijs aliis ab Amato Lu-  
sitano memorie traditas subiungam. ALPIN. Gratiam rem facies  
si eas mihi etiam indicaueris. GUILAND. Is in prima suarum  
centiarum hac literis tradidit: Paucis interpositis diebus hu-  
ius dīcti frater, duos annos natus in eisdem oris vloerationes incl-  
dit, qui surarum sive tibiarum ventrī scarificatione, & supicis  
adhibitis enumeratis medicamentis sanitatē illico fuit restituīs.  
Et in scholia, postquam tum omnes medicos præter Hispanos,  
quod hos solum crederet huiuscē scarificationis peritiam obtine-  
re, reprehenderat, subiunxit alterius pueri historiam, his verbis:  
Dominicus Maria à Bala mercator Bononiensis cum filiolum gra-  
uite zgrotantem haberet, vt illum iuñferem me rogat, ad quem  
accersitus iubeo protinus crura scarificari, prius ea per spongiam  
fouentes aqua calida, & ad poplites ligatura ac ad luras cuocato  
fanguine, eas stepe harundine fessi percutiendo, sed inulta matre  
pueruli natione Graeca, patria Bizantina, quæ quām intra duos  
dies puerum fanum conspexerit, ad me postea, tanquam ad sacrā  
anchoram, quām pueri sui vel amicorum zgrotarent, confluēbat,  
vt illam illis iuberem euacuationem facere, tantum videlicet huic  
euacuationi tribuens: nec sanè inanerit, quia præter multa, quæ  
fecum adfert coimoda crurum scarificatio, materiam incorpore  
exundantem minuit, & caput à dolore & malis affectionibus libe-  
rat. In secunda ceneuriarum pueri hanc subtexit historiā dicens: cura, &  
Filius Barbosij natus annos nouem cum febri continua cor-  
ripetur, & inter medicos consultum esset pro eius  
sature de sanguinis missione, primo à surarum  
scarificatione cæptum fuit; quael taneum  
illico fanus est factus. Hec extant  
monumenta illiusce doctissimi  
medici demillione fanguini-  
nis per crurum sca-  
rificationem in po-  
sterum mē-  
morijs prodita.

DE MEDICINA AEGYPTIORVM  
Crurum scarificationem non eam esse , quam nostri  
applicatis cucurbitulis frequentant. Cap. V.

G V I L A N D I N V S..

**N**on video hoc auxilium Arabibus medicis notum sūf-  
fe. Quamquam nunc ipsorum scribè proprium illud esse  
dixeris, quando nemo illorum de eo aliquid scriptum  
reliquerit. Autem enim hanc scarificationem à cucurbitulis  
separatam minime cognovit, quod ex eius his verbis facile per-  
illudere. , , , ,  
spicitur: Et ventose quidem que cruribus superponuntur sunt  
, , , , minutissimi propinquæ, & mandificant sanguinem, & provocant  
menstrua. Qnod apud alios quoque Arabes medicos multos  
visitatum, ac creditum est. Nam neque Averroes, neque Rhafis,  
neque haly Abb. neq; alij multi de scarificatione crurum, ut quid  
distinctam à cucurbitulis scripsere. Itaque apud hos vacuatio per-  
crurum scarificationem procurata nihil aliud erit, quidm communiter  
nostris cucurbitulis, cum scarificatione applicatis sanguinis  
facta eductio. Cui opinioni id fuisse videtur, quod alios multos  
præclarissimos medicos, ne verbum quidem de hac distincta a cu-  
curbitulis scarificatione fecisse videamus. Nulla siquidem apud Hippo-  
pocratem ipius extat memoria, neque apud Celsius secundum ut  
multi aiunt, Hippocratem, neque apud alios multos. Hincque  
multi etiam doctissimi medici nullam differentiam inter hanc &  
cucurbitulas scarificatas fecerunt, exinde malleolorum scarifica-  
tionem cum cucurbitulis interpretantes, ut Hieronymus Caeda-  
nus in lib. a. connoter. med. qui haec Galeni verba de scarifica-  
tione ita interpretatus est: Sunt autem que aequivalent sectioni ne-  
ne retentiarum hemorrhiodum apertio, vel membrum suppresso-  
rum, vel in quibus nihil est tale, malleolorum cum cucurbitula:  
scarificatio. Quæ tamen interpretatio ( pace tanti medici dixerim ) longe à veritate est aliena, cum Gal. per malleolorum scarifi-  
cationem distinctissime eam absq; cucurbitulis intellexerit. Nam  
in libro de hirudinib. distinctè duo capita scripsit, alterum de sca-  
rificatione, atque alterum de cucurbitulis. Qui si idem intellexerit  
scarificationem, & scarificatus cucurbitulas esse, proculdubio  
cucurbitulatum viuum nusquam ineminiſet. Nam in libro nuper  
cito

„ citato dixit: At incipientes aut etiam uigerites ( supple capitis  
 „ dolores ) per cucurbitam in certuee procurata retractio interim  
 „ quidem solam interim cum scarificatione . Quod prolsus con-  
 firmauit in aphorisi lib. atque in lib. de curat. per sang. miss. Cur  
 igitur ibi Gal. meminit cucurbitularum cum scarificatione ; si no-  
 mine scarificationis semper cucurbitulam subintelligat ? Certe  
 ex Galeni sententia , utrumque esse unum & idem , falsissimum est.

**A L P I N.** Cui dubium idest , usuis utramque operationem mo-  
 liendi modis perspectis , atque utriusque auxiliij facultatibus ? Nam  
 modus vacuandi applicatis cucurbitulis planè est diversus ab eo ,  
 qui in usu scarificationis adhibetur . Cucurbitulam siquidem li-  
 namento ardente , vel igne vel aquæ calice halitu , cuius primo  
 applicant , quæ ualide intra se cutim attrahit , à qua cutem in rubo-  
 rem atque tumorem elatam scarificant , eidem statim rursus cucur-  
 bitulam affigentes ea sanguinem à scarificationibus extrahunt .  
 Secus vero in molienda scarificatione obseruatur , nam qui volent  
 crura scarificare pro vacuando sanguine , primo articulo crus sub po-  
 plite ligant , & mox totum crus in primis multum perfricatum , in  
 dulcis aquæ calidum balneis immersunt , si pectus abluunt suram ; ac  
 harundine ipsam percutiunt , vt totum crus intumescat , multumq[ue]  
 erubescat , atque oborpescat , ne incisionum acutum dolorem re-  
 groti sentire queant . Quibus omnibus peractis crus ordinatis  
 longis , ac profundis incisionibus scarificant , à quibus quarecum  
 volunt sanguinis aqua calida vulnera saepe irrorantes vel totum  
 crus in aquam obruentes , euacuant . Quis igitur scarificationem  
 à cucurbitulis diversum quippiam esse noui fateatur , ex modorum  
 omnino variorum , quibus administrantur , obseruatione ? Quæ  
 etiam inter sex utriusque facultatum dignotione diuersa utique  
 esse , facile suadebitur . Different quidem haec in ea quam pre-  
 stant , euacuatione , quantitate sanguinis qui euacuatur , nec minus  
 attrahendi modo . Etenim cruribus scarificatis libræ sanguinis  
 facile non secus quam per venæ sectionem educi possunt . Quod  
 si pessime experientia verum esse didicimus . Oribasiusq[ue] in libro  
 de cucurb. scarif. hirud. sibi cum peste ipse vexaretur , altro crure  
 scarificato binas ferre sanguinis libras extraxisse testatus est . Ad-  
 do , per crurum scarificationem tantum sanguinis vacuari , quam-  
 tum per venæ sectionem euacuari potest . Quæ sanguinis copia  
 non ita facile cucurbitulis exhaustiri poterit . **G V I L A N D.** Neq[ue]

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

Cura rationem aliquam hoc fieri arbitror, namque sanguis & scarificatis cruribus absque cucurbitulis calidæ dulcis aquæ balneo continue educitur, ex qua caliditate sanguinem attenuante, mouente, atque attrahente, humiditatemq; in aliis venasq; plurimum laxante, facilias sauguis efficit. In eius vero educatione, quoq; encurbitularum attractione fit, aliae canse existunt, & tales quidè, ex quibus potius sanguinis fluxio coliberi, quam adiuvari possit, namque nonradet caliditas, qua fluxurum sanguinem attenuat, neque adest quodreflexe curæ, sed magis curæ ex vacuato sanguine frigescens, densatur, & sanguis extra venas egressus in troncos concrescens, fluxionem potius coercere possunt. Hinc mirum non est encurbitilis non posse tantam sanguinis copiam vacuari, quanto per super dictam scarificationem educi potest. A. P. I. n. Differunt enim sanguinis vacuati ones encurbitilis facte ab ijs, quas hac scarificatione molimur, quod illæ violenti attractione, atque his sine villa violentia pœperantur, sed sensim ac sensim sine multa agitatione. Galen. enim in lib. 13. metr. dixit: Cucurbitalem ad hoc esse inventam, strenuumq; planè ad id esse auxilium, viroræ senocentur, quæ sunt in alto, atque ut existantur & eruantur, quæ iam in scirrum abeunt. neque encurbitæ attractionem violentiam esse nostrum cuiquam ignotum esse cogito. Scarificatione vero sanguinem dulcis aquæ calido balneo lenissim ac sensim citra commotionem multam corporis educi, sensui patet, ut Apollonius nos minus antiquus quam grauius medicus his verbis scriptum reliquit. Que apud Oribasium leguntur ex illiusse medici grauiissima mente de hac scarificatione, hæc existunt: plethora lib. autem coqumoderata, que aliquid mali factura sit, ac iam cœr- de exco. . . . sionem in morbo sum statum attingat, tibia que scarificationibus: . . . vexata fuerit, innoxiamq; totam quam volumus sanguinis illig- . . . tionem reddiderit, citra validam totius molis commotionem sol- uit. Amplius Gal. atq; alij Circei medici multi dixerunt, scarificationem hanc tollere plenitudinem, quod in plerisq; locis legitur, presentemq; in lib. super citato de Hirud. reuuls. cucurb. cum di- sp. 4. . . . xit: Si qua exuperans materia in corpore minuenda est, atque ob- . . . id' potissimum exuperantia exoriatur, quod materia ipsa, que emitti solet, supprimatur, scarificatione vimur. Cucurbitulis ve- ro scarificatis vel sine scarificatione ante quam corpus totum na- ciatum sit, nunquam medicos uti debere, Gal. pluribus in locis, quos

quos supra zanotauimus, memorie prodidit. **GVLAND.** Differentia evacuationis, hac scarificatione factæ, atque eius quæ cucurbitalis celebratur, in alio consistere non videtur quam in attractione, quæ in his calido balneo, in illis uero cucurbitulis perficitur. Vna eademq; scarificatio cutis utraque erit, sed ab una sanguis calida aqua euocatur, & ab altera cucurbitula exalto ad cutem trahente. **ALPIN.** Neque hec duo existunt evacuationis instrumenta, tametsi utraque in scarificationem cutis sumdetur, etenim in utrisque nomine non est scarificatio. Nam ad usum cucurbitularum cutem multis incisionibus, neque longis, neque profundis, neque ordinatis scarificantur. Quæ omnia in hac scarificatione Aegyptij ad unguem obseruantur. Quod etiam Oribasius ex Antyllo in lib. de curerb. scarificiendum precepit. Quare multis differentijs curarum scarificatio, & cucurbitulæ scarificatione distinguuntur, vnumq; & idem non prestatur ab utrisq; auxiliis, nec iisdem utraque viribus est referenda, diuersamq; inter se ambo promunt operationem. **GVLAND.** Non possum siccirco non multum Aulennam ceterosq;ue alios Arabes medicos perclarissimos admirari, qui de sanguinis evacuatione agentes hanc scarificationem minime à cucurbitulis distinctionem cognouerint.

**ALPIN.** Quid igitur de his dices? tantos medicos tantum auxilium ignorasse? multi nobis non credent. **GVLAND.** Hoc auxiliij genus proprium ferè fuit Aegyptiorum, atque Arabum. quæ loca cum neq; Aulennas, neque Rasis, Auveroes, Haly, atque alij habitarent, nosci ab his cam scarificationem non potuisse putandum est. Quod autem sit, nemo nostrum certus est. hoc vnum tamen scio, quod cum hoc remedium apud Galeni scripta, Apollonijq; Anrylli, Oribasij inueniatur, & apud alios Græcos medicos nulla extet de eo memoria, istorum scripta male uerba in Arabicam linguæ habuisse certo certius iudicari potest, atq; hinc eos non potuisse hoc auxiliij genus probè didicisse. Quod quidem apud Aulennam manifestissime comprehenditur ita finisse. Cum quæ Gallo loqueratur de scarificatione citra cucurbitularum applicationem, ipse in cucurbitulas scarificatas transcripterit. Galen. fit quidem in lib. de curat. per sanguinis de scarificatione hac ita scriptus: Porro quæ ex mulieribus albidiiores sunt, sanguineq; tenue cap. 11. accruare solent, quo circa adhibitis malleolorum scarificationibus maxime vacuantur, atque quæ nigriores sunt, lecta vena curato.

Craf-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

Crassiore enim sanguinem, ac magis melancholicum colliguntur,  
magis vero etiam si magnas habere venas appearant, quod illis accidit, que graciliores sunt, ac nigriores. Carnosis vero ac candidis parue insunt venae, quibus malleolos scarificare, quatenus uenam secare præstiterit, quippe cum haec paruas in cruribus venas habeant, itaque etiam replete secantur, quod iustum tamen sit non profundat. A quibus sunt verbis de scarificatione, & non de cucurbitulis à Galeno proditis, male in aliarn lingua veris. Auicenna eadem haec ad unguum transcribens, de cucurbitulis scarificatis, & non de scarificatione intelligens, dixit: Et ei quidem que ex mulieribus alba exsilit, ac laxa, sanguinem habens subtilem, ventosae in cruribus positæ sunt meliores quam phlebotomia, que fit in sa-phena. Sed haec satis fuisse existimo, ad demonstrandam differentiam, que est inter scarificationem, & cucurbitulas scarificatas. Quibus ita explicatis non inutile solet, si que inter malleolorum hanc scarificationem, & venæ sectionem sit conuenientia ac similitudo, nos aperiemus. ALPIN. Iure quidem hoc dixi, neque potest facile nos huius scarificationis utilitates persciri possit, nisi harum similitudinem sedulo prius cognoverimus.

*Inter crurum scarificationem, atque venæ sectionem  
maximam esse conuenientiam, ac simili-  
tudinem. Cap. VI.*

## A L P I N V S.

174.17.

**S**A NOVITER vacuationem per crurum scarificationes factam, eti, que uene sectione sit; admodum similem esse cognoscitur. Quantitas enim sanguinis per huiusmodi scarificationem educta vel eadem omnino est cum ea, que vena aliqua secca educitur, vel saltem ei proxima libras sanguinis ista scarificatione vacuari a nobis super dictum est, non minusq; Oribalium inscriptum ex scipio eam sanguinis copiam erare scarificato educisse. Galenumq; exinde in comm. 2. aphorism. dixisse, vacuationem per malleolorum sive crurum scarificationem præstata proximam ei esse, que fit per uene sectionem. Simili etiam modo & sanguinis quantitas per eam scarificationem, non secus quam

quam ex uena secta sensim ac sensim sanguinis effluit, lente & absq; villa violentia benigne balnei ex dulciaqua calefacta parati adjuvamento educitur. Quomodo nataram sepiissime critice, ut verbis viar medicorum, sanguinem excrere cernimus: ut que hinc sanguinis vacuationem, tum quo perveniam sectam sit, tum quo super dicta hac scarificatione prohibetur, proficiunt agrotis esse, quod proflus à natura factam imitetur, existimo. Quemadmodum etiā ex purgationibus eas agrotis esse valde proficias dicimus, quoꝝ nature optimas excretiones imitares nulla violentia vel corporis mole festa commotione leviter dentis humoris redundantiam ejiciunt. Causa rei signum esse agrotos purgationes leuiter perfere, Hippocrates in 1. lib. aphor. nobis prodiderat. GVLAND. Dubia hyc ueritas haud parū multis uisa est, neque immēritō de ea quantitate sanguinis, quoꝝ elucitar crurum scarificatione. etenim quoꝝ ratiō est, quanto brem a cute crurum scarificata plus quam ex aliorum partium scarificatione sanguinis copia maiore reduci ac vacuari debeat? Certè nulla, quando dorsi curis multis venis referra eandem copiam scarificata exhibere queat, ut hinc scapularum venas scarificatas iecorarie venę vicarias. Arabes dixerint, ex quibus non videtur crurum scarificatione quantitate sanguinis venę sectioni proxima, vel faltem alijs etiam partes corporis scarificate eandem copiam sanguinis exhibentes venę sectioni iidem proximum crunt. ALPIN. Memini alijs de hac eadem questione nos verba fecisse, remq; planè sic absoluisse, quia surē cogitentis alijs cutaneis partibus, tum numerosiores venarum ramos, tum grandiores obtinent, ex quibus scarificationibus multis uenjs dissecatis copioſior, quam ab alijs corporis partibus scarificatis sanguis exit. GVLAND. Verum dicis, neque immēritō cum Gal. crurum hanc scarificationem semper uenę sectioni facultate vel utilitare proximam tradideris, sit enim plenitudinem corporum ipsam fere, ut venę sectione tollere. Cuius loca nunc, in quibus hoc nos docuit, audire nō erit inutile, ex quibus clarè cognoscemus quanta apud Galenum fuerit inter scarificationē hanc & utraq; sectionem similitudo ac in iuxando affinitas. ALPIN. Exopto illorum locorum auctoritatē, ueritatem hanc ex te confirmari. GVLAND. In lib. 2. aphor. Hippoc. uralijs etiam dictum est, hyc ad unguem ueeba scripta reliquit, dicens: Euacuatio omnium humorum equaliter, q̄d quidem exquisitissima sit, sit per uenę sectionem, proxima au. aphor. 7.

## DE MEDICINA AEgyptiorum

cap. + , tem huic illa est, que fit per malleorum scarificationem. Quod non minus clare etiam in libro 4. de sanitate confirmatur ijs profectio uerbis ita posteriorum memoriarum traditis: Nam uirium robore constante si laffitudo adhuc infestat, existimandu est, cum sanguinis ne copia, aut cum eruditis ac minime co-ctis humoribus, aut per se solus conficitur uirtuosus humor, qui laffitudinem creet: Nam si cum sanguinis copia, aut vena incidenda, aut aliquid, quo dantur tundere ualeat, agendum. Sanè tantudem possunt hęc, quibus haemorrhoides sunt retentae si has appertueris, si mulieris menstrua consuetudo cessauit, hanc si prouoces: si horum nihil est, malleolos scalpello incidas. Eten lib. 13. meth. med. Cogimur ergo aliis sanguinem mittere, idq; aut uena incisa aut membris ijs que leſa non sunt scarificatis, manu enim laborante scarificabis cruram altero crurum male habente, reliquum. Has namque euacuationes indicat ipsa copia, sicuti etiam succorum vitium redundantis succi purgationem. Idemq; etiam in lib. de Hirud. resuult. si tamen is Galeni liber existit, proditum est, atq; hisce uerbi. Si qua exuperans materia in corpore minuenda est, atque ob id exasperantia illa orietatur, quod materia ipsa, quaz emitti solet, supprimatur, scarificatione vitetur. Hęc eadem fere apud Oribasium ex Apollonio, Antyllo, & à Semetipso leguntur. que cum aliis, tum relata sunt, tum quia quisq; apud Oribasium ea legere poterit, repetere nolumus, excepitis ijs, que Oribasius de scipio memorie prodidit, que ita instituto nostro quadrare videntur, ut nos ea audire fas esset. Que sunt huiusmodi: Et sanè dum pestilentia uehemens Aegyptum deprehendisset, multosq; perdidisset, meq; etiam morbis attingisset, Secunda morbi die remissione febris facta, crus scarificauit, duasq; ferē sanguinis libras detraxi, hacq; de causa periculum uitauit. Plerique igitur etiam alij hoc praefidio usi superstites euafcre, erant enim plenitudinis signa illiq; precipue saluabantur, qui sanguinem copiosum exhauebant. ALPIN. Hęc sufficiunt ex Galeno, Apollonio, Antyllo, Oribasio, pro demonstranda huiusce scarificationis malleorum cum uenę sectione convenientia, haec tenuis demonstrata. Ex quibus omnibus conspicuum fit, hanc scarificationem uicariam esse uenę sectionis, quādo si quod est, quod ex praefidijs vacuatorijs, aduenę si cōitionem prop̄e accedit, hoc unū scarificatione malleorum est, cum nullum aliud ex vacuatorijs praefidijs adsit, quod ea proximiuit ad uenę sectionem accedere queat.

in lib. de  
pestil. excep.  
cap. 19.

ALPIN. Hęc sufficiunt ex Galeno, Apollonio, Antyllo, Oribasio, pro demonstranda huiusce scarificationis malleorum cum uenę sectione convenientia, haec tenuis demonstrata. Ex quibus omnibus conspicuum fit, hanc scarificationem uicariam esse uenę sectionis, quādo si quod est, quod ex praefidijs vacuatorijs, aduenę si cōitionem prop̄e accedit, hoc unū scarificatione malleorum est, cum nullum aliud ex vacuatorijs praefidijs adsit, quod ea proximiuit ad uenę sectionem accedere queat.

GUILAND. Res conspicua uidetur ex Galeni aliorumq; Gr̄ecorum medicorum monumentis, sed difficillimum est, multis provicario auxilio cucurbitulas, cum scarificatione applicatas substituentibus, istud posse suaderi. quę res nobis non leuem ansam pr̄ebuit altius eorum sententiam sp̄ tandi ac indicandi, ne tam grandis error, tam alte in multorum medallias defixus, non sine aliqua grotantum iactura ulterius progrediatur.

*An crurum scarificatio vicaria sit vena sectionis.*

*Cap. VII.*

A L P I N V S.

**N**ATIBOLERVM scarificatio an non venae sectionis vicaria erit affirmanda ē cum nullum euacuans praesidium & proximius ex Galeni aliorumq; priscorum medicorum monumentis, esse, haec tenus cognitum sit. Evidem non video cur in hac assertione nos iure quis reprehendat, et si plures etiam grauissimi medici fuerint, quibus alia praesidia pro sectione uenae substituenda magis placitum est: Quorum alij scarificatas cucurbitulas pro tali vacuanti auxilio substituere, atqnc alij hyrndines non modo hemorrhoidibus, uerum etiam aliarum partium uenis appositas, quicmadmodi sape in paucis, quibus ex eorū sententia cum merito ut superius à nobis dictum est, missio sanguinis alia via prohibita sit, sanguinem hirudinibus alicui vene appositis mittere non displicet. Scarificatas cucurbitulas pro sectione uenae substituentur. quibus rationibus, atq; auctoritatibus inouantur alias a nobis proditum est. Quas etiam presentis occasionis causa itidem repetere non grauabor, ex quibus huius propofiti ratio clarissima innoteſcet. Aliunt siquidem cucurbitulas, medijs scarificationibus administratas, non secus quam uenae seſcio, uel fistulam proxime, ad uenae sectionem accedere, ut sanguinis optaram copiam euacuerent, prefertimq; scapulis applicatas. quas venas ab Auicenna edoc̄ti iecorarię venę vicem gerere affirman. sanguinis multam copiam euacuari nobis dubium non est, arque ab etiā totum corpus inaniri, ex quo dubium cui erit, ipsas vicem gerere venarum lēctionis posse, certè nemini latet omnes Arabes cla-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

clarissimos medicos huic opinioni fuisse additos, præfertimque Auicennam, qui dixit, cucurbitas cruribus appositæ minutiōne iſfe proximas. & ex Latinis Celsus magni nominis medicus manifestissime post venam ſectam vſum cucurbitularum celebrauit, ex Græcis vero Paulus Simia Galeni appellatus, nusquam scarificationis crurum meminit, vaccinationem vero laudare uidetur, quæ applicatis cucurbitulis cum scarificatione procuratur. Quid igitur a prediçis rationibus, atque a grauiſſimis illis medicis diſtentias? GVLANS. Præterea ex Galeno etiam crurum huic scarificationi obijcentes, per eam fieri posse totius corporis perfecta vaccinationem, negant, quando non quamlibet humorum redundantiam ea tollat, neque cuiuslibet humoris: neque in quolibet habitu fieri debeat, & vt paucis dicam, tantummodo ubi cum vaccinatione ad partes infreas trahendum sit, uilem illam crurum scarificationem censent. Gal. enim in lib. de hirud. reuol. cucurb. de ea agens inquit: Corporis partes scarificandæ sunt, quæ phlegmone vel duritic vrgentur, quæ vel tensæ fuerint, vel dolore aliquo affliguntur: quæq[ue] fluxionib[us] vexantur, ubi eae ipsæ fluxiones defierint: aut cum acrem materiam subesse viderimus, seu vis aliqua venenofacientie illata fuerit: præterea si ab altera ad alteram partem deducere materiam volumus, sicuti scarificationis cruribus, affectio capiti incederet: Siq[ue] exuperans materia in corpore minuenda est, atque ob id potissimum exuperatia illa oritur, quod materia ipsa, quæ emitti solet, ſupprimatur, scarificatione vitimur. Atque in lib. de curan. rat. per fang. miff. Gal. dixit crurum scarificationem solis albidiioribus corporibus, exilioribus venis, atque tenuiori fanguine præditis conducere, minimeq[ue] nigriores latiores venas ac fanguinem crassiorem præferentibus. Ibidemque non omnem fanguinem scarificationem hanc vacuare, sed solummodo tenuorem. Hęc ei scarificationi illi obijcent. ALPIS. Ab Aegyptijs igitur nos diſtentire, atque abſcedere hęc hortantur; Quod tamen faciendum nō puto, quando ipſorum veriorem ſententiam patauerim. Ne que ipſi carent rationibus, quibus scarificationem hanc probè tecantur, atque ab illorum machinis uarijs oppugnata in defendant. Superius a nobis demonstratum est scarificationem hanc maiorem fanguinis copiam vacuare, quam cucurbitulis, neque immerito, cum illa fanguis calenti aqua dulci educatur, quæ cutem laxat, fanguinem attenuat, atque attrahit: &

cap. 4.

,, agens inquit: Corporis partes scarificandæ sunt, quæ phlegmone vel duritic vrgentur, quæ vel tensæ fuerint, vel dolore aliquo affliguntur: quæq[ue] fluxionib[us] vexantur, ubi eae ipsæ fluxiones defierint: aut cum acrem materiam subesse viderimus, seu vis aliqua venenofacientie illata fuerit: præterea si ab altera ad alteram partem deducere materiam volumus, sicuti scarificationis cruribus, affectio capiti incederet: Siq[ue] exuperans materia in corpore minuenda est, atque ob id potissimum exuperatia illa oritur, quod materia ipsa, quæ emitti solet, ſupprimatur, scarificatione vitimur.

cap. 11.

Atque in lib. de curan. rat. per fang. miff. Gal. dixit crurum scarificationem solis albidiioribus corporibus, exilioribus venis, atque tenuiori fanguine præditis conducere, minimeq[ue] nigriores latiores venas ac fanguinem crassiorem præferentibus. Ibidemque non omnem fanguinem scarificationem hanc vacuare, sed solummodo tenuorem. Hęc ei scarificationi illi obijcent. ALPIS. Ab Aegyptijs igitur nos diſtentire, atque abſcedere hęc hortantur; Quod tamen faciendum nō puto, quando ipſorum veriorem ſententiam patauerim. Ne que ipſi carent rationibus, quibus scarificationem hanc probè tecantur, atque ab illorum machinis uarijs oppugnata in defendant. Superius a nobis demonstratum est scarificationem hanc maiorem fanguinis copiam vacuare, quam cucurbitulis, neque immerito, cum illa fanguis calenti aqua dulci educatur, quæ cutem laxat, fanguinem attenuat, atque attrahit: &

cucur

cucurbitulæ neque sanguinem attenuent, neque cutim ac uenas relaxent, quinimo magis ex sanguine educto, in ipsius commento ac paulo post coagulato, cutim stipandi, sanguinisque fluxum sistendi non parua occasio datur. Falsumq; etiam hoc esse experientia a quoque in virtutisque remedij viu exercitato, comperitur quando plurime sanguinis libet istac prestita scarificatione facile, ut volumus educantur, quod non ita certò de cucurbitulis affirmari potest. Diuinèq; hinc Galenū docuisse in 1. lib. aphorism. pro vacuanda corporum plenitudine, crurum scarificationem proximam esse venæ lectioni, vel melius sanguinis vacuationem illa efficiam scarificatione proximam ei esse, que fit per venæ sectionem, quippe copia, vel quantitate sanguinis, que vacuantur, sunt admodum similes, ut paulo superius dictum est. Quia causa Gal. cum Apollonio, Antyllo, Oribasio, scarificationem hanc humorum exuperantiam tollere nobis prouididerunt, cœcum bitalasq; non nisi prius toto corpore vacuato. minimeq; ante totius vacuationem medicos his vti debere. in lib. enim 1. 3. meth. med. de illa <sup>ap. 5.</sup> ita scripsit: Cogimus ergo alijs sanguinem mittere, idq; aut <sup>ap. 10.</sup> venæ incisa: aut membris ijs, que lœsa non sunt, scarificatis: manu enim laborante, scarificabis crura: altero crurum male habente, reliquum. Has namq; vacuationes indicat ipsa copia, sicuti etiā succorum vitium, redundantis fucci purgationem. Atque in 1. de sanit. tuenda, idem docuisse visus est, tantundem valere scarificationem hanc, ut venæ k. &c. Atque Orib. in lib. 7. hoc identidem meminit. Cucurbitulis uero Gal. scarificatis aliter sentit, in lib. enim de curan. rat. per sang. miss. tradidit eas non esse accessendas, nisi prius totem corpus probè vacuatum sit. Quamobrem verò istud? nisi quia haec debitam ac exoptatam sanguinis copiam ut ea facit scarificatio, non evacuant. Præterea violentia etiam ipsius sanguinem attrahunt ab uniuerso corpore, ut superius dictum est. Quo motu non videntur sectionem venæ in molienda evacuatione rectè imitari, que non violentia, sed paulatim, & sensim que ac sensim fit. Quo sane modo cum crurum scarificationem vacuare sanguinem dulcis caloris balnei adiumento, paulo ante a nobis proditum est. Sed ad ea, que huic illi obiectum respondere consentaneum est, atque ad id, quod in primis afferunt, quippe illam non cuiuscumq; humoris, vel sanguinis exuperantiam tollere posse, sed tantum sanguinis tenuioris, idq; ex Galeno <sup>in</sup>

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

cap. 12. in lib. de curan. rat. ubi dixit, in corporibus crassiori sanguine exsū  
 perantibus magis praestare venę sectionem, quam crurum scarifi-  
 cationem. At h̄i, qui ex hoc loco oppugnationem aggressi sunt,  
 non recte videtur Galeni mentem affectuti, quando ipse non ne-  
 garit, per hanc scarificationem non posse in mulieribus, quibus  
 multitudine purgationes suppressae sint, etiam crassum sanguinem va-  
 cuari, quod fieri utiq; posse non uidetur a ratione remotum, quan-  
 de calido balneo sanguis crassus utique attenuari queat, quod ab  
 Autecina etiam in lib. . . proditum est. Sed affirmarie in huic  
 sanguinis redundantia, vacuationem commodius fieri per uenæ  
 sektionem posse, quam per scarificationem, atque iecirco illam  
 scarificationi praestare, veluti neque negat ibid. in uenæ sektione  
 posse utique remiorem sanguinem vacuari, sed cōmodius quam  
 per uenæ sektionem in scarificatione vacuari posse, dixit enim: Porro  
 ,,, que ex n. uulcribus albidiores sunt, sanguinem acutuare tenuem  
 ,,, solene: quo circā adhibitis malleolorum scarificationibus maxi-  
 ,,, me innuantur. At quæ nigriores sunt, secunda uena curator & paulo  
 ,,, post: Carnosis uero & candidis parvę insunt uenę, quibus mal-  
 ,,, leolus scarificare quam uenam secare præstiterit, quippè cum hę  
 ,,, parvas in cruribus uenas habeant: itaque etiam si probè secentur,  
 quod iustum tamen sit, non profuat. Hic enim Gal. sibi propo-  
 fuerat tollendam esse sanguinis plenitudinem, ex suppressis men-  
 fibus in mulieribus ortam, pro qua missione sanguinis copiosam  
 uilem supponens, atque ideo fore moliendam a uenis crurum so-  
 luum modo, ut simul & simel plenitudinem vacuando, membribus na-  
 turalem etiam motum reddat. considerabat an scarificatis à cru-  
 ribus, uel à crurum perfectis uenis melius esset eam moliri, ita, vt  
 ea vacuanda sanguinis copia commodius uel uno, vel altero mo-  
 do educeretur, proinde in cruribus amplioribus venis refertis, at-  
 que in crassiori sanguine redundantibus etiam tutò per aliquam  
 crurum secundam uenam, facileq; educi posse, & in ijs, quibus uenę  
 crurum sunt parvę, sanguisque est tenuior non nisi scarificatis cru-  
 ribus, quoniam & difficultime hę cum parvę sint, secari possunt, at-  
 que ab una etiam exsēcta, minime postulata sanguinis copia  
 vacuatur. Iecirco plurimas in cruribus scarificandas iure censuit.  
 Quia in re interim uenam secundam præfert scarificationi, atque inter-  
 rim hanc uenę sektioni. Neque ex his colligi potest, scarifica-  
 tionem hanc non posse sanguinem crassorem vacuare, quoniam su-  
 raruna

rārum uenę non in p[er] recte existunt, ut in alijs partibus corporis certantur, sed ea scarificationē profundiū facta, venarum crassiōes ramis, cantur, calidiq[ue], aquæ dulcis balnei et afflītis sanguinis absque dubio attenuantur, ipsaq[ue] fluxilis redditur. & afferentibus scarificationem hanc non esse idoneum instrumentum ad vacuandū crassiōem sanguinem, è contra dicemus, nos quoque eodem modo se habere venam scētam ad tenuiorem sanguinem, in exilibus venis contentum ducendum; nam vt dicebat Gal. etiam ab ea re-  
 & scēta eius iusta copia non diffinet. mirumque hinc non est, si Galenus in albidiōibus corporibus sectioni venae scarificationē preferat, atq[ue] in mīgorib[us], ampliorib[us]q[ue] venis a natura donatis venae sectionem. Ex suppressione verò mensium exortate plenitudini hanc scarificationem maxime conducere certum est, ut à uiro excellentissimo ex multorum sententia proditum est, atque etiam non minus id Galenum in lib. de Hirud. reuuls. scarif. nos docuit, sed quod ub id plenitudinem tantum, a nuper dicta suppressione mensūruarum purgationum effectam ipsa tollat, minimeq[ue], alias ab alijs causis ortam, falsum planè ex Galeni mente existit, etenim ipse non absoluere in superadicione eius libro tradidit, hoc tolli plenitudinem ex suppressionis purgationibus utri ortam, sed tali plenitudini praecipue conducere, quodex ciuiis verbis planè manifestum videtur. Neq[ue] id iniuria, cum hæc scarificatio præter quām quod euacuat, etiam reuocare interceptos mensēs soleat, quinimo in lib. de curan. rat. per sang. missad reuocandos mensēs præsentaneā esse scarificationem illam statuit. Verum siquidem est, hanc præter vacuationem sanguinis, quam præstat, etiam ad inferas partes sanguinem trahere: quod ex Galeni supra recitatis verbis planè constat; qua hæc existunt: Neque enim prof. & d[icit] prologanda in his vacuatio est, non tamen necesse est illis venam incindere: Quippe cum mallocolorum scarifications superfluitati, quandoq[ue] euanda satis esse queant, quæ & alioq[ue] hoc etiam habent, quod mensium vacuationem cire possunt, sicut etiam in malleolis ac poplitibus incisæ venæ. Quamobrem ex Galeni sententia potest isthac malleolorum scarificatione non modo nuper dictam humoris redundantiam tollere, sed quascunq[ue] alias, quas venæ sectionem abigere sciunt. Quod quidem ex verbis eiusdem Galeni in lib. de tuenda sanitate alijs etiam recte cognoscitur: Nam ipse scripsit: Nam si cum sanguinis copia, aut vena incidenda, aut ali-  
ep. 4.  
 M quid,

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

quid, quod tantundem valet, agendum. Sanè tantundem possunt  
hęc, quibus hemorroides sunt retentae si has aperueris, si mu-  
lieri menstrua conficerendo cessauit: hanc si prouoces: si horum  
nihil est, malleos scalpello incidis. Quam scarificationem ple-  
nitudinem quocumq; modo obertam tollere posse Gal. ut nuper  
dictum est, multis prodidit in locis, quę iam à nobis anteū communis  
sunt, in quibus ait, hanc ad minuendam sanguinis exupera-  
tiam proxime accedere ad vnḡ fēctionem: neque ut de cucurbi-  
talis sp̄e ab ipso dictum est, ipsa. egere alia vacuatione, vel post  
totius corporis factum evacuationem esse administrādam uoluit,  
ex quibus quanto in errore versentur cucurbitales scarificatas ue-  
ne fēctionis vicinas facientes, satis cuiq; manifestum erit, cum has  
semper post vacuationem totius locum habere ipse in lib. de cur.  
rat. per lang. mis. aperte prodiderit. Gvrland. Ita probè aduen-  
fus scarificationis calumniatores rationib; se exsifti, ut non  
difficile sit, me in tuam venisse sententiam. Hoc tamen verum est,  
perpetuo huius scarificationis proprium cīlē, simul vacuando ad  
eruas etiam attrahere, quod certè ab ea separari non potest, ne-  
quic enim hac scarificatio sanguinem vacuare, & ad inferas partes  
ē supermis exinde euocatum etiam non attrahere. non semper ve-  
ro illa attractione est opus, arque ut paucis rem nunc colligam,  
in malleorum hanc appellatam scarificationem evacuans est, re-  
uuisorium, arque etiam simplex reuuisorium, ubi scilicet non mal-  
lus ea sanguis vacuatur, vacuatorium atque reuuisorium simul,  
vbi plurimus. A. P. I. S. Verum predicas, sed quid quoq; mali est,  
scarificatione hac evacuando etiam à nobiliaribus partibus, ad  
ignobiliores humorē auellere, p̄fertimq; in febribus puridis,  
malignis, pestileibus, in quibus plerumque superiora membra  
noxijs succis infestantur, caputē, posticum, vigilij assiduis, diu-  
tornis somnis, delirij, & doloribus, quibus quanti adiumenti auxi-  
lium saturum sit, quod plenitudinem vacuando similitud: erura  
partes ignobiles etiam attrahat veneficos succos, alijs iudicandum  
libenter relinquo. Quinimo tantq; esse in his morbis tollendis,  
vilitaris iudico, ut omnia ad id pristinaria celeberrimum sic  
remedium, quando ipsum cum evacuet exuperantiam humorum,  
tum à supermis nobilibusq; partibus ad internas ignobilesq; no-  
xios humorū attrahat. Hunc admirari Oribasium tantum medi-  
cum non debemus, qui ex scripto ex adibita scarificatione, ut à  
peſtē,

peste, quā uexabatur, periculum existaret, fanguinis uacuati onerū pertentasse, hocque auxilio multos alios à peste vexatos liberasse, cum illo plenitudinem demississet atque ad crura ueneficam humorem attrahendo sine corporis multa commotione, viscera ab infestatione humoris liberaret. Recitissimèq; hac ratione arbitror tunc Aegyptios se gerere, qui ad eorum, qui peste infecti sunt curationem, a scarificatis cruribus plurimum sanguinem mittere conseruerint. Sed tempus est, ut priusquam ad alia transcamus, in hac scarificatione constituenda, modum prius obseruemus, quo crura Aegyptij scarificant, atque quomodo sanguinem demunt. Quod nihil aliud erit, quam modum ab ijs crura scarificandi disce-  
re. GVELAND. Probè: idq; ut facias, tempus ipsum suadet.

*Quomodo Aegyptij crurum scarificationem exer-  
ceant, atq; administrent. Cap. VIII.*

A L P I N V S.

**A**Egyptii à cruribus scarificatis sanguinem mittere volentes, in primis suras multum perfricant, paululumq; retrauant, &c mos in uas aqua dulci calida plenum collocant, easq; multum ac sèpius calenti ea aqua irrorantes, manibus, atque arundine modice percutiunt, quas perfricatas per traçatasq; ac ita verberatas, calidæq; aqua incalcatas sub poplite aitq; zonula coriacea ligant, atque à ligatura etiam calida aqua sèpe eas calefacientes, manibusq; ac arundinibus frustro rursum sèpe ac ualide totam suram verberantes, eam tandem summo rubore afficiunt, quo valde adauicto, partem non parum exinde obstupefa-  
ciant, ne ex scarificationibus egroti preualidum dolorem tunc sentiant. Alterius cruris itaque primo suram rubore multo suffusam ac affectam, non minusq; cum magnitudinem adeptam, tum ferè obstupefactam usque ad medietatem à malleolo incipiendo summam usque eminentiam, vel crassitatem multis longis ac pro-  
fundis incisionibus, & equalibus interstitijs ordinatim per musculo-  
rum longitudinem non ~~suram~~ <sup>suram</sup>, idest, per percussionses, sed ~~suram~~ <sup>suram</sup>, idest, per tractum cultro factis, scarificant, ab illisq; scarificationibus sicut sanguinem exire aquæ calentis, qua creberrime

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

surę irrorantur, & asperguntur, adiumento, cum vero volentibus scarificare suram inferne trahentes valide distendunt, ut cutis eom modius scarificari queat, aliquando etiam difficulter ac in modica quantitate manantem sanguinem adjuvant manibus, arbandine, sape eas veberantes, sanguinisq; copiam metuuntur expendentes, obseruata scilicet aquæ eruentaræ copia, ut nostri etiam in sectionibus venarum pedis facere solent, vel accuratius sequajibus temporeis interuallis dorso cultri egrediunt, atque conseruentum sanguinem abalergentes à sura scarificante, itaq; sanguinis in cibis abstegere, re virtutem sanguinis obseruant. Quia quidem ratione copiam educti sanguinis rectissime ipsi coniungunt. Interea alij ambas suras scarificant, atque ab ijs sanguinem mittunt, & alij ex uno tantum erunt, vbi partem quampliam particularem respiciunt, vbi uero siue aliquip plerumque pro facienda sanguinis vacuatione, absque aliquius usus scarificatio sibi resuenda esunt, & ipse dicit, semper ex ueroque eritur scarificato sanguinis vacuationem comparant, vbi uero vel ex febre, vel ex alia parte inflammata, aut quopdam dolore eructata, vacuanis in sibi resuellere volunt, ab uno certe solum sanguinem ducere student. Numerus vero scarificationum, atque magnitudo apud variis medicos varia etiam constituitur. Siquidem alij usq; quadragesim faciunt, alij viginti, alij plures, alij pauciores. Plerumque vero in viris etiam per se etiam agentibus circiter triginta inflicant, atque in pueris cieciter viginti. Qui plures faciunt, eas minores, & qui paucas maiores infligere solent. Sunt uero qui in peste indigunt tres, aut ad summum quinque in suris non dicunt scarifications, sed magis a vulnera, quae sahena quatuor digitorum latitudine per suram exceduntur, cumq; ab evacuata sanguinis defiderata copia, spuma, risque dum à febribus immunes evaferint, adserunt, illisq; quotidie medicamentis attrahentibus inedentes, succos veneficos exinde vacuare conantur. Auxilium in ijs morbis summe efficacie, sed adiudicatum barbarum expertum est. Incipiunt vero scarificationes ab inferiore parte, vbi tendones muscularum desierint, quippe in principio unalleoli se extendent, usque ad eritis maiorem crassitatem, que paulo supra surarum mediterritem terminat. Incisionesq; ut etiam dixi, ordinatas, sequajibus spacijs interstinctas, atque cultri tractu, surę infligunt. Hicq; est modus, quo eritis surarum scarificationes Aegyptij moluntur. **G V I T A N D.** Habeo tibi multam gratiam, qui ita elarem modum,

modum, quo cura Aegyptij ad millionem sanguinis scarificans,  
edocueris: Is autem non videtur diuersus ab eo, quo prisci medici  
olim vrebantur. Quod ex Antyllo facile coniici potest, qui ita  
(referente Oribasio; de hac scarificatione olim scribebat; Et sanè  
pars, quæ scarificari debet, prius si fieri potest laudata est: fin mi-  
nus aqua tepida, quo usq; ue rubefiat est perfundenda, aut spongijs  
fouenda, aut soli ignive exponenda, ac postea scarificanda. & pau-  
lo post: Magnitudine porrò inter se se sint equeales incisiones, &  
quæ inter eas sunt interualla, inter se se equealia sint: Scarificatio-  
nisque initium ab infernis partibus sumatur: ita enim sanguis  
ad superficiarias partes decurrens, eam, quæ scarificari deinceps  
debébit, non obcurabit. Incisionum situs per equeales inter se  
ordinis fiat. Scarificatio autem non ~~est~~ <sup>est</sup> ~~supra~~ id est, per per-  
cussiones, sed ~~est~~ <sup>est</sup> ~~supra~~ id est per tractum est facienda, hoc enim  
pauci cetera dolorem fiet. Numerum, magnitudinem, scarificatio-  
num, atque legaturam, vt quod cuique suis temporibus sit notissi-  
mum, omiferunt: devapulatione vero vel percussione sura scarifi-  
cande, quæ apud illos populos aruadine fit, quod & apud Hispanos pro hac facienda scarificatione ad unguem obseruari Amatus  
Lusitanus in suis Centurijs tradidit, nihil meminincrunt, quam cum  
ad trahendum sanguinem, tum ad stuporem parti scarificandæ ob-  
duecendum, inuentam Aegyptios fateri audio: de magnitudine uero  
illarum scarificationum quod ex te relatam est verissimum iudicio,  
quippè eas esse longas, ac profundas, longas quidem dñiti  
crassie, & profundas vsque quo etiam carnē attingant, ac feriant,  
parue enim, quæ communiter apud plerosque medicorum in epi-  
dermidem uel ad summum ad cutem, quam nec perforant quidē,  
peruenient, paucissimam evacuationem præstant. Quod ex Galeno  
confirmari videtur, in lib. 3. ad Glauc. ita scribente: Tentau-  
autem sepius plurimas, & valde tenues in superficie scarificatio-  
nes: contrario autem his modo alias profundiores magnas: &  
tertias, quæ medium tenebant in longitudine, ac profunditate. Qæ  
igitur in superficie siebant debile auxilium afferebant; quæ uero  
longe erant, ac profundæ, plurimum quidem sanguinis exhaustie-  
bant, adeo, vt ferè animi defectum afferrent: Rursus uero ipse pro-  
priam curationem ueluti vulnera exigebant. Hincque mirari nō  
debemus, si illi medici cruribus eo modo scarificatis quantum uo-  
lunt sanguinis detrahunt, cum ipsi longis, ac profundis utantur

ep. 7.

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

scarificationibus. ALPIN. Longas ac profundas crurum esse scarificationes, quas ipsis pro vacuatione infidere solent, verissimum est. Vacuato sanguine, atque recte cruribus abstensis, manum volis oleo sefamino, vel sepo inunctis per longum, valide supra scarificationes inferne manum trahendo comprimunt, ut vulnerum labra probè uniantur, mox gossypio undiq; aptato, artè linea fascia rotum scarificatum crus ligant, indeq; post tres dies ligaturam soluant, eminias; abigunt. GYLARO. Insigni dolore dum scarificantur homines affligi debet, cum hæc scarificatio non nisi multis ac profundis incisionibus conficiatur. Dusum atque perdifficillimum erit, hic ob doloris timorem istuc auxilium invium reuocari. ALPIN. Suras, dum ex scarificantur, dolere dubium non est, sed praualido dolore, ut putas, atrociter uexari nequam uerum est. Nam dolor multus esse non potest, tum, ut dixerat Antyllus, quia scarificatio tractu fit, tum maxime quod priusquam crura scarificentur, & aquæ calidæ perfusionibus, & creibris factis in illam uspulationibus, ac arundine percussionibus, stupescit, sensuque illo insigni destitutus. Testes multi mihi esse poterunt multos parcos, quibus sanguinem eo modo vaquare curauimus, dum scarificantur, illos vel paruos ploratus edidisse. Hoc unum priusquam hinc abeam, monere uolsi, quippè crura scarificate arctissime, ac omni sedulitate devincienda esse, ut incisiones statim recte coalescant, & sanentur. Alter enim nisi summa diligentia simul vniuentur, & scarificationes periculum esset, ne ergo grossus, cui per hunc modum missus fuerit sanguis, citius à morbo sanetur, quam ex scarificationes coalescent, atque pristinę unionem restituuntur.



M 4 In

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

*In quibus morbis usus crurum scarificationis, apud  
Aegyptos frequenter, atque in quibus  
corporibus. Cap. IX.*

### G V I L A N D I N V S.

 **E**TTIUS ad hanc scarificationem pro tollenda sanguinis plenitudo, veluti ad sacrum quoddam auxilium recurrere ex te audiō, praeferimq; in ægrotis pueris eunuchis, atque in alijs pinguioribus hominibus. Præcipuos vero morbos, qui illa vacuazione innuantur, te mihi referre cupio expectoq; nunc vt de his loquaris. **ALIIS.** In omnibus febribus puridis in principijs vberiorem sanguinem hac via demunt. In puerisq; nullum remedium apud eos est, eo visitatius, atque magis expertum, vt paulo post dicam. Huius itaque prædictij usus frequentissimus est, ad omnes putridas fibres, quibus sanguinis per venam secundam conuenienter evacuatio, quandoquidem vires præ debilitate minime pariuntur, potissimumq; in concrenis, acutis, malignis, atque pestiferis. Hoc enim auxilium parum vires labefactando maximam ægrotis adfert utilitatem, quoniam simul evacuando, plenitudinem à nobilibus partibus, ad ignobiles noxios humores auellit, caputq; ex hac scarificatione maxime iuuant, ita, vt nō facile sit vel in vehementes, assiduosq; dolores, vel diutinas vigilias, vel deliria, vel phrenitides vel in alia symptomatibus ab eius huiusmodi vacuacione ipsum incidere, neque eo modo vacuatis, ita facile hypochondria tenduntur ac inflammantur, neque ita sunt obnoxij inquietudinibus, cordisq; angoribus, respirandi difficultatibus, alijsq; viscerum laxionibus, que in febribus acutis, malignis, pestiferisque. Mirifice igitur in his febribus id auxilij prodest, quando liberet internas partes noxios succos ad crura trahendo. Quid queris? noxiū humorem à nobilibus partibus, ad ignobiles protrudere, motus est similis ei, quem sepe naturam critice facere obseruamus, dum à visceribus distracti humores ad partes ignobiles, perpetuo etenim ipsa non potest humores vel confundere resoluendo per hanc, vel foras ieiunare, interim sat ei est, humorem à visceribus ad quasdam ignobiles partes detinendere, veluti ijs compingit, quibus post longas

longas febres tumores in cute sunt. In omnibus vero internis, inflammationibus frequentissima ac tutissima istae scarificatio est. Ceteris anni temporibus puerorum multitudo epidemice glandularum fauciūm et inflammationibus uexatur, pro quo expellendo malo in omnibus poenis, infantibusque etiam istuc auxilij genus exercent. et si infantibus multi huius vice aures, ut superius dictum est, scarificantur. In peste ad hanc sanguinis vacuacionem tanquam ad sacrum, & diuinum auxilium configunt, neque inmerito, cum, ut nuperime dictum est, hac scarificatione rum plenitudo minuatur, tum ad ignobiles partes a nobilibus noxijs humores attrahantur. Quare quid dicam, de frequentissimo usu hujus scarificationis, quæ tribus uel ad summum quinque scarificationibus, longis tamen ac profundis, speciem vulnerum per se ferentibus in peste administratur, quæcumque non solum in principio copiam sanguinis tollit, sed toto morbi tempore cum hæc apertæ referuentur, perpetuo noxios sucos ad eam partem accedit, atque vacuat, quod in curanda peste nihil utilius, desiderabiliusque esse putarim? **G Y R A N S.** Remedium pre dolore barbarum, si que forte ab hinc abhorrendum neque iniuria, tamen in peste ipsum laudandum censeo, quando ipso venenum à visceribus evanescat, ad ignobiles partes, atque per eas perpetuo evacuetur. Quamadmodum illi, qui in peste, pestiferisque febribus vesicantibus uti consueverunt, ut excrementa per eas partes ulceratas effluent, ita non esset improbanda illarum scarificationum vel melius vulnerum evacuatio. Sed perge dicere in quibus corporibus transur hac crurum scarificatione. **ALPS.** Vnum huiusc scarificationis enarrant corporum etas, sexus, habitus, atque temperies. Actas enim huic auxilio accommodata est infancia, puertia, iuuentus, atque etas senilis. Infantes uix annum nati ad hoc auxilium abijs admittuntur: usque adeo pueris familiaris est, crurum scarificatio, ut mulieres, pueros a ploratu firmare uolentes, eos deterrant, dicentes se uelle accersire scarificatorem, quem illi Mezalm appellant. Quo auditu pueri subito silent. Eo autem auxilio medici non nisi in pueris magno morbo correptis uti deberent, quia eorum pregnollia, humida, ac summa calida corpora non sunt ita temere vacuanda, quando ipsa suapte natura sine ex se continue vacuentur. Quæ noxam etiæ non citè, tamen post longum tempus sentiunt. Hinc plerosque illius gentis crura ac pedes habere

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

re imbecillos existimo, in plerisque enim crura edematosa, ac male affecta spetulantur, non immixtò cum Aegyptij ex quacumque causa, minimeque semper ex magnorum morborum occasione, in pueris per hanc conficiam scarificationem largius sanguinem mattere consuecant. In iuuenibus etiam atque senibus scarificationem hanc exercere cernuntur, iure id quidem, cum in illis corporibus ob redundantiam sanguinis tenuioris, atque ob virili debilitatem ex Gal. hic modus euacuationis sit opportunissimus.

cap. 11.  
in lib. enim de cur. rat. per sang. miss. ait corporibus tenuiori sanguine redundantibus magis praeflare hanc scarificationem, quam sectionem venæ, qua tenuioris sanguinis redundantia, cum in pueris iuuenibus, tum senibus obseruantur, et si horum sanguis frigidior sit, atque illorum calidior. In his etiam singulari atatibus vi-

rum lapsus pertimescitur, in pueris, & iuuenibus ex multa qua in ijs sponte fit vacuatio, cum Galeno in lib. 9. meth. med. docente eorum corporum substantia omnium facililime digeratur, atque resoluntur, quia est omnium humidissima. In senibus vero uires per se imbecillas esse nemo ignorat. Quamobrem in ipsis mixtò scarificatione hac potius quam venæ sectione videntur, qua corpora admodum resolui, & debilitari Gal. in lib. de hirud. result. testatum reliquit. Promptam etiam habent hanc scarificationem in varijs temperamentis, in calidis scilicet, atque humidis, in frigidis & humidis. In siccis vero eam abhorrent. Eodem modo pro ea feligunt corpora pinguis, molles, & laxa, mulieresq; atque eunuchos exinde ea scarificatione vacuare solent. G V I L A N D. Recit facit cum omnia hac corpora sanguine tenuiori scanteant, qui facililime, ut docebat Gal. paulo supra citato loco, huiusmodi scarificatione vacuatur, quoniam ea corpora minimas venas habent, quas etiam si quis recte fecerit, Galeno docente, iusta sanguinis copia non proflebit. Itaque calidi & humidi, & frigidi ac humidii recte ea via vacuantur, atque quam per uenæ sectionem magis tuti, quando utraque corpora sanguine tenuiori exuperent, qui facile per scarificationem vacuatur: ijs adduntur pinguis ac molles, ut eunuchi, atque mulieres multæ, quae omnia sanguine tenuiori prædicta sunt. Calida vero & humida, mollesq; corpora facile ex quacumque vacuazione resoluntur, eaque causa non tolerant per uenæ sectionem praefitam evacuationem, quoniam nimium ab ea debilitantur, ob idque recte Aegyptios se gerere arbit-

arbitror in his corporibus, dum vsum scarificationis uenæ sectioni præponunt. frigida vero & hpmida, qualia sunt mulierum multarum, eunuchorum, & senum si vacuanda sunt, non nisi hac via, ne immodeice refrigerentur docuit Gal. in lib. de hirud. uenæ sectione corpora multum refrigerari. In siccis utero vel calidis vel frigidis, quando utraque crassiori sanguine abundare solent, iocircus per scarificationem non recte vacuabuntur, vt dicebat Gal.  
 his uerbis: Porro que ex mulieribus albiores sunt, sanguinem <sup>in lib. de curat. p. facie. et. 11</sup> aceruare tenuem solent, quo circu adhibitis malleolorum scarificatiōnibus maxime iuantur, ut que nigriores sunt, secta uena curato. Crassorem enim sanguinem ac magis melancholicum colligunt, magis verò etiam si magnas habere venas apparetant, quod illis accidit, que graciliores sunt ac nigriores. Carnosis verò & candidis parue infint uenæ, quibus malleolos scarifice, quam venam secare præstiterit. Sed his finem nunc imponamus, cum de ipsis sat superē dictum a nobis fuerit. Verum vnu habeo in hac scarificatione apud me valde dubium, de parte scilicet ex Galeni mente scarificanda, deq[ue] ea quām huiusc temporis medici Aegyptij promissione sanguinis scarificant. Alioquin Nescio quid in ipso amplius dubij habere possis, cum in ea, tum iuxta Aegyptiorum usum, tum Galeni sententiam literis proditam manifestissimum videatur, suras esse scarificandas. Sed ne tibi graue sit, hoc dubium clarius proferre, vt solutionem meditari possumus, cui nobis sit acquiescendum.

*An crurum scarificatio in sura, ut Aegyptij faciunt,  
vel potius in malleolo, ut Gal. docuit, sit  
facienda. Cap. X.*

## G V I L A N D I N V S.



VITIMO ex Galeno hac dubij occasio ortuū habere videtur, quando ipse crurum scarificationem particulatim dicit, malleorum, esse, sine in malleolis fieri. Et Aegyptij in sura parte cruris camofiori Gastrocnomia Græcis, vt Russus Ephesus tradidit, appellata, eam moliantur. Ex quibus illam crurum a Galeno celebratam scarificationem, ab eo, quam medici

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

medici illi frequentant, planè diuersam esse non immixtò à multis videri potest. Quando sura atque malleolus pars eadem cruris non sit, sura etenim, quamquam etiam de ossē dicatur, cruris posteriore, est uenter cruris sive carnoſa pars, inter poplitem atq; malleolum media: malleolus vero ut Gal. habet in lib. de ſect. uenarum eft iuxta proceſſus tibiarum, atulo incipiens in furamque definens. Crurisq; he partes existunt, quarum ex ſitu, atque diuſione facile ſurz atque malleoli differentia maniſta eft. Ex Galeno cruris ſcarificatione in malleolo faciendam eſſe probè ex ipſius verbiſ, uarijs multisq; in locis maniſtum fit. In lib. etenim 2. aphor. dixit uenæ ſectionē preeftitæ vacuationi proximam eſſe, quæ fit per malleolorum ſcarificationē. idemq; in lib. de curandi rat. per ſang. mil. & in 4. de ſunis. tuenda. tettatum reliquit. Quare hinc iure dubitare poſſumus crurum ab Aegyptijs frequetatem ſcarificationem, non eſſe illam, qua antiqui preclariffimi illi medici utrebantur. Neque aliquis in malam Galeni uerborum versionem cauſam refere poterit, cum ipſe partem cruris ſcarificandam nomine hoe quippe οὐνα significauerit. Quod ex Greca lectione commentarij lib. 2. aph. qui omnium lo corum p̄cipuum eft, patebit, ibi etenim hunc in modum ſcripit: εἰναι δὲ περὶ της αὐτῆς οὐνας ἀπὸ τοῦ περιπλανηταρίου λόγου παρέδει τὸν τετράγωνον οὐναντόν τοις τετράγωνοις τοῖς τετράγωνοις. Per οὐνα autem omnem intelligent innum tibiarum proceſſum, quam partem Latini malleolum vocanere. ALPIN. Docta fane ac diligens dubitatio uideatur, non tamen que poſſit, aut debeat aliquo pacto uifum ſcarificationis apud Aegyptios vifitate dirimere, vel damnare. Quod fane ſi etiam eſſet, ego pochus qam Galeno errare vellem quam cum Aegyptijs, ſi alia cruris in parte a ſura diuersa, ſcarificatione faciendam intelligerem. Ille enim in comm. 2. lib. aphorism. ait vacuationem malleolorum ſcarificatione factum proximam ei eſſe, quæ fit per uenæ ſectionem. & in 4.-de ſanis. tuen. hanc in uacuanda plenitudine tantundem ualere, ut uenæ ſectione. Atque in libro de curat. per ſang. mil. enidē pro uenæ ſectione ad minuendam plenitudinem in mulierum corporibus albidiioribus laudat. Que res quo pacto uera erit, ſi malleoli ſcarificabuntur? cum ab ijs languidis pauciflma quantitas educi poſſe, etiam ſi profundius inciſiones infligerentur, cum ea pars excarnis, atque exanguis ſit, ncruis ac tendonibus tantum reſerfa. ex quo illiusſec partiſ ſcarificatione

cap. 2.

aph. 17.

cap. 18.

cap. 19.

cap. 20.

aph. 17.

aph. 4.

cap. 11.

cap. 12.


\*

catio cum summe dolorosa erit, tum periculo scarificata minime carabit. Quam obrem huiusc partis scarificatio ad revellendum preflans erit remedium, ad evacuationem vero nequam, cum ex ea paucissimus sanguis mitti, vel educi possit. Quo pacto igitur vacuationi per venæ sectionem absoluta, qua copiosus sanguis promanare potest, proxima erit? Dicit evacuationum omnium eam esse exquisitissimam, quæ sit per venæ sectionem, huicque proximam esse, quæ per malleolorum operatur scarificationem, quomodo autem erit proxima, siilla sanguis paucissimus promanat, & vacatio omnis quantitatem fanguinis respicit, veluti purgatio qualitatem. Nullo profecto pacto esse poterit proxima, cù non habeat, quod in vacuatione obseruer, scilicet copiam sanguinis, quæ vacuatur cum vena facta copiosissima, atque malleolo scarificato paucissima. Certe nullo pacto verum esse potest, Galenum per malleolum intellectissime extreminā et uris partem ossibus, tendonibus, nervisque tantum refertam, omninoque ex carne. Nāque eius mentem fuisse arbitror, vacuationem ex cruribus faciendam, postquam meminit, ipsum velle medicos debere partem cruris ad vacuationem aptam feligere, ex qua queant desideratam copiam sanguinis educere, quæ utique neque poples, neque malleoli erit, cum haec partes tendinose ac siccæ exangues sint, & ad scarificandum ridicolæ, necessario igitur erit affrere ipsum suram, sine ventrem cruris, carnosam, ac multis venis repletam, intellectissimam. Quod verisimile videtur, cum plerisque in locis à cruribus scarificatis fore molliendam sanguinis vacuationem docuerit, neque immunitò, cum crux ex triplici parte constet, scilicet, poplite, sura, & malleolo, non extremis, sed potius medio significetur, nam si cuipiam crux ossilendere voluerimus, non poplitem, vel malleolum, quæ sunt eius extrema ei detegemus, sed magis suram. Crura vero fore scarificanda pro mollienda vniuersi corporis vacuatione, ex Galeni locis plerisque constare facile hinc cognoscemus. Is siquidem in lib. 13. meth. med. a. it: Manu enim laborante scarificabis  
 1. crura. Et in lib. de Hirudinibus: Quemadmodum sanguinis per-  
 2. fusionibus suppressis (quas haemorrhoidas Græci vocant) crura  
 3. ipsa lora quidem prius, vel spongia calido fomento adhibito sca-  
 4. rificantur, & paulo post: à cruribus rivotè sanguis ducendus, in  
 5. pluribus etiam alijs locis licet legere apud ipsum crurum scarifi-  
 6. cationem. Cui sententia addicti quoquevisi sunt, Angillus, Ori-  
 7. balius,

cap. 5.  
et c. de  
Gardina-  
done.

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

basius, qui omnes crurum scarificationem nominarunt. Apollonius vero rem apertius significasse videtur, cum hec scripsit: ple-  
cap. 18.  
 thoram autem commoderatam, que aliquid malefactura sit, ac  
 iam euerionem in morbosum statum attingat, ribis, scarificario-  
 nibus utrara, innoxiamq; totam quam uolumus sanguinis illiga-  
 tionem reddiderit, cetera validam totius molis commotionem, sol-  
 uit. GYLAND. Tux sententie me quoque addictum habes, sed  
 cur aliquando Gal. partem scarificandam particulatum edocens,  
 dixerit, cik malleolumq; ut ex Greco etiam nomine, & planè co-  
 gnitum est. ALPIN. Aliqui ex Aegyptijs respondent, Galenum  
 scarificandam partem uocasse malleolum, quoniam ea pars, quam  
 nostrifuram appellant, proprio nomine vittato carebat, licet ali-  
 qui eam appellarent, apud omnemstamen illud nomen  
 non erat ultraquam vel cognitum, ob idq; nomine malleoli, que est  
 scarificande parti pars proximior, partem scarificationibus ve-  
 xandam indicavit. Surę uero nomen ei non proprie conuenire  
 aiunt, cum proprie illo nomine os cruris posterius, & non muscu-  
 lum illum, ventem etiam à quibusdam cru-  
 ris nuncupatam. Alij uero melius respon-  
 dere putantes, scindunt, vel dividunt crus  
 in tres partes, scilicet in malleolum, suram,  
 & poplitem. Malleolumq; cruris partem  
 esse aiunt à pede incipientem, quæ ad cruris  
 partem crassiorem<sup>1</sup>, carnosoremq; ele-  
 uatioremq; definit. Suramq; esse crassi-  
 rem partem cruris, atque ab ipsa declinare  
 incipiente poplitem accedere, qui ad genu  
 viisque terminatur. Ex qua divisione clari-  
 stissime apparet, Aegyptios malleolum, &  
 non furam scarificare, non crassorem, atque  
 eleuatiorem, sed quæ ea minus esse crassam,  
 & carnosam superius dictum sit. Incipiant  
 enim scarificationem parum supra clauicu-  
 lam, ferè ad cruris eleuatiorem crassioremq;  
 partem eū continuantes. Quare iuxta isto-  
 rum sententiam uerè malleolum scarificat,  
 minimeq; suram, uel partem malleoli, & surę. Qui uero hanc cru-  
 ris divisionem minime laudent, falem fareri debent, Galenum vo-  
 caffe



esse malleolum, quoniam vult force tantum medicatam malleolo contiguum scarificari, ad differentiam illius, que ad popliteum peruenit, vel deum uocavit malleolum, quoniam scarificationem deorsum incipientes, ab ipso malleolo omnes illam exordiuntur. GVILARD. Rem hanc perdoce, atque diligenter haecenus es persecutus, atque ita, ut hinc dubitare amplius de cruris parte scarificanda non licet. Sed tempus est, ut ad alios usus scarificationis narrando te transferas, ut qui supersint de hac materia dicenda, hac die absoluere possumus.

*De scarificatione partium inflammatione, tumore,  
pustula, colore non naturali, insigni dolore,  
vexatarum apud Aegyptios fre-  
quentata. Cap. XI.*

G V I L A N D I N V S.

 N non illi alias partes pro alijs usibus scarificant? quan-  
do prisci medici eam ad multa alia scarificationem com-  
mendarint. ALPIVS. Itidem & ipsi pluribus alijs affec-  
tibus eurem vexatam scarificare solent. In uchem etissimis enim  
doloribus potissimum uel ex copia, uel venefica qualitate sensibili-  
les partes ledente in fluxione paululum firmata, premisa vniuer-  
fali, tum purgatione, tum vacuatione, partes dolore afflictas, vel  
proximas illis alte scarificant, multumq; sanguinis emanare sinunt.  
In singulis enim inflammationibus diu perseverantibus solent,  
partem inflamatam alte scarificare, veluti in pleuride latus do-  
lens, atque in peripneumonia peccus, dextrumq; hypochondrium  
iecore inflammationem paciente, atque liene liniflum, atque sic  
de alijs inflammatis partibus facere solent, praesertimq; in magnis  
erysipelatis, uel aliqua alia inflammata parte, ubi pertinetur ne in  
gangrenam degeneret, uel in scirrum abeat. In visu frequens  
fimo habent in podagrīis doloribus ex sanguinis defluxu obortis  
post vniuersalem vacuationem, tumefactos digitos dolentes scarifi-  
care se aenam scarificatione modico defluxi sanguinis uacuato,  
mirifice eis conductit. Eodem ipidem modo, tum in tumoribus,  
tum

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

tum in viceribus ad cicatricem; non venientibus, scarificatione  
vtuntur. Ad omnes etiam curis defedationes, maculas pustulæ  
que, idem præstare solent. Non minusq; etiam partem à scopo  
pione fauicatam, vel ab aliqua alia fera demoriam alte scarificant,  
multumq; eo modo sanguinis ab ea parte detrahunt. Ad hancig-  
tut Aegyptios etiam partis scarificatione uti obseruauit; quem  
vsum plant à nostris laudatum etiam intelligo. Sed te de ipso  
aliquid loqui deceat, vt sciamus, an ille scarificandi affectus par-  
tes vñus ex artis ratione laudari queat. G V I L A N D. Cur non  
hic vñus etiam scarificationis laudandus erit, quando respiciat par-  
tis moliendam vacuationem. Cui etenim dubium est, in omni-  
bus vel inflammationibus, vel fluxionibus, humorum ex plenitu-  
dine obortis, binas indicari vacuationes, alteram totius vñi-  
falem appellatam, atque alteram partis, in quam humor decubuit.  
Quia vacuationis distinctione in his affectionibus, quemadmodum  
in primis necessaria est totius corporis vñiversalis vacuatio, sic po-  
stea inflammatæ partis particularis, illa enim causam respicit abi-  
gendum, atque hac affectione ipsum. Nostri vero medici multi  
hunc vñus partis scilicet, inflammatæ scarificandi turò frequen-  
ti posse negant, eo maiorem defluxi sanguinis copiam in partem  
affectam ferri afferentes, ex quo non posse iuuari ægrotos au-  
mant. Quod tamen vanum esse existimo, corpore prius probè ra-  
cuso. Quidam in ijs etiam cucurbitularum vñsum Galeni lau-  
dasse certum est, quibus facilius ex præualida, quam præstant, at-  
tractione, ad lesam partem humorem copioferem deduci posse,  
atque exinde inflammationem, vel fluxionem peraugeri suspican-  
dum est. Sed de scarificationibus sat. Ad vñsum variarum  
partium infusionis, quem maxime eam gentem affectare audio,  
transfundum est. Quem te sedulo apud illos obseruasse, cereb scio,  
de ipso igitur cupio modo te frimonem facere, vel ipsum vñsum  
probé, vt reliqua fecisti narrare, quem mihi non minus veilem,  
quam reliqua ex te audita fore spero.

lib. 13.  
meth.  
cap. 17.

*De varijs partium iuunctionibus, qua selectissima se-  
creta ad varios curando morbos apud Aegy-  
ptios habentur. Cap. XII.*

## C V I L A N D I N V S.

V o i o Igitur apud eos populos variarum partium iuunctionem, non fecerunt quām olim apud antiquos medicos in usu fuerat, adhiberit tanquam praefantissimum auxilium ad multos morbos sanandos, quo d̄ remedij genus, veluti priscis saeculis notissimum ac utilissimum semper fuit, ita nunc apud nos tristis ferè omnino obsoletum, atque non sine aliquo artis medice de decoro, ac etiam non leui argotantum iactura, cum hoc praefidio multis argotis desperata sanitas miraculo quasi restituta fuerit. De hoc igitur praefidio aliqua ex usu Aegyptiorū nunc ex te scire desidero. A l . r . i . a . Homines ibi quali infinitos licet spectare, quibus ex cicatricibus multas partes iueltas fuisse certo coniicitur. Siquidem per multis capitib⁹ partes, praesertimq; sinciput, occiput, aliasq; pericranii, non minus tempora, post auræ, collum, pectus, lactea, hypochondria sub umbilicum, spinam dorſi, articulosq; vel brachiorum, vel manuum, vel crurum, vel pedum iuertos fuisse ignis relicta cicatrices facile, ac certo significat. Et ut uno verbo dicam, omnes eius regionis incolæ, iuunctionem ad multos morbos alijs remedij non cedentes pro secreto habent auxilio. C v i l a n d . In primis inurendi modum mihi narrato, atque an ipsi inurant ferro, vel auro, vel medicamento igneum facultatem obtinente, & ad quos morbos iuunctionis ille usus apud illos ita familiaris evaserit. A l p i n . Non ferro, non auro, neque alio metallo ignito ad inurendas partes illi vtuntur, neque vt aliqui utebantur, buxeis lignis, sed gossypio, & linea panno ignito iuunctionem moliri coniuerterunt. Volentesq; inurere aliquam partem corporis, sumunt lineam petiam, cubiti longitudine, latitudineq; trium digitorum, atque gossypij iustam qualitatem, quod totum linea predicta petia inuoluunt, ac filo ferico ligant ad formam piramidis, ipsiusq; latiorem extremitateq; vrendæ parti applicant, probeb⁹, cuti adhaerere student, alterumq; caput velex-

N tremum

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

tremum succentur, combariq; permittunt, quousq; fasciculus ille ex linea petia<sup>1</sup>, atque gossypio omnino cremaum sit, continuæ dum curis uritur, carnem circum circa ferro tangentes, ne ex eo calore oboriantur interea aliqua inflammatio, obscurant etiam dñ inuolucrum illud parant, vt in eius medium sit foramen, vel meatus, per quem fiat aliqua respiratio, atque euentatio. Post inunctionem in parte exulta vntatur ossium medulla, quoad eschara cadat. Hicq; est inurendi modus apud eam gentem obscuratus, ac frequentatus. Estq; non modo Aegyptijs familiaris, sed raucho magis Arabibus equiribus sub tentorijs degeneribus, atque alijs omnibus loca deserta habitantibus, qui cum alijs careant loci inopia auxilijs, inunctione mulros morbos sanant. Paucissima etenim ipsorum corpora insuenies ab igneis cicatricibus non defedata. Vsus remedij ibi est frequentissimus, ob multos genuum, aliorumque articulorum atque partium aliarum dolores antiquos, ex fridorumque humorum defluxu obortos, aut à simplici frigida intemperie, uel a flatulento spiritu aliunde elato, uel in ipsa parte genito. Doloribus igitur, ijsq; antiquis hac inunctione occurunt, qua partium omnia imbecillitatem corrigunt, contentos humores, vel fatus refolunt, articulosq; calcant, & usi de secando roborant. Hancque nostrum non est, si prospere hoc remedium in omnibus articulorum doloribus curatu difficultibus, experientur, potissimumq; in coxendico dolore multas vstitutiones non modo supra articulum, sed etiam supra scutum facientes. Et non minus in podagra & chyagra, priusquam p. des vel manus tophi inuaserint, uel geniri sint. Exurunt enim articulos, atque illis superpositas venas. in podagra, ex qua dolor occupat nodum pollicis exurunt supra ipsum inquam nodum inter pollicem, & indicem. Qua facta ipsarum partium vstitutione, per quas humor ad debiles articulos fluit, uiae angustiores redduntur, neque ita facile post humor ad articulos fluit, ex quo, neque ita facile in podagram incident. Gal. siquidem in 6.lib.aphorism. dicebat, duplice in esse causam podagricorum dolorum, alteram humoris redundantis fluxionem ad articulam, atque alteram articuli imbecillitatem, qua articulus deflexioni succumbit. Altera uero harum deficiere non posse homines simili malo corripi, a Galeno ibi proditum est. Itaque Aegyptijs inunctione, articulorum laxitatem uel debilitatem corrigit, roburque ipsis conciliant, quo ab humoribus illuc currentibus

q̄rrenēibus defendantur, minimeq; ipsi succumbant. Probatis-  
fium igitur est remedium ad quacumque partes ab humorum  
defluxione vexatas. Verum non tantum partes fluxione vexatae  
inurunt, sed illas quoque, que ipsis humores demandant.  
Atque ea ratione caput multis vtilionibus afficere solent. Ad om-  
nem etenim fluxionem vel distillationem à capite ad pectus, aut  
pulmones, vnt synctiput, verticem, occiput, ac quod est post v-  
trumque anrem, quod etiam faciunt in antiquis lippitudinibus,  
atque alijs diuturnis oculorum malis. In epylepticis non minus,  
paraliticis, apoplecticis, uertiginosis, amentibus, patientibusq;  
in capite grauitatem, stuporem, stoliditatem, atque soenos im-  
moderatos. In vehementibus doloribus ex capitē distillatione  
efficitur, oculorum, aurium, atque dentium, tempora inurunt. Pe-  
riodicos dentium dolores, commotiones atque purrefactiones  
ginguarum, ipsorumq; dentium, perfusione sanant. Quamobrē  
influxione paribus, tum humores mandibulis, tum ijs, que ipso  
præ imbecillitate recipiunt, obſtunt. Qua de causa vtiliter inu-  
runt suspicioſis à frigidis crassisq; ac lentis humoribus pulmones  
ac asperam arteriam inuadentibus, vel obſidentibus, pectus, &  
venae à malignis ex capite ad thoracem distillationibus, fanguinemq;  
etiam expuenibus, ab ijsdem humoribus aliqua vena cro-  
ſa, caput & pectus. Physicis, & ſuppuratis empys uocatis pecto-  
ris tantum partes exurunt. Dominicus à Rege quadraginta an-  
norum Cayri multos annos ab asthmatice difficultimo vexatus, à  
nullo ex inumeris ab ipso expertis auxilijs iuustus, demum ad pe-  
ctoris uſtionem Aegyptiorum modo preſtantam, ad ultimam  
ſalutis ſpem, quaſi torus consumptus ac ferè tabidus, ſibi pectus  
triplici uſtione inauit, vlceraq; diu aperta feruauit: quo auxilio  
fanatus eſt. Habentibus quoque ſteinachum frigidū humidum-  
que, & ab humorum defluſu, à flatibusq; in ultro vexatum, eo au-  
xilio ſuccurrunt. Hepar etiam ac lieuem induratum, refrigerau-  
tumque multa cum vtilitate inurunt. Et in hydrope ſub vmbili-  
co, ſub hypochondrio ſinistro. In doloribus dorſi, lumborum,  
colli, articulorumq; omnium hoc auxilium frequentant, in ſpina  
dorſi, lumbis, collo, & alijs partibus dolore cruciatis uſtionem ad-  
hibentes. In tumoribus à crudis piritofisq; humoribus obortis  
inuſtione vntur pro ſcreto. Demumq; hoc auxilium, quod  
cito multa mala ſanet, inopum proprium eſt affirmant. Hoc igi-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

fur est illorum propositum auxilium, quod multis alijs utilitatem  
in morbis antiquis preferunt, de ipsisq; illi populi non parum i-  
stantur. **GRIFFA.** Gloria hanc alijs concedant, latis q; eis  
sit tanti remedij conmodo, ac beneficio uti posse. Vbi ex te nuc  
modum auditui, quo id genus remedij faciliat, fere prae tanta il-  
lorum doctrina obstupui: Etenim quod fortasse alij paruisfacien-  
dum fore putarint, quippe ipsis inuolucrum ex linea petia cum  
glossyphio piramidali forma paratum, acutore altero eius extremo  
ignito, altero q; latiore parti vrendie applicato, ac aptato, sinen-  
tes cutem inari, non sine multa ratione ab ijs fieri existimo. Nam  
eos non ut ferro ignito, vel aliquo alio metallo, sed inuolucro ex  
glossyphio, & linea petia parato, accenso, quod ignis cum sic in ma-  
teria rarior, clementius agar, alteret, ac resoluat, mitiusque dolo-  
rem ac inflammationem cuti, dum uritur, inferat, ex quo hic in-  
vrendi vius non est apud ipsos ita horribilis, qualis est nostris.  
Ignito enim quovis metallo, iactansissimus, ac intolerabilis dolor  
excitat, qui segreros misere dilacerat, ob quem dolorem hoc  
genus remedij nostri non immixtio abhorrent. Materiam hanc  
vulsionis creditur nouisse Polybus in lib. de affectionibus, quando  
in coxendico dolore, ac podagre scripterit, vulsionem esse faciendam  
lino crudo. Censeo igitur illos rectius agere, quam nostri, qui  
ferro ignito vtuntur, dum glossyphio, atque lino ignito utentes, ut  
mitius in resolutione se gerant, neque ita partem vrendo inflam-  
ment, praesertimq; vbi nervi, tendinesq; reperiuntur, periculum si  
quidem est, ex perualido igne ne multum ledantur. Sed maius  
artificium ex vrendi modo detegi, aptantes cuti urendie alterum  
iuolueri extrellum non ignitum vel succensum, atque alterum,  
quod semicubiti longitudine a cute distat, in primis succidentes  
igniunt, quo sane modo primo illos vrendam partem, non ignire  
apparet, ut nostri ferro cauterizantes facere solent, pessimeq; mea  
quidem sententia, quando subitaneas mutationes natura recte no-  
ferat, vel etiam ab ijs non modice ledatur. Atque sensim ac sen-  
sim partem à succenso iuoluti extreli ad calorem disponi, atque  
ita calefieri, vt toto iuoluto crenato, igneque ad cutem deduc-  
catis prius calfacta, fereq; stuporem ex eo adepta, ignis incendium  
non omnino totum sentiat, neque ab eo admodum doleat, quod  
triam ignis incendium rarioris iuoluti substantię ratione, neque  
immodicum sit. Duo igitur ex huius praesidijs operatione scitu  
digna.

dignā animaducentur, quippè partem ab igne clementius inuri,  
atque ab ea haud immoderatum, qualis ex igniti ferri iustione sen-  
titur, percipi dolorem, priorem ab accende atque ignite rara sub-  
stantia, scilicet gossypij. & lini ratione fit, atque secundum, pre-  
ceptra calore ex torus involucri combustionē, quę scensim ac sen-  
sim procedit, eute calorem stuporemque adepta, non ita acute sen-  
tientia. Ex his hoc auxiliū genus facilius ægroti admittent, neque  
prę intensissimo dolore, qualcum ferro facte inunctiones inducere so-  
lent, ipsum abhorrebunt. **A L P I K.** Hac ratione ægroti facilius  
admittent iustionem non ferro, vel aliquo alio metallo, vel supra-  
dicto involuto, sed medicamente ignea vi prędicto, clam iustionem  
faciente pręstitam, quando hōc nullo, vel salem levissimo dolore  
vibratione pręstet, quo etiā remédio multi fonticulos apud nostros  
vñitatos factitiae solent. **G Y R L A N D.** Nostri appellant hec medica-  
menta caustica potestate, veluti inunctiones actu dicuntur caustica,  
qua tamen auxilia inter se non parum differre, medici omnes co-  
gnoscunt, quando ea minime urendo, roborēt partes ob ipsorum  
veneficium naturam, calorem naturalem partis exolucentia: & hec  
ipsum vivificantia, humidumq; excrementum resoluentia, multū  
vitas partes reborent. **A L P I K.** Possunt itaque Aegyptiū me-  
dici meritò tanci auxiliū cognitione non parum gloriari, q̄tariq;  
se his ſculis folios auxiliū huius vñsum, atque utilitatem pręstare  
poſſe. **G Y R L A N D.** Neque hoc verum erit, quando nequitiam  
huius remedij inuentores fuerint, vel ipſo ſoli vñſi ſint. Antiquis  
eternim ipſium probè fuisse cognitum multorum testimonij con-  
ſtar. Namq; Hippoc. de capitis vibrationib; in lib. 2. de morbis, in  
capite humoribus replete poſt totius pręstitam purgationem, ait:  
„ Crux octo capiti inuerto, duas circa aures, duas in occipitio-  
„ hinc atque ad ceruicis neruum duas, in naſo circa angulos ocu-  
„ lorum. Venę autem circa aures vrendę ſunt, donec pulsare defi-  
„ nant. Ferramentis uero cuneoli forma paratis, obliquis uenae  
perurito. & in lib. de loc. in homine eadem capitum iustiones lau-  
dat, pro capitis dolore tollendo. Et Gal. in ijs, qui morbo laterali  
ægrotant, de hoc auxilio in 7. comm. aphor. ita dixit: Quos urete  
„ confuetos effe ueteres diſcere licet ex his, que dixit Plato Comi- sph. 44.  
„ cus de Cinesia, hisſe uerbis: Poſt hec Euagorę filius Cincias ē  
„ morbo laterali aridus, puris expcrs, calamacea gerens crura, tabis  
„ nuncius, plures escharis corpus innitus, in concionem prodijt.

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

Hippoc. etiam in precipitato libro de morb. laudat. ijs. quibus pulmones sunt inflammati, vt pectus, & doctum incurrat. Ibidemq; non minus in sputo sanguinis, priusquam ad puris spuma deuentum sit, vrendum esse pectus, atque dorsum ex utroque latere memoriz prodidit. In suppurratis vero utilem quoque cibis vstitutionem in 7.lib.aph.docuit. necnon in lib.de internis aff. cibis idem confirmavit, quod etiam in 3.lib.de morb. apud ipsum legitur: prestatimque vstitutiones ad eos moebos curandos propè septum transfusum fieri oportere meminit. In hepati vero indurate, vel inflammati, ita in lib. de inter. affect. scriptum reliquit, dicens: Si uero  
,, neque sic definari, vere oportet, quum maximum factum fuerit, &  
,, maxime eminuerit. Vrto autem per buccos fusos in oleum fer-  
,, uens tinctos. Apponito autem donec tibi bene habere, & vstio-  
,, nem factam esse vilium fuerit, aut per fungos. octo crustas inurito.  
,, Ibidemq; in liene tumefacto faciendum esse docuit, his uestibus: Si  
,, vero ab his non melius habeat, splenem fungis. vrto decem ma-  
gnas crustis inustis, cum maximus fuerit splen, & maxime eleva-  
,, tus. Idemq; in eodem libeo pluries confirmat, atque docet. Ad articulos vero, qui ob multam humiditatem vel dolent, vel luxan-  
,, tur, vstitutionem summo pere conducere scribit. Quod manifestissi-  
me appetet ex his, quae apud ipsum leguntur in lib. de aere loc. &  
,, aq. in hunc modum: Magnum autem argumentum humiditatis,  
,, corporum. Scitharum hoc exhibeo. Multos enim ipsorum, pre-  
,, cipue qui Nomades sunt, reperias exustos humeros ac brachia ba-  
,, bentes, manusq; iuncturas, pectora, coxas, & lumbos, nullam fa-  
,, nè aliam ob causam, nisi ob humoris, & molitie naturæ detrac-  
,, tionem. Nam neq; arcus intendere, neque telum torqueare pos-  
,, sunt, præ impotentia humiditatis humororum. Quam autem  
,, veuntur, humor ipse à iuncturis exoluitur, fiuntq; corpora ipsorum  
,, validiora, melius nutriuntur, & magis redditantur articulorum vnu-  
,, potentia. Particulariter uero in coxendico dolore in lib. 7.apho-  
,, ait: Quibuscumq; a coxendicu[m] dolore molestatis diuturno ex-  
,, cedit coxa, ijs crux tabescit, & claudicant si non veuntur. In hisque  
aph. 50. malis utilitatem ex unctione Gal. in commun. hisce uebis comprehen-  
,, dit, dicens: Cum ipse suadeat aduti coxam, sicut in lib. de arti-  
,, docebat, vi & id, quod insuetum est absuntur, & laxitas cutis, ad-  
,, qua in articulus lubricat magis ex adiustione contracta, arcet, ac  
prohibeat articulum transponi. Et in lib. de internis affect. His-  
poc.

pec. ait, in coxendico dolore esse crus urendum multis, atque profundis infusionebus. Atque in lib. de affect. quem Polybi Gal. effe autumat, legitur crus esse inurendum lino crudo. Hoc idem ex Græcis Paulus in lib. 3. confirmat his unique verbis: Quare cum vitium longius se prorogat, articulum tribus, quatuorve locis vrea re oportet, ut in chyurgia dicetur, ac complusculis diebus ulceraria adaperitur, sine cicatrice seruare, quod clariss docet etiam in sexto libro. Cornelius Celsus ex latinis in lib. 4. sive medicinae scribens de coxendico dolore ait: Vitium in est, & in veteribus quoque morbis efficacissimum, tribus aut quatuor locis super coxam cutem caudentibus ferramentis exalteare, & genuum inueteratos dolores uix extra ustionem finiri. In pedagra vero ueras paulo supra pollicis digiti articulum, uel nodum inuiri oportere lino crudo. Auctor lib. de affect. nobis prodidit. Quod Actius in lib. 12. ubi scribit de articulorum moebis planè confirmat. Quem locum hic non inutiliter referendum esse duxi, quia ad omnium articulorum dolentium curationem mirifice faciat. Ibi itaque ab ipso literis tradita, haec existunt. Crustas igitur inuire oportet aliquas quidem paulo altius loco fluore infestato, aliquas uero propius, atque id cauteris facere praefstat, aut si id reger ferre refuset, cum medicamentis, longe autem præflaventior est cauteriorum usus, nam & citius, & siccius perurant. In vniuersum uero pedibus ex fluxu infestatis, loci circa utrumque talum forinsecus, & in trinsecus inurendi sunt, cauteris iuxta magnas ibidem sitas venas admotis, paulo altius supra talorum locum. Inurendus item locus inter magnum pedis digitum, & eum, qui ei proximus est, me dius, ubi sanguine magis tumefacte conspicuntur, preferenti ex eis maxime. Quibusdam autem & articulos ipsos exurere expediet, quidam submucidi ualde conspicuntur, priusquam durities ad modum toforum in eis generentur. Scendum tamen inquit Rufus, quod in articulorum submucidori perusionē ulcera & gre curabili oboriantur, uerum ubi cicatrices coaluerint, maximum robur ipsis articulis præbent, ut non amplius ad suscipiendum influentia excrementa sint apti. Haec; ac multa alia multi antiqui medici de ustionum utilitate, & usu scripsere. omitto multis aliis ex Arabum schola, ueluti Haly Abb. atque alios, quos hec eadem cognouisse ex ipsorum scriptis constat. Non tamen modum inurendi, qualiter Aegyptij frequentant, ullum antiquorum,

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

et juniorum medicorum cognoscisse comperti. Nisi dixeris Autorem lib. de affectio. tali experientia aliquando vsum fuisse, cum ad coxendicum dolorem, & ad podagrum, inustionem lino crudo faciendum tradiderit. At isti non lino crudo, sed cocto, atque gosypio id praesidij genus exercent. Audio etiam Barbaros multos urete solis petris linceis coctis simul glosteratis, & inustis.

**A L P I S.** Portatē hoc auxilium non videtur omnino tutum, quando apud Hippoc. lib. 3. epidemiorum legatur, Eupoleum cossenico in arbo afflictum, ex multis magnis inustionibus supra cossam factis interierit. **G V I L A N D.** Respondet eius libri Autor, & recte sanè, Eupoleum mortuum fuisse, à magnitudine, & multitudine ulcerum, atque ex virium imbecillitate, que morbo admodum imbecille redditur, tam grande remedium fertur non potuerunt. Sed his nunc finem insponamus. **A T T I N A.** Quid haic de vitione sermoni paulisper adhuc immoremur, siquidem ea genis hoc praesidio familiarissime ad empytos, hydropicos, herniosos, atque ad omnes frigidos tumores utuntur. **G V I L A N D.** Age igitur aliquid hac de re, si quid habes, afferas. **A L P I S.** Vtione vtuntur in suppuratis, quos Emphyos Græci vocant, hydropicis, herniosis, atque in frigidis omnibus tumoribus. Qui peccus, ac dorsum inurere solent, tribus vel quinque vitionibus inflictis, modo ante narrato, eo auxilio in aliis supparati sanitati fuere restituti, nam per factas inustiones pus continue refudabat, quo usque totū vacuum fuerat. Hic modus non admodum periculosus est, quoniam in medicam sic puris sensim, ac sensim transmittitur, & uacuatur. Reddeq; Hippoc. Id sequuntur in copia puris educenda, qui in lib. 6. aph. scripsit. **Q** uicium q; supparati aut, aquam inter

, , cutem patientes uruntur, aut fecantur: si pus, aut aqua uniuscimis effluxerit, omnes storiuntur. In peccoris, pulmonumq; inflammationibus, atque in tumoribus frigidis, & non minus in anhelosis ex frigida temperie, frigidoq; humore, vtione vtuntur, quem vsum in ijs morbis Hippoc. in libro de morbis, & de internis affectibus docuit. Vrunt hydropicos aqua affectos, multis in locis, quorum alij sub umbilico in tribus locis, aperta vletra seruantes, ut per ei aqua ex sudore queat, alij in stomacho, liene, hepatate, atque sub umbilico inustiones indigentes, vtuntur in plerisq; vtione perennata, atque in multis etiam medicamento portestate urendi prædicto, alij sub cibiculis pedum, atque alij supra genu intus extrah; insuren-

inurentes, vleera aliquandi aperta seruantes. Alij etiam tibias eo modo inurunt, vel uescant, uescisque ex istis ulcera eodem modo faciunt, per quae paulatim aquam vniuersam uacuant. His omnibus inuisionibus hydroperm ascitem sanant. Itidemque hernias aquofas, atque etiam carnofas, de aquofis mirum non est, si inuisione ea, quae cum actu est, tu potentia, sanentur, quando aqua eo auxilio absumatur, sed carnosis etiam eo auxilio curatas in multis fuisse hernias vidi, quemadmodum & tumores omnes frigidos Oedematosos, atque scirrhosos. GVLAND. Quid de cancerosis obseruasti? ALVRS. Paucos eo auxilio curari, nisi in principio, ubi neque occulti, neque magni tumores sint. Scirrhos uero ex phlegmate crasso abortos eo auxilio tolli, certum est. Sed de fistionibus iam satis, etenim de ijs multa locuti sumus, etq; attulimus, quae etiam apud Hippocratem, Galenum, Aueninam, atq; alios grauissimos medicos passim leguntur. Ad nonnullas alias administrationes chytrurgicas iam transcauimus, in primisque ne hydropericorum, empyorum, herniorumque alijs remedij desperata falso, sectione aliquando multis restituta in obliuionem abeat, de ea sectione aliquid prodam, ac interea de nobilissimo modo, quo illi lapides & vleca sine villa incisione educunt, deque ridiculo experimento, quo dysentericos fluxus sanare autuunt. GVLAND. Multam tibi grantiam habeo, qui hac etiam proferre in medium velis, non inutilem fore mihi hunc tuum sermonem spero, quamobrem exceptio, quid loquaris.

DE MEDICINA AEGYPTIORVM



De

L I B E R T E R T I V S.  
*De sectione, qua in hydropticis, & suppuratis Aegyptiorum  
 prout videntur. Cap. III.*

A L P I N V S.

VIRANT etiam non raro hydropicos, sectione aquam eduentes, quorum varij varias sectiones ad id celebantur, alijs siquidem sub umbilico per tres digitos versus partem, a qua hydrops ortum duxit, terna vulnera infligunt. Atque alijs paruis scarificationibus ventrem tumidum scarificant, per quas aqua paulatim exit. Alij vero tutius supra, vel infra pedum claviculam intus extraq; binas adiungunt sectiones, per quas commode, sensimq; ac sensim aqua educuntur. Qyo sane modo sectionis aliquos ab hydrope effatu digna sanatos obseruauit. Sed periculum tamen est, ne à lègo aquæ ad eas sectiones defluxu illiuscæ partis, tum ulcera aperta, tum cæteræ alijs partes mortuo ferè calore in cancerinas mutentur. Mulierem etenim Venetijs vidi, ijs sectionibus omnino ab hydrope sanatam. & paulo post ulcera illa in cancerinas degenerans, à quibus gracillima mortua est. GUILAN. Novum illud remedium non est, quando omnibus antiquis medicis, junioribusq; non minus probè noui fuisse, multorum scriptis planè constet. Hippocrati enim id nostrum, aphorismus vigescimus sexti libri eerte explicat. Cuius verba hæc sunt: Quicumque suppurati, aut aquam inter cutem patientes videntur, aut secantur si pus, aut aqua vniuersim affluerit, omnes moriuntur. Et in lib. de loc. in homine hæc leguntur. Ceterum in puerò hydrope sic curare oportet. Partes tumidae, & aqua plena aperiendæ sunt scalpellio & frequenter, ac parum educendum est. Educendum autem est à singulis corporis partibus, & fomentis utendum, & semper locum apertum, unde eduxeris calidiorio medicamento illines. In lib. aero de affect. ubi curationem hydropis resulset, idem confirmavit, dicens: Si igitur a pharmacis, & alia uictus ratione egerit, utilitatem percipiat, & uenter ipsius evanescatur, bene est: si minus sectione sit, ut aquam emittat, fecatur autem vel iuxta umbilicum vel retro luxa lumbos. Gal. etiam de hoc auxilio multis in locis meminuit, sed clare satis in comm. & aphorism. cum dixit: In ijs autem, qui aquam intercutem patientur, illig, que a Græcis paracentes

## DE MEDICINA AEgyptiorum

tes, id est punctiones nominantur, magis quam vñtiones, medicis  
cap. 30. sunt consuetæ. In libro de compoſitione medicam. secundum loc. 9.  
hac ita etiam scripta de hydropticorum curatione, ex Archigeno  
,, reliquit: Scarificatis item ipſorum talis, & vulnusculis impactis  
,, ipſos in ſerculo, aut leſtico geſtato, ac circumuictio multus enim  
humor hoc modo ipſis profluere ſoleat. Quam curationem ad un-  
guem ferè meminist Celsus in lib. 3. ubi ſcripsit: incidentum quo-  
que ſuper talum quatuor fere digitis ex parte interiore, qua per  
lib. 6. aliquot dies frequens humos feratur. Et Paulus, & Aetius proli-  
x. cap. 50. xe fatis huiuscemodī remedij uſum ac administrationem prodiderant,  
lib. 10. prefertimque Aetius, ex quo quisque nostrum poterit ſectionis in  
cap. 24. hydrope rationem habere. Arabes etiam omnes code in modo ſe-  
ppte hydrope alſicem, atque leucophlegmatiam curandam eſe  
nobis tradiderunt, ut apud Aulicennam, Albocasim, Haly, atque  
Rafim legere possumus. Antiquis igitur medicis id auxiliū gennis  
notissimum fuit, & non modo ad duas hydroperas diſferentias, quip-  
pè ad alſitem, & anafaream, vel leucophlegmatiam, verum etiam  
ad bernias aquofas, & ad omnes aqueos tumores. Hernia aquofas  
tutissime hac ſectione ab omnibus curantur. Quod aut ē cognosca-  
tur hoc remedium pro hydroperis curatione etiam ab omnibus hu-  
nioribus, atq; preſenteis temporis medicis, id ut manifestum omit-  
to. Non eſt itaque remedium hoctantum Aegyptiorum, ſed om-  
nium ferè aliarum nationum, ad id mali inuentum. Non eſt ta-  
men admodum in frequenti uſu, tum quia, ut reſtūt monent optimi  
medici, poſt alia omnia auxilia tentandum eſt, tum etiam quia  
rarō eo hydroptici iuantur. ALPINI. In Aegypto eſt ſatis fami-  
liaris ſectio hæc apud plerosē, prope talum, ſupra cauiculas admi-  
nistrata, cum in alicet, cum leucophlegmaria, in utraque enim diu  
apertis vulnusculis adſtruatis, humor omnis uacuatur, atque ex  
ea vacuatione humoris non minus ſublata cauſa, a qua hydropera  
originem dixit, aliquot fanatos vidi, nullum vero ſecto ventre,  
quamquam ibi audierim à multis, per eam ſectionem aliquot fa-  
natos fuisse. Plerique vero tutorem eſe scarificationem malleoli  
affirmant, atque ſub illo, in parte enim interiore duas scarifica-  
tiones alte inſtigunt, atque unam in exteriore, per quas quale-  
cumque tuni diſſimum corpus commode exſiccari, certum eſt, nō  
ſenſe que ego inſpecti. Hac uero ſectione plerosē fanari arbi-  
tror, ſi in principio, vel non longe ab ſectione.

Quo tempore  
vires

# L I B E R T E R T I V S.

reg

Vires validæ existunt, cōmodeq; tales aquæ vacuationē & groti ſe-  
rūt. Quod reſt Hippocratē in 6. epidem. nos commo nūſe Palla-  
dius in eius Commentario prodidit: ſiquidem Hippoc. ait: Aqua  
ſuſuſos celeriter ſecare oportet; tabescentes flatum vreſe. Nostri  
uero ſectione viſiſolent, iam deſtitutis & grotis omni ſpe ſalutis, quo  
tempore vires tale remedium non paruantur. Vaum ex illorum  
obſtruutionem addo, quippe multos inſigni uentris tumo-  
re eo modo omnino curatos, vlceribus tamē ac pedibus ipfis in  
cancrenam verſia obiſſe, quod non aliunde illis acciditſe arbitror,  
quām, quōd vlcera illa atque partes item proximæ ex larga aque  
fluxione diu eis partes ſpedente, atque refrigerante, calore multum  
diminuto, facile in Cancrēham labuntur. eaq; cauſa doctissime Hip-  
pocratē vel auctore lib. de locis in homine, poſt ſectionem, a-  
queq; eductionem, hęc etiam addidisse exſtimo, & ſemper locum  
apertum unde eduxeris, calfactio medicamento illius. Quo ca-  
lido medicamento non alia ratione vlcera fouenda eſſe flatuit, niſi  
vt calor naturalis conſeruetur, neq; a fluxione frigida ullo paſto  
extinguitur. Quod Aegiptij non animaduertentes, ſiepe infeliciſ  
ſuccelus cauſe exiſtunt, eorumq; auxilio hydrope homines ſana-  
ti, ſiepe alterius morbi cauſa moriuntur. fed ian tempus eſt, vt ad  
ſupparatorium curationem, quam itidem ſectione non raro admi-  
niffrant, sermonem conuertamus, de hydrope fatis ſuper-  
que locuti G V I L A N D. Reſtē putas, quando, ut audio, homi-  
nes ſuppuratos non minus ſecare, quam vreſe ipli ſoleam. Opera-  
tio ſanè valde celebris, que magno etiam periculo non vacat. A  
I P R I X. Cum illi viderint pleuriticum, vel peripneumonicum, mul-  
tum, vt par eſſet, non expuere, doloremq; cum febre perſuerare, at  
que cetera alia ſymptomata, pugnati arbitrantur. neq; immerito  
cum in ijs morbis ſi tuſi non purgantur, contenti in pulmonib⁹  
haumores ſuppurentur. Quod Hippoc. hiſ verbis docuſe viſus eſt.  
Quicunq; morbo lateralilaboranteſ, in qua uordecim diebus non  
repurgantur, iij ad ſepurationem vertuntur. Ex pondere in latere  
percepo, & fluctuatione obſtruata, mitiori que dolore effecto, cui  
difficili respiratione ſuppurationem certam intelligent. Quam ſta-  
tim tollere ſectione conatur, neq; dant ad id perficiendum induci-  
as, ſecant vero plerunq; latus ſinistrus inter coſtas ſputias, prop̄  
ſeptem transuerſum, pleriq; tamē inter ſecundam ac tertiam co-  
ſtam phlebotomo perforat, atq; per intromiſſam in uulnere cannu-  
lam

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

Iam argenteam modicum puris educunt, eamq; quantitatem, quā  
suppurati vires commode patientur, omniq; pure educō, vulnus  
exsiccantibus sanant. Qui inter secundam & tertiam costam perfo-  
rant, rectius ac tutius rem transfigere putant, ut toto pus, quod ad  
septum transuersum gravitate residet, commode vacuetur. Ceterū  
alij ipsorum septum transuersum lēdi phlebotomo formidantes  
partem ab eo magis distante, seligunt, quare ex ipsis omnes fecerūt  
inter tertiam & quartam costā. Atq; hic est vīas secandi empyos,  
vel suppuratos, quo Aegyptij multos sanatos fuisse praedicant. GvI  
LAND. Vīas hicq; ex sententia etiam priscorum medicorum, qui  
semper hunc modum empyos perforandi commendarunt, non  
est spernandus. Hippocrates enim in lib. 1. de morbo ipsum claris-  
simis verbis hunc in modum docuit. Hunc vbi decimus quintus ab  
eruptione dies adest, multa calida lotum in sella firina collocato,  
& aliis quidem manus ipsis teneatru vero humerum concutito,  
vt audias in vtrum latus affectio strepitum edat. Optandum autem  
in sinistrum. Hunc ipsum igitur locum feces, minus enim lethali-  
lis est. Si vero crassitudine, ac copia strepitum non edat, quo ipsum  
cognoscere possis (nam hoc aliquando contingit) verum latus tu-  
muerit, ac magis doluerit, hoc infimo seccato retro tumore in ma-  
gis, quam ante ipsum, quo puris exitus facilem fluxionem habe-  
at. Secato autem inter costas per nouaculam primum cutem, de-  
inde scalpello acuto, quod panniculo sit obligatum, ita, ut summa  
ipsius pars ad vnguis magni digiti mensuram expedite reslet, qui  
intromittas, postea emissō pure quantum vīas fuerit, vulnus lina-  
mento ex lino crudo alligato, foras propendente filo, conclusito  
& quotidie se mel pus educito. postquā autē decimus affuerit dies  
omni pure emissō linamentum ex linteō indito. Apud maleos Et  
alios grauiissimos, medicos tale praefidium ad suppuratos, quibus  
nulla ies salutis reliqua erat, laudatum atq; celebratum reperiāt.  
Veruntamen empyos tutius magis vītione curari posse Gal. tradi-  
dit, hisq; proprię vītione consenire, vīlanti hydro picis sectionē.  
Rarò etenim in curandis suppuratis sectionis ineniminit, sed magis  
vītione. Quod etiam ex traditis in comm. 6. aph. Hippoc. facile  
confiratur, ibi enim scripsit: Vītione igitur indigent, qui pluri-  
mum habent pus, adeo, ut despetent per iputationes posse expurga-  
ri. Nos vero ipsos & difficultas anhelitus vehementer infusus ex  
loci angustia, quæ etiam nos cogit, vt eos vītans, in comm. etiam  
7. aphorism.

7. aphorism. veteres vires suppuratos consueuisse, prodiit. Hippocratesq; in 6. epidem., dixit: tabescentes statim vires oportere. Quare in ijs tuitiorem esse vstitutionis, quam sectionis usum putarem, quanquam me non latet apud Hippoc. presertim, utraq; auxilia pro illo affectu visitata fuisse. ut ex 6. lib. aphorism. atq; ex 7. apparet, atq; adeo, in pluribus alijs locis. Arabibus quoq; multis hoc remedij genus cognitum fane fuit. A 1. p. 1. v. Vbi puris multum non est, vstio accommodator videtur, que reuera, vt illi remanente eos tuto magis quam sectione sanat. Sed puris immoderata copia thorace obdidente, vstitutionem recte sanare raro obseruatum est, quos si curare velint, sectione ut debent, qua totum pus vacuatur. Vtrumq; tamen remedium pro eodem affectu apud eos familiare est, sectione q; ustio familiarior. Nam formidant & ipsorum multi sectionem, de qua satius locuti sumus, proinde ad alia orationem nostram traducamus.

*De lapidis è vesica extractione absq; vlla incisione  
apud Aegyptios frequentata, & de dysente  
ris curatione empirica Cap. XLI.*

G V I L A N D I N V S.

**P**RAECE priusquam de alijs sermonem haberes, vt modis, quo audio, Aegyptios lapides è vesica absq; vlla incisione extrahere nunc mihi explicares. sum in enim utilitati huius actionis cognitionem nostris medicis fore existimo, audire igitur id, quoniam modo se habeat, audire expecto. **A**EGYPTI. Certe hic modus extrahendi lapides è vesica valde utilis est, eo quod nulla incisione operetur. Extrahunt lapides è vesica colem in primis vento replentes, atq; cum eo os etiam vesica dilatantes, atq; laxantes, vt os vesica lapis facile meare posse, colisque dilatatum & am pliaceum meatum, ex quo ipsis lapides vento subreptus foras extrahunt, ipso continuo toto violenter euocato. **G**VILAND. Haud probe intellexi quid dixeris, usq; adeo obscura oratione vesus es. Duo tamen mihi videris dixisse, quorum alterum est, illiusce regionis medicos, lapides è vesica extrahere volentes, in primis colis vesicæ; meatum vento laxare ac dilatare, per quem

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

quem commode lapides exire possunt , atq; eosdem lapides vento  
codem foras educi, an non hęc dixit? A 1. P 1. n. Planè eadem , sed  
quidre dubij caput. G V T L A N D. Quoniam vix credere possem os  
visicę, colisq; meatum tantum dilatari ac ampliari posse, vt magni  
lapides in vesica contenti, qui magnę nucis instar sepe cernuntur,  
commode exire queant, ex quo dubia sit apud me ea lapidum edu-  
ctio, quo nam pačio ita posse administrari, maxime cum tu etiam  
affirmaueris, eos vento subrepit, forasq; educit, quod mihi haud fieri  
posse videtur. A 1. P 1. n. Vtrumq; verum esse cognosces, neq; om-  
nino à veritate id alienū putaueris, os velicę, colemq; eo modo dilatari  
posse, quando neroſa, ac pelliculosa ſubſtantia illi meatus co-  
ſtent. Admirandum magis exūlimate debemus, Vteri os in mulie-  
ribus neruofum durum, atq; ita angustum, tempore partus tantum  
ampliari ac augeri, vt fetus per ipsum exeat, atq; foras propellatur.  
Vnum hoc ſcio, ane colis meatus ita dilatatum infexiſſe, vt per eum  
facile magna auellana tranſiſſet. At utilius erit, vt nunc modum o-  
ffendam, quo ad extrahendum lapidem iij vti ſoleat. G V T L A N D.  
Hac eadem de cauſa apertis auribus tuum hunc ſermonem ex-  
pecto. A 1. P 1. n. Eo tempore, quo ego in Aegypto moram facie-  
bam, Arabs apudam Haly vocatus ad extrahendos lapides sine  
inciſione celeberrimus erat, quem ego ſane cuidam duci Turcarū  
Horam Bei vocato multos lapides extraxiſſe tridi. Quo in opere  
abſoluendo ille ligneam canuſlam accipiebat, longitudine oculo di-  
gitorum, & latitudine digiti policis, Quam colis canali admoue-  
bat, fortiterq; inſuſlabat, atq; ne flatus ad interiora perueniceret, alte-  
ra manu extremitate pudiendi perſtringebat, foramē deinde canuſ-  
ly cladebat, vt virgam canalis intumceferet, & latior fieret, ac ap-  
parceret. Qno faſto minister digito in ano poſito, lapidem paulatim  
ad canalem uirge, atq; in eius extremitum deducebat. Qui ubi pre-  
putio lapidem appropinquans ſentiebat, canuſlam à uirge canali  
fortiter impetuq; amouebat, ut magna dexteritate lapis ad nu-  
clei oliuę magnitudinem fuerit extraetus, & ego interfui huic du-  
ci Turcarum, & poſteq; duobus item Iudeis, quorum alter puer e-  
rat, cui oculo lapilles extraxit, & alter adulitus, cui extraxit lapidem  
ad imaginę oliuę magnitudinem. Hicq; eft extrahendi lapidem è  
vesica modus, quo utrebatur ille medicus Arabs. Audiui tamen ali-  
os etiam ibi eſſe, qui alio etiam modo lapidem extrahebant, quem  
modum nunquam ab aliquo, quandoiu Cayruum habitauerunt, potui  
cogno-

cognoscere. Cum vero **Ge<sup>n</sup>va**s pro illuſtris ac Eccellentissimis, Iozia Andrea Auria Melphorum Principe, atque Philippi Hispaniarum Regis, maritima Clas̄is preſe ēta medicinam ſacerem, atque hæc mea ſcripta reuiderem, Octavius Roueretus Medicus Doctissimus, meci multo amore conuenitus, quidq; poſt me in Aegyptio pro natione Veneta, medicinam multa cum laude faciebat, extra hendi lapidem hunc modum à priori ſatis diuerſum mihi litteris significauit, his verbis. Aliud etiam ſatis ſcitu dignum, tunc Excedat narrare non omittam, et qd modus aliquis ē vefica lapide extrahendi ſine inciſione, hic à quodam Arabe viro Christiano Saieico ad quendam Christianū Cophtum vocatum, ab hinc non nullos mēſes operatus. Atque is eft huiusmodi. Hic habet quādam cannulas vnam maiorem altera, in modum muſici instrumenti Syringz appellati, ē ſubstantia Cartilaginea, quaꝝ facile dilatatur. Harumq; graciliorem in virgę canalem intromittit, fitq; quoꝝque ad veficam peruenierit, moxq; ore inſuſflando ipſam inflat quantum plus potest, poſtq; haec maiorem, vel cratiorē introductis, inſuſflandoq; inflat eodem modo, & poſt tertiam, vel etiam quartam omnium maximam. Et cum ſic ijs virgam dilatauerit, ut pater viam canalis fuile ſufficienter dilatata, per eamq; lapidem exire poſſe, Aegypto in primis commode colloca-to, dígitoq; in anno poſito, lapidem ad collum veficæ vbi majoris cannula extremitas peruenit, deducit, in cannulam lapidem conducere conatur. Quo factō altero cannula meatu ore excepto conatur ſpiritem ad le trahendo, lapidem ſimul trahere, quiſi nimis cratius sit, ſepe ruimpitur, atque in fruſtra attrahitur, ve juti contigit ſupradictio viro Cophto. Cui fruſturo, & reliquum lapidis ad medium cratium, & durum, intus remansit, non eductū. Hic modus ſcitu eft facilis, atque ab alio fortassis medico exercitacioni, & acutiori multo plus facilitari poterit, ac in meliorem atque utiliorē uſum reduci, quidq; in ultorū ab eo malo hominū infortuniorum auxilio ſummae efflagitandum ac expectandum eſſet. Haec tenus Roueretus. Ex hiſ igiter cogito te recte audiuiſſe binos hos modos, quibus Aegyptij ad extra hie nos lapides ē vefica vtur. Addo aliam operationem, quam pro ſecundo in dysentericis cūficiunt, queſe res cum ratione, ut arbitrio; demonstrari non poſſit, tibi, qui omnia ex ſuis cauſis ſpectare ſoles haud facile ſuadbitur, ſed cum ego vna cum alijs ſepe viderim ex illa operatione em-

## DE MEDICINA A EGYPTIORVM.

pirica fluxus dysentericos interdum curatos fuisse, non sicutiam te  
hinc aures ad alia retrahere, priusquam hanc quoque audieris. Illi  
siquidem empirici hoc pacto fluxus dysentericos sanant, illosque  
preferunt, qui diuturniores facti sunt, minimeque alijs remedij  
cesserunt. Quod ut efficiant primo hypochondria manibus mol-  
liter fiscant, atque mox se farnino oleo, vel amygdalino dulci ea  
inungunt, digitoq; postea intra vmbilicu posito, ipsum pluries cir-  
cumuerunt. terq; manc ieiunis ea re repetita, aliquos dysentericos  
sinitati fuisse restitutos memini, hocq; genus remedij familiaris-  
simu apud multos existit, qui varijs alijs remedij ad dysenteriam  
inutiliter tentatis, ad hoc veluti ad sacrum configunt. Pauci ta-  
men existunt, qui recte hanc moliri circumvolutionem vmbilici  
sciant. **G v i l a n o.** Secretum, recd; vnā ridendum censco, qui  
ipsum non modo verum credideris, verum etiam alijs confimes.  
Casu liquidem arbitror, (si aliquis tamen unquam eo modo sit sa-  
natus,) accidisse, vt inde aliquis à dysenteria sanatus fuerit, veluti  
accidit, vt Socrate ambulante sonaret, hocq; experimentum ex ijs  
est, quæ eum nullum in se rationem habeant, nullo pacto sunt cre-  
denda. Ni dixeris, eos defendendo, frictione hypochondriorum,  
atque immunitio iuuai hepar, vel aliquod aliud membrum sub ip-  
so locatum, quod biliosum humorem tenuissimum atque acrem,  
acrimonia, vel falsidine intestina abradentem, vel exedentem, flu-  
xum generet, ad intestinali ipsa demandaret, vel humorum illum  
tenuissimum ea frictione, & immunitio digestum resolui, vel eius  
fluxionem ad intestina, diuerti, vel vmbilici illa ptaestim digito cir-  
cumvolutione motionevè, intestina mota in meliorem situm mo-  
tari ex quo non sint fluxioni ita obnoxia. Sed de alijs loquamur.  
**A l p i n o.** Melicerides, Stheatomata, atheromataq; vocatos tumo-  
res, atque etiam strumas optimè secant, radicem uellentes. Car-  
nem etiam, quæ palpebris adnascitur, maxima elegancia abigunt,  
palpebras in primis secando, & postea frictionem confluentes, &  
conglutinantes. Sed postquam de his à nobis satis dictum est, de  
dulciu balneorum via, quo non secus quam præcis fusculis, vt  
vntur, atque de frictionibus, & vomitibus, qui in balneis sunt, dicen-  
dum est. **G v i l a n o.** De his quoque libertissime nunc te au-  
diam, horumq; sermo mihi erit gratissimus, neque minorem nobis  
affterre posse utilitatem arbitror, quod hoc genus remedijs apud nos  
minime nunc sit in via, atque etiam quia ipso pluribus morbis me-  
deri

deri ab antiquis proditum sit, proinde ut de eo loquaris nunc à te  
vehementer peto.

*De usu dulcium apud Aegyptios balneorum.*

*Cap. XVL.*

ALPIN. GVILANDVS.

  
**V**EMADMODVM populi frigidarum regionum multa  
 habent, quibus ad calorem conciliandum familiarissime,  
 vt solent, ita calidatum, ad refrigeranda corpora multis  
 itidem utuntur. Ex quibus Aegyptij inter multa ad id excogita-  
 tata, qualia sunt fontes multi, domorum tubæ superius recitatae, ad  
 ipsarum refrigerationē inuentæ, terrenæq; habitationes, balnea quo-  
 que ex dulci aqua parata, in usu habent frequentissimo, tum ad re-  
 frigeranda corpora, tum ad varium illorum ornatum. **G**VLAND.  
 Arte illa ibi parari existimo, quando Aegyptus (vt audio) spon-  
 te natis balneis nunc planè caret. Proinde si ita est, ea mihi se-  
 dulo narrato. Atque an ex aqua simplici, qualia præcis antiquis  
 medicis in usu fuerant, an potius medicata illa parentur. **A**LPIN.  
 Arte sanè ab illis parantur, ex dulciq; aqua Nili fluminis clarefa-  
 cta, eaq; simplici, minimèq; medicamentis alterata. Sed in primis  
 balneorum loca tibi in memoriam reuocanda censeo, si quidem te  
 olim Cayri, ac Alexandriæ, cum tu ea loca inuisis, multis, sereq;  
 inumeras aedes magnifice pro balneorum usu constructas, inspe-  
 xisse intellexerim. Dicam præterea quor, ac qualibus cameris hue  
 cellis ea constent, atque aerem in singulis quomodo illi calcificat,  
 qualisque calor eo in acre sentiatur. **G**VLAND. Domus ea  
 balneorum, si rectè memini, multis cellis inter se distinctis construc-  
 tæ erant, in quibus homines sudabant, fricabantur, atque lauabantur.  
 Per magnaq; en iparum medio tanquam in domus centro cel-  
 la extubat, in qua homines lauandi nudabatur, vestesq; omnes re-  
 ponebant. quam spoliarium vel Apodyterium nostri appellant.  
 Aliq; vero cellæ omnes ea causa constructæ erant, vt in ijs lauarentur:  
 spoliarijq; aer temperate calidus est, atq; humidus, ipseq; alia-  
 rum cellarum calidior ita, vt variaz camerae varium aereum quo ad  
 calorem habrent. **A**LPIN. Rectè meministi, inumeras perma-

## D E M E D I C I N A A B C Y P T I O R V M

gnas sedes ibi pro balneis partus spectari, multis varijsque camere inter se distinctis, præditas, eodemque modo ut tu dixisti, constructas atque ordinatas, ut in qualibet camera idoneus, quoad caliditatem, acr effet pro variorum corporum usu yario paratus. Namque varia hypocausta, sive camera varijs, quoad caliditatem, per se habent, ut varijs corporum tene plementis auxilio sint. Nam factae sunt pavimentis marmoreis, cui blemata constructis; duoque labra enarmorei quilibet illorum locorum obtinet, inquit aqua ex alto decidit. Tectum sive culmen illa habent orbiculari forma, ex variis laminibus perbellè laboratum, vndeque conclusum; ne aer aliquid ingredietur. Hypocausta illa calcinatur calentis aquæ vapore in singularum labra elabentis. Non enim, ut in ostri igne illorum balneariorum acrem calcinare, sed humidis calidisque aquæ calidè vaporibus loca illa complentibus. G Y L A N D. Cum varia corpora varijs indigeant balneis, quippe ipsorum alia multum calidis, & alia moderate, alia que tepidis, atque dumrum alia etiam frigidis, qualia hæc eorum esse Gal. in lib. 7. meth. med. scriptum relèquit, quælo an non illa omnes has partes obtinet, quippe ut corpora varijs illis modis alterare queant? A L P I S. Balnea illa calida, tepida, frigidaque quolibet tempore, quando quis velit ibi reperiatur. Sed pleramque es balnea sunt temperatè calido, quandoquidem percepimus usus fit, apud plerosque ad refrigeranda, humectanda, evanescenda atque mundanda corpora. G Y L A N D. Recta sane ratione calidarum regionum incolas tepida balnea ex dulci aqua patata cupere dicendum est, quando ob aeris ambientis insigniter caliditatem corpora inflamentur, arefiantur, que utique dulci aqua irrigata, ac humectata refrigerantur, & humectantur, etisque corundem corporum meatus relaxantur, densatique aperiuntur, exindeque naturalis calor per eos diffundatur, refrigeriumque capit. Sed his obiter dictis, cupio ex te audire omnes illorum balneariorum usus apud eos populos frequentatores. A L P I S. Balneis illis ea genera vitur, ad corporis ornatum, atque ad multos morbos ex plenitudine humorum prohibendos, itemque ad multos variosque, quos totos etiam morbos abligendos. Huius vero omnes usus tibi ordine libenter narrabo, ab eorumdem usu ornatus gratia comparatio, exordiens. G Y L A N D. Atque ego libertissime hac de se sedentem auxilia.

*De usu balnearum dulcium pro ornatus corporum,  
atque quid mulieres, ad pinguefacien-  
da corpora in ijs moliuntur.*

(cap. XV.

### A L P I N V S.

**V**ULVARIIS, quæ Aegyptiis ferè toto anno, vento-  
rum, terræq; siccatatis occasione perpeccio familiaris  
existunt, atque ab assiduis sudoribus, quibus coeli calore  
omnia corpora continet abundans, illuxerq; quadam immun-  
da redduntur, atque frumenta, ex quo pleraque ipsorum, & fratre  
& pediculis abundare solent, Balancis omnes hi populi vnu-  
tunt familiarissime, pro corporum abstersione, maxime que mu-  
lieres, quibus curæ magis est corpora ipsorum, pulchriora facere  
ipsorum illudem, & scutorem corrigit, vt cariores sint suis vi-  
ris. Ex etenim separissime corpora in ijs lauant, & mundant ab  
illuie, perlataq; varijs ornatis odoribus, vt recte vnguentis oleant.  
Ac veluti Itale mulieres, atque aliarum rualtar si etiam nationum  
ad capillorum, facieisque cultum ornare adhibent studium, ita Ae-  
gyptiæ capillorum cultum negligunt, ex consuetudine omnes ca-  
pillos in bursam seriro panno parati cōcludentes, ac ad pudendo-  
rum, abditarumq; corporis partium ornatum omnem diligen-  
tiâ adhibent. Pudendis igitur tota cura in balneis ab ijs adhibetur.  
Ea siquidem in primis lauant, pilisque nudant, locaque pudendo-  
rum perpetuo glabra gestante, turpeque ibi est mulieris pilis ob-  
sistam vulvam habere. Demum lotas eas partes, glabraisque effe-  
ctas varijs vnguentis etiam exornant, Musco, scilicet, Ambra, Aloë,  
Zobet, sumptum ferre potentes, aliisque alijs vnguentis recte olen-  
tibus, quæ ibi uillori pretio ubique venduntur. Copia unguen-  
torum ferè incredibilis in vulve ornatu, eiusque corrigoendo sce-  
tore, ac ad coeuntibus uoluptatem conciliandam, ibi cotinuit dis-  
cipitur. **G** R I L A N D. Quæque regio suos mores habet, ibique  
omnes natus libere Venere utantur. Sed quid? nonne aliud in  
balneis ijs præter ornatum moliuntur? **A** L P I N. Multæ etiam pin-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM.

quædinem id ijs procurant. gracilesque prefertim, ita ibi canis  
vitium hominum medullas inuasit, quando mulieres, quo carbo-  
fiores, & pinguiores sint, eò libentius à viris expeti putent. Ex  
quo ibi plurimas pinguismas reperies. quid turpius corporum  
obscurare obsecrissimum canis vitium, effrenemq; libidine desiderari  
potest? Quod ita vitium ibi frequenteratur, vt illarum pluri-  
mæ perinde ac suæ cernantur pinguisimæ humi recumbentes. ma-  
ximeq; Hebrez, quibus istud vitij alijs familiariter obseruantur.  
Quod vt obsineant, multis diebus dulcibus, tepidis balneis indul-  
gent, in ijsq; diu morantes, comedunt, potant, clysteribusq; ibi ex  
varijs pinguedinibus ac adipibus patatis refutur, multaque etiam  
medicamenta per os assument. *G v i i . a . n . b .* Re dñe fanevidetur  
pro pinguefaciendis corporibus, vsum illorum balneorum, à cibo,  
asservare. Quod Gal. in lib. i q. meth. med. his verbis docuit. Ce-  
terum quibus totum corpus extenuatum, ijs lauari quoque post  
cibum est idonem. Quod fane etiam nobis ratio persuadet, quando  
dulcilio balneo à cibo adhibito, ad eum plurimum alimentum  
trahatur, atque deducatur, vt Hippoc & Gal. in lib. de Salub. dicta  
prodiceret. *A t r i n .* Verum istud est saepe experientia dñdic,  
plures etenim mulieres illorum balneorum multis diebus à cibo  
vsi frequentato, pingues evasisse vidi. Atque in hac balnea pre-  
cipuum ego cautan consero, qua illiuscè calidioris coeli corpora  
pleraque habent pingue in obtineunt. Cum tamen coeli ratio-  
ne gracilia posse, quam pingua esse debuerint. Hincque Gal. in  
lib. septimo, de Comp. med. secundum loc. dixisse, dulcium bal-  
neorum vni corpora reddi effeminata. At dubium est, quomodo  
gracilia corpora eorum vni balneorum possint pingue fieri,  
cum potius contrarium arbitrii quispiam merito posset, quip-  
pè ab illis balneis plurimis largioribusque vacuatis ludoribus pos-  
tius corpora vacuata gracilescere, quam crassifcere deberent. Pin-  
guia enim à plurima aliqua vacuatione contabescere, certum est,  
*G v i i . a . n . b .* Balnea, quibus mulieres ex pro impinguefaciendis  
corporibus, vntur, tepida existunt, quando calida in triplici  
sunt caloris differentia, etenim illorum quodam multum, & quodam  
parum calida sunt, haec tepida, atque illa calida medici ap-  
pellant. Tertio sunt alia medio modo se habentia, que felicit  
temperate calida existunt. Quorum omnium balneorum Gal. in  
lib. j. de sanitu. facultates ac vires his profectò verbis prodicere  
Dulcium

„ Dulcissima calidiorum aquarum si media temperie sint, uis calida,  
 „ & humida est. Sia tepidiores sint, humida & frigida, quod si iusto  
 „ calidiores sint, calida quidem, sed non perinde humidā. Ex quibus dixerim, eos, qui pingue fieri uolunt, balneo dulci tepido uti  
 oportere, quali ex te audio mulieres illas uiri. Cetera enim sua  
 caliditate uim habente resolutioriam, uel uacuatoriam, potius ad  
 gracilitatem, quam crassitatem comparandam corporibus conda-  
 cant. A 1. p. 2. An non precipua causa est, quam naturales pro-  
 ximata appellant, & materialē, ex qua corpora crassifient ac pīn-  
 guefient, copia multa humiditatis? G V I L A N D. Facile cognoscitur,  
 cum mulieres uiris sine dubio humidiiores, etiam ipsis co-  
 pora pinguiora obtineant; & crapulis, ociosis, indulgentes alijs  
 sint pinguiores. Qui enim multum comedunt, atque potant, quod  
 multum pinguedinis alimentum affidūe suppetat, ceteris pingui-  
 os merito sunt. Sed qualis sit haec humiditas, ex qua corpora  
 pinguescant, arque quomodo ipsa in corpore concrefcat, Gal. in  
 „ 2. lib. de temp. hisce verbis prodiit, dicens: Quicquid in sanguine  
 „ pingue, leue & tenue est, id in calidioribus corporibus alimen-  
 „ tum quodam calido fit, in frigidioribus seruitur, omnēs id venie-  
 „ extra se transmiserint, ubi in frigidis particulas incidit, quod ge-  
 „ nus membrane sunt, circum eas concrescit, in partibus vero natu-  
 „ ra calidioribus, cuiusmodi carnosae sunt, à calore ipso absuntur,  
 „ ac digeruntur, nisi sicubi frigiditati temperamenti etiam vita indui-  
 „ gentior accedens ipsis carnosis particulis aliquid adipis allinat.  
 Causas, quibus corpora pingua fuisse, probē Gal. attulisse, censeo,  
 etenim ad gignendam pinguedinem, ac adipem, concurrere debent  
 alimentum pingue, leue, & tenue, atque calor remissus, vel  
 frigiditas partium, in quibus adeps ac pinguedo concrescant. Hęc  
 inquam duo, alimentum, atque partium frigiditas, ad impingue-  
 scenda corpora sunt necessaria. Citra pingue alimentum nulla  
 pinguedo fieri potest, ideo ipsum ad id efficiendum necessario, ut  
 materia concurrit. Ad minus uero calore, quod frigus vocare  
 possumus, id alimentum in adipem ac pinguedinem concresci do-  
 cent corpora frigidiora, que facilius calidis impinguefcere solent.  
 Ex quo Gal. dixit, corpora latioribus maioribusq; venis præditis  
 difficulter pingue fieri, quod ea valde calida sint, frigida liquidem  
 paruis venis gaudent, atque ab eo calore, pinguedinis, adipisq; ali-  
 mentum abluntur. Et paruarum, angustarumq; venarum cor-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

port ob oppositum temperamētum, quippe frigidum, impinguaturo quām fucillime, quoniam in his multum eiusfē adeſt alimen-  
ti, ( quando parvus eo consumatur, ) quod ob frigus non diſsol-  
uitur, faciliter concreſcit. A L P I N S. Cui mirum, in aliis corpora  
Aegyptiorum corpora alimento crasso, ac pingui refecta, balneorum  
tepidorum via refrigerata, in balneis ad cution deducto, & coagula-  
to alimento, carnem ac adipem acquirent? G V I L A N D. Quæſo  
omnis, que illæ in balneis, ut pingueſcant, moluntur, mihi nunc  
paucis narrare non te pīgeat. Ea ſquidem etiam audifficile ſum-  
mae incundum erit.

### *Que Aegyptia mulieres in balneis ſalitent, ut ipſa- rum corpora pingueſcant. Cap. XVI.*

A L P I N V S.

**V**erbi. Aegyptiæ multa ſalitent in balneis, ut pingueſcant, que omnia vienque ſuperdictam pingueſcunt, quædā quædā cauſam reficiunt, eamq; praefertim, que pingueſcunt alimentum ſuppetit: Multa ſequidem agant, ē quibus multum humorum pingueſcunt generent, ex quo multa ſi at pingueſdo, balneis, calida vi ad cution deducere ipsum ſudent, in qua te-  
pido balneo refrigerata concreſcat. Potant itaque ob carnem cauſam iura, multa varijs ex adipibus, & pinguedinibus parata. Bam-  
mia melochia, & Calceſia alterata, nam hi viscosiora redduntur, ex quo ſi at parsibus adhaerent. In vſu familiarissimo apud mul-  
tas eit hiſ gallinarum pingueſum Maluph ab ijs appellatarum, vel  
nigrarum arte pingueſdarum. Iplum etenim totum ex unica  
gallina confiduum unaquaque mulier potat, totamque gallinam  
in balneo comedit. Multæ ex pauperculis faciunt olei ſelaminis,  
quam thaini vocant, vel oīcum ex Indicis nucibas expreſsum, vel  
chine radicis decoctum, canis ſuperdictarum gallinarum ſuppli-  
cum Indice nace percoctæ potant, vel oleum ſelaminum, in quo  
fit diſoluta nux Indica, vel expreſsum expiſis, fructibusque ther-  
ebintri, & amygdalis dulcibus, nucibas auellanis, & pistachij. Co-  
medunt etiam adhuc multa, gallinas quippe arte pingueſfactas,  
autemque Indicam iniure diſolutam, &c in massum redactam.

Sed.

Sed ex omnibus pro secreto habent singulo die, dum cunct dormitum, ad decem vulgares bulbos, pro hermo da stilis à nostris pharmaco peis receptos, quos aliqui potius Colchicum esse autemant, contortus mandere, colique pluribus diebus, quindecim felicet & uirgini ad usque, frequentant. Ex quorum vīs, quod nostris mirum uidetur, nihil vel per alium, vel uomitum euacuantur, minusque aliqua molestia mulieres vexantur. **GESTA**. Hinc nostros falsis uti hermoda stilis cognoscitur, dubiumque etiam sit, eos esse Diochoridis Colchicum, cum per os sumpti nullam nostram inferunt, minimoque strangulent. Niū loci diuersitate illis collecti aliam à nostris facultatibus obtineant, minimisque ueneficam. Sed haec omittamus, atque tu reliqua dicito. **AETRUSCA**. Nulla alia sunt à te hac de re audienda, quam quæ à doctiss. ma medica Aegyptia, publice per urbem Cayri mulieres olim artem pinguefaciendi proficentes, audiuī. Ex quibus omnibus aliqua fortassis ex artis medicæ principijs ad hoc negotium desumpta cognoscet. **GESTA**. Gratum evit hanc exte etiam audire. **AETRUSCA**. Aliquæ in balneo hoc oleum epotant. Accipiunt sarcocollis, olei famini an. libram medium, Mirabolano sum chebul. xiiij. Citrorum xij. omniaque probè confusa cum oleo miscent, finisque sic permanere, quo usque in ea massa niger color cernitur, moxque colunt, & reliqua siccari sinunt, oleum hoc totum in balneo unica uice calidam bibunt, reliquaque in pulucrem tenuissimum redacta cum uino duas cunct dormitum, assument pluribus diebus exhibent. Aliud, quod eodem modo facitane. Accipiunt pīsa, amygdalarum dulicium, pulpe nucis anellinarum, pistachiorum an. dra. 6. fructuum cerebinthi, pulpe nucis Indicæ an. dra. 3. omnia simili concandunt, ab ipsiusque oleum exprimitur. Quod quatuor uicibus in balneo bibunt, & que remanent ab expressione, quatuor ijsdem diebus cunctes dormitum deuotant. Aliud. Accipiunt gallinam nigram probè pingue ac carneosum, in cuius ventrem inieciunt anellinarum confusaram, amygdal. dulc. pistachiorum pinneolosum, piserum an. dra. 3. quam hoc pačio paratam in aqua concoquunt ipsamque percoctam unica die in balneo mulier una totam comedit, & insiq[ue] ius, in quo etiam sarcocolla ebulliat, absobet, pluribusque diebus hoc mulier pingueienda facit. Eodem fere modo aliam concoctam gallinam eandem comedunt, & eius ius bibunt. Sed prius tritici mundi in aqua cum dras magistrabuntia.

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

buntia una decocti libram unam comedenda , exhibent . Quod cum ipsa comedetur, ab ipsis decapitatur, & coquitur, tota in balneo comeditur, & iustorū bibitur . Idem facit in alijs, sed alio modo gallinam coquendam preparant, nam pīsa, & triticū ad libram scmis in aqua decoctum gallinę comedendum exhibent, quod vbi totum comedetur, decapitatum decoquunt, solaunque comedunt, eiusq; ius bābunt in illa die quinquesq; hoc ille facilitare solent . Alij ijs non contente, addunt vīnum variorum clysteriorum, quibus in balneo non bis vīna a die, sed ter quaterque utineur . huos alij sola pinguedine vīsi preparant, alijs hoc clystere vti solent . Accipientes pinguedinis vīsi dra. 3. olei sīris, Id est sesamini dra. 3. furfurum triticcarū man. ij, quas furfures in aqua calide per alii quod temporis infundunt, à quibus muco lago exprimitur, qua adipi oleo que permitta clysterem faciunt . Ex hijs, quibus extra balneum vtuntur, hec à multis facilitari solent . Siquidem ante prandium exhibent quasdam pilellas ita paratas . Accipe mirobal. Indorum puluerizatorum dra. 1. huebarum ab offībus mandatarum, dra. 3. ex quibus vna commixta fiunt pilullæ . Alij consuecant singulis diebus per plures dies, vbi eunt dormitum, deuorare qui inque mirabolanos Indos, ad viisque etiam septem . Vel alijs eorundem prius intra pulpam vnius batech, per noctem vntiam singulis diebus ante prandium deuorant . Alij etiam dum eunt dormitum singula die sumunt mirabol. citrinorum puluerizatorum vntiam, mistam cum fīce olei sesamini atque saccharo candido . Alij sumunt gummi draganthi vntiam scmis, quod infundit in modico aquę per horas duodecim, cui admiscent facch. candidi tanundem, atque vbi dormizunt eunt, deuorant, pluribusque diebus facilitant . Alijz armonicaco vtuncur pluribus diebus, eius drag scmis assumentes . Demum aliquis in balneo nouem diebus sumunt sellis vaccini chirat in aqua calaf dissoluti . Nonnulli ex nobilibus rūmoris in balneo decocto radicis chinæ, nucie Indicq; atque coleassis radice alterata, vīginti dībus, & plus, ex quo auxiliū generi plures vidi emaciatas mulieres pinguis etiatis, pre fertimque parato in pingui gallinazrum iure . Paupereulz multis diebus simplicem aquam, in qua per noctem infusa fuerit feminum fēnu Græci, atque xizib Cretici scmusca, cum eunt dormitum potant, prius fēnu Græcum, & xizib comedentes . Hęc ex Aegyptia medica illa muliere, quia pinguis faciendi artem publicè per vībem

bem profiebatur olim audieram.

*De dulcium balneorum profanitate corporum apud  
Aegyptios usq. Cap. XVII.*

G V I L A N D I N V S.

**H**AEC tibi gratiam, qui ad pinguefacienda malorum corpora lecreta mihi etiam communicare volueris, que neque profrus nobis fore inutilia spero, nam multa materia, ex qua pinguedo fit, respiciunt, & dulcium balneorum tepidorum usus, adiuuat attractionem illiusce alimenti pinguis ad cutim, in qua refrigerata facile toto illo pingui alimento concrescere, pinguedo sit. At tempus est, ut tu eorundem balneorum usum non ad corporum ornatum, sed magis ad sanitatem apud eos gentes utilem etiam narres. Scio etenim illos populos plurimum illorum balneorum habere usum, num ad ipsorum tuendam, tum ad uitiatam corrigendum, atque denuo restituendam sanitatem, proinde de usu illo te in primis loqui, quo se a morbis preferuant, desidero. **A L P I N.** Usus illorum balneorum maximus ibi seruatur ad eos, qui ex itinere inflammantur, ipsorumque cutis afeicit, ac contipantur meatus his siquidem videntes, refrigerantur, atque humectantur. Quando talis sit illorum temperies, Galeno in tertio, de sanit. tuend. docente, ut refrigerent ac humectent, corporaque illorum difflanur, ijs etenim ita affectis mirum in modum ea balnea conducunt. Quod in multis septentrionem certinatur, qui ab itineribus calidorum locorum, arenosorumque, in quibus nihil est, quo ab urente Sole illi descendantur, inflammati atque exusti illis tepidis balneis ununtur. At non solum ab externa causa inflammati exustisque corporibus usus illorum balneorum magnopere conduceat, sed omnibus quoque ex iecore immodecum calido in affectis. Quia de causa septentrionem corpora immodecum calida, ac exusta ea ingrediuntur, atque ipsis lauantur. Omnes etiam, qui ex quacunque causa in meatuum curis obstrunctionem inciderunt libere ijs utuntur, calidis, qui ex frigiditate, tepidis, qui ex uiscione, & secitate id passi sunt. Multi uero ijs balneis utuntur uaeuationis gratia, quando ipsorum corpora plurimo sanguine redundant, ita

vt ab

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

ut ab ea plenitudine morbus aliquis oriri possit. Trifariam itaq; illi plenitudini ipsorum corporum prouidore balneorum vsu afflent, si quidem alij in ijs sudando , alij vomendo , alijq; perficiotionibus ad vniuersas corporis partes adhibitis plenitudinem tollere conantur, & alij etiam omnibus ijs tribus modis vacuantur. Horum plerique semel in mense ijs vacuationibus vtuntur, alijq; non punci bis saltem. Sunt qui singula hebdomada id facere studeant.

**G Y I L A N.** Quam tutò illi has omnes vacuationes in balneo exercere queant, non intelligo. quanquam rectè nostrarum, quam utilis sic vomitio maleis facilè vomentibus, maximeq; biliosis atque per restarem, quando hac vacuatione stomachus ab excrementis multis inundat. Multos etenim novi à podagra, rentumq; calculis vexatos, vomituum crebro vsu magnopere luuatos, codemq; modo, & exudatione atque frictione vario tempore «statis idem multis contigit. Sed quam inquam tutò codem tempore simul halitus resolutionem, exudationemq; atque vomitum quispiam posse perferre, non rectè intelligo. Etenim naturam à multiplici illa vacuatione haud leuem iacturam subire, stomachique praestitum calorem natuum, eiusq; omnes functiones in deterioris abire posse dubitarim. Stomachi naturalis calor in ambiente calidiorre multum exolui ex Hippoc. colligitur, qui dixit in aphorismis: Hycme ventes esse calidissimos, & aflatc frigidissimos. Neque immixtè, cum multis ambientis calor naturalem calorem dissipet ac resoluat. Corporaq; in summè calido celo degentia continua vacuationibus subiiciuntur, ex quo mirum haud est, si multis, atque magnis non egeant vacuationibus, vel potius eas non rectè perferant. Hincq; doctissimus senex Hippocrat. sub-canem, & ante canem fugiendas à medicis vacuationes insignes prodidit, hac eademq; ratione, quod puerorum corpora præ multo calore habentes unde vacuentur, magnis vacuationibus inepta esse Gal. pluribus in locis statuit. Cui igitur dubium erit, stomachum in balneo ab illis multis vacuationibus lredi oportere, atque exinde admodum imbecillum ad concoquendum cuadcre, eiusque calorem tum à calore balnei ipsum foras cuocante, tum ab halitus resolutione, exudatione, vomitione, admodum pati? ex qua illiusque membra labefactione quanplurimos Aegyptiorum ijs vacuationibus sepe indulgentibus, ad concoquendum ventriculum ineptum habuisse, atque crebreius, familiariter eiusq; membrorum cruditatibus

tatibus acidis vexari minime miror , & si non hanc solam causam illiusse membra succiperet imbecillitas eius certo sciam , siquidem à venere immoderata, ciborumq; refrigerantum atque aquæ crudæ in potu vnu, etiam stomachum multis lèdi ex te ipso audierim.

A L P I N . Vomere nihilominus in balneo humido homines facilius posse cum id stomachum relaxet , ad motumq; accomodatarem reddit, ne uno sanc contendet . Hacq; vomitione homines à multis morbis defendi , vel præcaueri posse itidem sp̄ius à multis comprobatum est . Illo vero crebrius frequentato homines ventriculo imbecillitatem aliquam comparare verissimum est , quando huicmodi membrum ex validioribus crebrioribusque his motionibus, fieri non potest, ne modo aliquo laxetur debiliteturq;. Posse vero aliquando eodem tempore simul hominē in balneo multiplices illas innoxie ferre vacuationes, experientia repugnare non videtur . Quando, & naturam id siepe in multis ægrotis fecisse obseruatum sit, ex quo non videtur omnino à ratione alienum , medicum , qui omnimode naturam semper immitari debet, quiq; hinc eius imitator à Galeno in aphorismorum Hippoc. Comm. vocatus est, itidem in homine aliquando multiplici simul eodem tempore uti posse vacuatione . G Y Z A N D . Verum dicas , nam & Hippoc. in multis ægrotis id planè se obseruasse in libris epidemicis memorie prodidit. Etenim in primo lib. de Mētōne , scriptis, ipsum quartā die sanguine è naribus atque sudore decretorie vacuum fuisse . Et mulierem trimenstruū fuisse ægrotam decumbentem in Dealeis horto, exudatione, aliquid pituitosum excretionē . Virginesq; Abderz, & Larissæ sanguinis sudorisq; eruptio-<sup>com.3.</sup> ne . Si itaque possunt innoxie multas aliquando ferre eodem tempore vacuationes, cur non multo tutius recte valentes, præcauendi à morbis causa? Quinimo hoc necessariū videtur pro molienda alicuius corporis viuersali vacuatione, medicis esse, quando varij pergandi humores varios vacuionis modos explicant, tenuis etenim ichorosq; humorcs per vrinam, insensibilem transpirationē, exudationemq; faciliter, præfertimq; in vniuerso venarum ambitu conturri, vacabuntur, quemadmodum pituitosi ac melan cholici per aliumq; & per vomitus biliosi . A L P I N . Dico itaque non ita male Aegyptios aliquos aliquando pro tollenda viuersali plethora simul uti vomitione, sudatione, atque frictione . Non omnis vero ijs omnibus simul vntuntur , aliquibus sola vomitione

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

ac exudatione contentis, & alicipibus sola exudatione, & frictione totius corporis. Plerique vero, quibus non est difficulte vomere priusquam fident, & fricenteur, copiosa excitata vomitione, in primis stomachum à cruditatibus multis, atque etiam alijs humoribus vexatum exonerant. Ut vero quisque vomat, ad decem vlpq; libras aqua, in qua glycirizæ radix, feminæq; lyciculi sint percocta, eportat, cum qua euomunt multa, & quam facile. Sed illi ratione è multum iuvantur, quicque, & facile vomant, atque stomachum multis excrementis repletum habent. Difficulter vero vomentibus, quibusque stomachus minimè copia excrementorum redundant, ne que tutus est, neque vt lis, siquidem qui difficulter vomunt, non mediocre periculum subeunt, ne vena aliqua peccoris ruinpat, & visus oblaedatur, non minusq; fauces, columella, & gala inflamminetur. Qui etiam duro stomacho constant, minimeq; excrementis multis redundant, vomitus ipsum laxiorem facit, labeficit, aptumq; facit ad recipiendam excrementorum quancunque redundantiam. Neminem siquidem latet, partes imbecilliores factas facilius fibipris mandata excrementsa à robustioribus partibus suscipere, neque fluxionibus obsistere possunt. Quamobrem ijs neque tutum, neque utilem esse vomitum puto. **G V I L A N D.** Omnia veris medicinae principijs planè respondere videntur, at de exudatione, & frictione, qua ipsi ita familiariter in balneis ijs vacuationis, atque partium roborationis causa vtuntur, velim aliquantulum agas. **A L P I N.** De exudatione hand multa sunt dicenda, cum nullis ijs medicamentis sudores prouocare soleant, sed solo calido balnei acre. Quo quisque vtens, large, & facilè sudat. De frictionum autem vlp prolixior sermo futurus est, tum quoniam illi in ijs peragendis magno studio vtuntur, tum quod sunt omnibus admodum familiares, proinde de ijs nunc prolixius loquar, quando de exudatione apud eos frequentata illud tatum dixisse sat erit, quod illi postquam vomuerint, exudant: cunctus autem exudationis, apud varios varie obseruatur, etenim aliqui horz spacio, & alij binis atque ternis etiam horis sudare solent, nunc vero de frictionibus sermouem facere incipio. **G V I L A N D.** Recite facts.

*De*

*De frictionibus, quibus Aegyptij in balneis  
utuntur. Cap. XVIII.*

## A L P I N V S.

S<sup>e</sup>s frictionum in balneis apud Aegyptios ita est familiaris, ut nemo ex balneo non fricatus abeat. Eas vero exercentes, hominem in primis per horam ferè in calido balneo commoratum, qui vomuerit, vel fuisse exudauerit, in felio sedere iubent, ac sedenteis omnes partes corporis manibus varijs modis perfringant, atque excrecent. In primis q̄ à pedibus incipientes, eos anterius, retroius, sinistrorsumq; mouēt, & mox crura, & coxendices undeque ter quaterque postea ad manus exercercentias pertransirent, quas itidem eodem modo mouenter, ac manibus stolidentes exercent, singularim vero singulos manuum digitos, & mox cubitos, atque ab his humeros, & scapulas, abhinc collum primo, caput secundo, tertioq; pectus atque dorsum, ut videquaque sectatur fluident. Quia singularium partium motione finita, quam singulariter, & quater fieri contendunt, hominem supernum humi decumbere, atque hic distendi supra pavimentū, (quod omnes camere habent ex lapillis marmoreis perbellè paratum,) iacent, corpusq; vniuersum molliter fricare deorsum versus à pedibus incipiunt, in primis anteriorē vniuersi corporis facie, mollier per singulas partes perfricantes. In hac vero uniuersali fricatione tribus frictionum generibus utunqur. Prima etenim, quam molisuntur est mollis, & mediocris. Secunda mediocris ac multa. Tertia est dura, & mediocris. In perficanda uero tota anteriori corporis facie, à pedibus, ut dictū est, exordiantur, ipsorumq; omnes musculos per rectum, sive per ipsorum longitudinem, manibus superne deorsam dimotis, ab articulo ad articulum perfringant, quod illi tanta concinnitate, & peritiae perficiunt, ut non fricatum nullum articulum relinquant. In primis itaque anterioris faciei pedum omnes musculos medio-criter, ac molliter volis manuum fricant, simulq; etiam omnes articulos, & postea musculos, malleorum, tibiarum, poplrium, ac coxendicum, molliter, ac mediocriter, fricant, & mox manuum, cubitorum, humerorum, & scapularum, & post hos vultus, colli, pectoris, ventrisq; interioris idem

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

idem per omnes musculos præstant. Finita hac in postica corporis parte frictione, corpus in oppositum, uel contrarium mutant, ut posterior pars recte fricitur, quam nos secus, quam anteriorem perficant. Atque hæc prima est frictionum differentia, quam primo in toto corpore exerceant, quæ ut dictum est, est mollis, & mediocris, quam volis manuum plerique operentur, & nonnullis inunctis oculo se fanno. Post hanc, paucis post secundam factat, quæ inter molleum, & duram media, arque in alia existit; nam sit in nuperdictis omnibus corporis partibus prolixius, & durius, quam panno lineo crudo omnes exercere solent. Tertia, quæ postremo fit, aspera, prædura quæ est, atque mediocris, hancē panno aspero ex caprina lana parato præstant. His tribus frictionum differentijs absolutis, corpus universum à planta pedis usque ad verticem capitū communī sponē illi emplastrant, & deinde calido dulci balneo cutim lauant, atque ab ea immundicias absbergunt. A lotionē pudentia pilis nudant emplastro casum illorum subitanum præstante. Demum pedes per horam emplastrant mappa quadam ex puluere archenda, & aqua communi parata. Puluis hic fit ex folijs ligustrī Aegyptijs, Alcanna, & elhamme ab ijs vocati. Hæc palla mirè humidis, & stentibus pedibus iuvat, nam valenter siccatur, adstringit, ac roborat, ita ut multò adiumento sit ijs, qui pedes imbecillos habent. Colore etiam aureo eos exornat. Populares etenim mulieres confuetudine sibi manuum, pedumq; vngues eo colore tingunt. GVILAND. Usus harum frictionum in illis balneis optimis medicinae conseruaticis principijs reōe respondere cognoscitur, quando & Gal. in 2. lib. de sanitate tueri da dixerit: Frictio viu haber soluendi, ligandi, carnem angendi, minuendi. Nempe dura ligundi, mollis soluendi, multa minuendi, mediocris carnē augendi. Atq; ut audio pleraque Aegyptiorū corpora, multo sanguine exuperant, quibus tum balnea, tum frictiones illas posse conducere arbitror, quod ijs ipsorum plenitudo tollatur, exindeq; corporis oborta grauitas, laffitadineisque nō minus, ipsijs interim desperita appertenit robur, quām facile comparatur. Etenim in balneo primo calido, & humido corpora per insensibilem transpirationē, atq; sudorem tenuioribus succis vacuantur, moxq; contentos in musculis, articulisq; motione, & frictionibus molibus humores resoluntur. Prima vero, quam in balneo tentant, frictio, quæ mollis est, cutem aperit, atque laxat, in

zat, in qua multis sanguis ex valvula corpore trahitur, ex qua frictione medio-criter via is parum resoluuntur, caroq; ab eo gignitur. Vtiusq; ob id huius frictionis apud mulieres, ut impinguant, ibi est affectatissimus, ea siquidem de causa molli à cibo frictione hæc vtuntur, ut extra attractum alimento non dissoluatur, sed in carnem, vel adipem vertatur. Secunda frictio, quæ molli est mediocriter, atque multa, multum attracti sanguinis resoluit, & evacuat, cutaneosq; multoplus meatus aperit, & laxat, ex qua corpore animal tum tum vacuato, tum laxato, tertiam frictionem, duram, mediocriter moluntur, ad sistendam resolutionem ac vacuationem, atq; ad cutim densandam atque firmandam. Duro etenim asperoq; panno ex caprina lana, cõtexto, cutem parum vel mediocriter omnium corporis partium fricant. Apparet itaque illarum frictionum usum non esse pro vacuandis corporibus omnino spernendum. Ceterum hinc non leuis oriri difficultas videbitur, quando non eque illis frictiones omnibus corporibus, pro qualibet tollenda humorum plenitudine, conducere posse non imminet sit suspicandum. Siquidem humores calidi atque tenues, suapte natura, & quam facile per cursum vacuari queunt, frigidæ uero ac crassæ nequam, quod Gal. in lib. 3. epid. his uerbis docuit, dicens : Sepe enim dictam tam est, ut humores corporis calidores tenuioresq; paratissimi sunt ad excretionem : Crudis uero & crassis, aut per abscessum aut per sympepsam, idest concoctionem natura medeatut. Ex quibus frigidis humoribus atque crassis corporibus exuperantibus pessimè has frictiones posse conducere arbitror, quando ob crassitatem per tenues corporis meatus illis permeatio non sit comoda, veluti ijs que tenuioribus calidioribusq; abundant multi sole adiumenta has affirmare possumus. A. r. n. Quanquam eam ob causam multi crassis, frigidisq; humoribus exuperantes mirum in modum ab ijs frictionibus ledantur, multosq; ego hac causa in difficiles viscerum obstrunctiones incidiisse obseruauerim, & alios in puridas febres, nibilominus uocantibus copioſoribus, ut Aegyptij priusquam fricentur, facere conuescunt, stomacho à cruditatibus probè purgato, illos innoxie ac tutò fricari eo modo posse dicere. G. v. l. s. Cum, te affirmante, pleraq; illorum corpora, stomachum ex superiori à nobis cognitis causis imbecillum atque infirmam obtineant, crebrioribusq; cruditatibus vexentur, non minusq; exinde continet ea corpora hypocondria habeant aliqui-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

bus cruditatibus, ac flatibus repleta, nō video, eos tutò fricari posse, etiamsi copiosius in balneo prius vomant, vniuersa etenim die in multis multa redundancy excrements, posse vomitu expelli non cogito, quamobrem cogito illas frictiones multis multarum obstrucionum occasionem esse possit, ut ex Gal. lib. 4. de sanit. tuen. & 8. meth. med. proditum est. Auctiothesq; acriter Galenum, in lib. de sanit. tuend. docentem febres ex cruditatibus ortas frictionibus curari debere, damnat, quod corpora illa perficata, quinias obstrunctiones incident, minime effugere possint. Causè itaque vias illæ vacuandi corpora per frictiones tractandas erit. Sed nunc tempus est, ut ad quos morbos tollédos ijs vraniorum balneis, narres, quando iam fatis superque de his frictionibus à nobis dictum sit, non defant rationes multæ tripli parti fauentes, quibus carum vñus siaderi, & disuaderi poterit, quod nostrum non est in præfessione contemplari. Sequere itaque reliqua de vñi balneorum in curatione malorum morborum enarrare.

### *De balneorum apud Aegyptios usu ad varios morbos per sanandos. Cap. XIX.*

#### ALPINVS.

**A**ttus illis ex aqua dulci paratis non fecus quam antiqui vtebantur, Aegyptij nostri temporis ad varios tollendos morbos uti soleant: nam ijs interim humorum minuentes eo modo, quo dictum est, plenitudinem, corpora à multis morbis ex plenitudine ortis subleuant: interim, cutis meatus adfrictos, atque ex calore, vel frigore, vel siccitate coniuentes aperientes, multas febres exinde genitus sanant. Multasque tum internas tum externas inflammations perfolusint. E:enim balnea illa, ubi volunt, vacuant humorum exuperantium, cutis meatus laxant, aperunt, & inflammatas partes aliquando refrigerant, ac siccatas humectant, carnemq; nō misus à cibo vntes generant, atque ob id gracilioribus viles existunt. Gyrlana. Pro quibus autem particularibus morbis, ijs Aegyptij uti soleant, scire

scire cūpito. A L P I N . Usūlum illorum exercētū ad febres ephemerās omnes ex caliditatis , frigoreq; , nec mīnus ex siccitate obortas , atq; etiam ad putridas , quæ ex copia sanguinis , biliis amar; , atque exulte oriuerunt , ad hæc tias quoque , & ad omnes inflammations , melancholicas , variolæ cutis desquamationes , & ad luen veneream , ad suppressasq; menstruas purgationes , atque etiam ad earundem immoderatos fluxus , ad ophthalmias , hemorroidum dolores , & vixne suppressionem . G V I T A V D . Mirum non est , si balneorum ille virus , vel illorum in orbo rum causis , vel ipsius motibus , dum rōdū omnia comparcuntur , eos prodere posse esse . Etus , in febribus frē omnibus balnea ex dalcī aqua parata usum r̄sque in antiquis temporib; apud omnes præcipios medicos , habuere , neque immiscitū , cum ea tali sint tempore ac facultate praedita , qua cūficiunt , humectant , refrigerant , siccant , evacuant per poros entis . Gal. enim in 3 lib. de sanit. tuer. de ijs dixit : Dulcium cūfuctarū aquarū , si media temperie sint , uis calida , & humida est : si repido- res sint , humida , & frigida : quod si iusto calidiores sint , calida qui- dem , sed non perinde humida . Ex quibus dignoscitur illorum balneorum usum febribus , atq; inflammationib; etiam esse uti- liissimum . Si quidem omnes febres in hoc consueunt , quod in ca- lore , & siccitate consistunt , siue ipsarum essentia ignea existit , quam corrigerac delere possunt tepida dulcia balnea , quippè que refri- gerant atque humectant , ex quo oenab; febribus causis coniunctis carentibus ipsa nālde conducere uidentur , atque etiam alijs sumi causas habentib; quales putridæ existunt , que pro causis , exuperantiam uariorum humorum putridorum , atque uasorum obstrunctiones habent . In ijs etenim & si febrium ratione balnea conueniant , non tamen in principijs ipsarum , quādo prius febrib; causa sine auferende , que ferē contraria medicamentis auferuntur . In Ephemeris vero febribus causis cūcuntibus ita ut in prin- cipijs homines in balnea tepida dueūt , ncluti eos quibus una cum febre que plū etiā causa adeſt , qualis obstrūctio cutis meatus exigit , uel meatus ijdē ex siccitate constipati , in cunctin balnea moderatè calida in primis ducent , & mox in repida , illis etenim conuenient calida , quia apperuent obstrunctiones , quibus sublati , mox repida conuenient . & ijs quibus curis ex siccitate constipata remanit , tepida maximè consueunt , que refrigerando atque hu- mestando tum causum , tum morbum respiciant . Quod Gal. in lib.

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

8. meth. cap. 3. docuit ijs verbis : Quippe in prima accessione inclinante ducendi in balneo omnes sunt tum pinguiser simul ac mobiliter fricandi, ij quidem qui ex aliquo, quod eum adstrinxit, laborant, sicut dictum est. Qui vero ex necessitate, fricandi quidem & ipsi, sed parcus, lavandi autem uberiorius. Qualia utsro illa sint, que ad hecicas febres atque ad purpuras, ex te nunc scire cupio. A. i. p. 1. n.  
Vtius eorum balneorum apud eos non unus observatur, sed multiplex, quando alij balneo utantur tepido, & alij frigido. eo profecto modo, quo Gal. hecicos lavandos docere in lib. i o. meth. med. uidetur, attamen illis non usus de frigidis utuntur. Tepidum balneum, quo uruntur, alterant laetitia, uolus, loso. Aegyptio scilicet nemuphare, endiuia, fuscus, hordeo, coriandro, solano, malua, folijs nitium, papaveri, alijsq; refrigerandi, & chanctundi facultate præditis. Hi uero obseruantes ex his febilem calorem hecicorum nihil diminui, ad frigidum balneum accedunt, sensim ac sensim ad frigiditatem per repuditatis gradus ascendentes, à tepido, siquidem ad minus tepidum, & ab eo ad frigidum, & postea ad magis frigidum ascendentes, corporaq; tandem tota subito in aquam frigidam iniecient, ut reque sunt omnès partes corporis alterentur. In putredinis etiam febribus, apud illos uetus balneorum est frequentissimus, eo etenim in omnibus tum continua, exceptis pestilentibus, cum intermissionibus familiarissime uruntur, non tamen in principijs, sed quando febres statim adpexa sunt, uel declinare cuperint. In his etenim calidis balneis singulis diebus ante cibum segrotos immersunt, eosq; ibi per horam morari iubent. Gvila se. Corpora eruditatibus, sciatatia balneis ut non debere Gal. pluribus in locis docuit, praesertim qd; in lib. i o. meth. med. quando ex balneo tridates funduntur, ac liquantur, atque facile innivestra fluere possunt, praesertim qd; si aliqua sine imbecilla. Gal. etenim in balneis tria fore obseruanda præcepit, nempe ne qui balneantur aliquo pacto horreant, secundo, ne ullum uilcus imbecillum habeant, denumq; ne multitudo crudorum humorum in primis uenis adit : Quo ab ipso in lib. ij. meth. med. hissec utris docentur : Tribus enim hissec balneo, quod in quacunque febre adhibebis, intentus sis opor- ter: uni quod citra horrorem sit administratum: Secundo, quod, nullum prime nocte uiscus sit imbecillum: Tertio, quod multitu- do crudorum humorum in priuis uenis non continetur. Horre- namque (ut prius dictum est) non solum intendere eam præcon- tem.

tem febress potest, sed cum non sit, eam interim excitare: Partes vero imbecillæ, liquatoe iam humores magis recipiunt: quam ante quæm liquaruntur: Crudorum vero humorum copia in totum cor pus digeritur. Horum si nihil obfet, ex balneis duo hæc ægro compendio accedunt, & quod redundantur humorum aliquid vacuitur, & quod multum fæbris calor transpirabit. Quamobrem ex his colligitur, quomodo feblicitantes balneis vni debant, ut ipsis utilitatem afferant, ex quibus non video, quamobrem Aegyptijs corporibus, tamen balnea conducere queant, quando alias ex te audiunt illorum corpora sicut conueniunt in primis venis multis cruditates habere A. P. N. Verum est, at quis est putrida febris corruptus, cuius nunquam ad vigorem vel decrementum etiam febris, venie mœfentorij cruditatibus minime repletarunt? idcirco illo tempore balnea neutriū sunt esse, affero, sed ubi illæ cruditates consumptæ sunt; qua ratione neque in principio accessionis, neque in incremento, quidam neque cutis incutis peruij facti sunt, neque excrements digesta, Galægrotantes balneis vni debere meminit in lib. 2. meth. iia dicens. Quo rationabilius nec in febribus significatiōnis principio, nec incremento quisquam ægrotantem luit: quippe densata est hoc tempore, coarctataq. & cunctis ipsis, quo sub hac haberet, carnea substantia. At in febris inclinatione incipiente, aut iam progreſſi. & nos sepe, & alij medici nonnulli multos saepenumero ægrotos lauantes, non parum his contulimus. Quare cum Aegyptijs quoque ægrotantibus in primis duabus morbi temporibus, quippe in principio & augmēto, primarij venarum cruditates, quibus & ipsi emperat, planè digeruntur, meatusq. cutis, & carnis substantia aperiantur, balnea impotens, & cœxia esse videntur, in alijs vero temporibus ipsa utilissima existit, præfertim q. corporibus calidioribus, calidioribusq. febribus corruptis, quibus visus illorum balneorum familiarior, ac magis peculiaris ibi obseruator. Etenim quanquam his balneis omnes indiscretiarum feblicitantes ventur, tamen corpora biliosæ, atq. adusta, que aceritibus excrementis abundant, igneis febribus correpta magis in familiari visu illa habent. Neque id iniuria, cum si ea tempore aliquibeantur, non modo fuliginosorū excrementorum acrio[n]ia, verum etiam totius natiue sanguinis, hepatisque præfertim fervorū ac acutem compescant, evacuent, & humectent, cutimque levant. Quare in biliosis febribus, atque adustis illorum balneo-

## DE MEDICINA AEgyptiorum

rum ibi juremeritò est frequentissimus vius. Corporaque illa in primis in aërem temperate calidum paululum versari sinunt, in quo exundant, atque cutanei meatus laxantur, mox oleo violaceo vel nempharino ab eis inunguntur: & tertio in aquam tepescam mergunt, finanteq; ibi tantisper morari, quounque aqua balnei omnem calorem amiserit, frigidamque redditam q; gri amplius innoxia ferre non possunt: qui è balneo cuncti linctis abstergitur, atque exsiccantur, in lectuloque positi aliquantisper dormiunt, mox cibore reficiuntur. in intermittentibus febribus, diebus tātum, quibus æ gri febre non tentantur, in balneum ducuntur, speciatimque in febribus amphimerinis, duplicitibusque spurijs tertianis, quartanis, in iiii etenim tempore accessionum à balnēis abscent, in tertianis vero exquisitis, vel multum ad ipsarum naturam accedentibus, quotidie balneo uruntur, atque aliquando bis & ter, in corporibus gracilior ac squalidiori habitu, temperamentoque exusto perditis, quotidie frequentant, neque mērum cum Gal. de his in primo libro ad Glauc. tertianarum febrium curationem do-  
cap. 7.  
,, cens, dicerit: Balnea vero calida ex aqua potabili profundunt tū quia  
,, aliquid bilis educunt, tum etiam, quia sua qualitate plurimum  
,, suunt: nam huiusmodi omnia balnea humectant, ac potentia  
,, refrigerant, atque hec obiter de usu balneariorum in putridis febri-  
bus diaismus, quibus illi n̄ minus familiariter videntur ad plurca  
alios morbos, n̄epe ad oculorum inflammatiōes: nec ad oculos mo-  
do ipsos, sed ad uniuersum corpus, ut corpora exscent, atque  
contemperent. Sunt aliqui, qui pluribus diebus in baneis illis  
exudantes, atque hepatitis flammeam quilitatem ijs contemperan-  
tes, à Gallica luc fanari arbitranur, qui quanto in errore sint, po-  
ste a cognoscunt, qui intermissa noctis sobrietate, & usu balneorū,  
quibus ipsorum corpora infanibantur, ac siccabantur,  
rursum eodem morbo ægrotant, ipsdemque symptomatis galli-  
cis confunduntur. Sed quid dicemus de melancholicis, qui his  
tepidis baneis tum in uniuersum corpus, tum præcipue supra capi-  
tis futuram coronalem stillantibus perfectè sanantur, de  
his fatis. Ac si placet hoc tandem sermone diem claudamus. Cra-  
ftina die pollicetur me tibi viro doctissimo omnia tum simplicia, si  
composita medicamenta, quæ apud eos in frequenti usu existunt  
narraturum. Quorum historiam non minus, quam exterè hucus  
que à nobis traditæ, utilitati, & uoluptati fore iudicio. finem igi-

L I B E R T E R T I V S. 116

ter hodierno sermoi imponamus. **GVLTIANSIVS.** Satis  
loquendo ambo defessi sumus, ut nunc consultius sit, paululum  
quiescere. Libenter te crastinane expectabo, ut medicamenta  
ta ab ea gente visitata ex te tiam audire queam. Vale.

F I N I S L I B R I T E R T I I.



# PROSPERI ALPINI

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

LIBER QVARTVS.

*De medicamentis alterantibus, quorum est apud  
Aegyptios usus. Cap. I.*

G V I L A N D I N V S.



R<sup>e</sup>te Sole, quando iam in locum nostris sermonibus constitutum oportueat venimus, ne tempus frustra conteramus, cum multa hodie de medicamentis ab Aegyptiis vistatis nobis dicenda superfas, iam de his ipsis sermonem aggrediare. In primis vero illa medicamenta, qua pro alterantibus corporibus, & mox purgandis ea gens sequitur, mihi prius narrato. Spero enim illos medicos aliqua ex illis in usum habere, quorum notitiam, & novitatem rei, & causam utilitatem, mirum in modum nobis profuturam, veleptaque futuram arbitros. Expecto itaque de his nunc, ut loquaris. A. 1518. Quanquam nihil ferre habeam, ex his, quod tuis auribus dignissime esse iudicem, nihilominus, ne laborem subueni fugere videar, quae per hos annos ibi in medendo obseruauitribi dicere non recusabo: Quae qualia et sint, ut quoque facilis coniectura assi qui potes. Situs enim locorum, boninumque loca habitantium peripeteas ac cognoscere nature, usum familiarium medicamentorum communis quadam ratione medicis significare videntur. Siquidem celi frigidiiores plaga habitantes, quod corpora exinde habeant frigidiora, calida medicamenta frequentare obseruamus. Contra, qui sub calidiori i celo degunt, quia calidioribus corporeibus praediti sunt, frigida appetunt, ac pro suenda ipsorum valetudine, refrigerantiam medicamentorum usum apud illos est frequentissimus. G. V. I. A. 1518. Vera loquacris: Hincque Germani, Boemi, Poloni, Angli, Flandri, atque alij frigidarum regiom populi, usque adeo aromatum usu decitantur, ut maxima piperis, zinziberis, Galophyllorum, nucum, allorumque omnium.

nium aromatum apud illas nationes copia absumatur, itidem arbitror, ut hi callicantia medicamenta sequuntur, ita calidaria regionum incolas frigidis oblectari ac gaudere, atq; exinde vsu prefrigerantium medicamentorum ipsis esse familiarissimum, præsterrim verò Aegyptios, ut ex te alias audiui, ea de causa plus & quo refrigerantibus indulgere. Ex quo etiam malos ibi cum uiuendi, tum medendi usus, uel potius abusus originem duxisse rectè arbitrari possumus. Quandoquidem incolæ frigidorum locorum ab vsu refrigerantium plusquam opus esset, simentes, vsque adeo à refrigerantibus tum cibis, tum medicamentis cauere, & abstinere solent, vsque adeo q; vsu calidorum amplecti, ut refrigerantia planè negligant, non tantumq; inutilia, verum etiam fibi valde noxia esse autem: exindeque refrigerantia omnia medicamenta abhorreant, ac fugiant, adeoq; vulgo ob eam causam calificantium usus receptus est, ut illum immodec sequentes, in causa fit, ut plurimi populares morbi, per ea loca ferè assidue graffentur. Plures enim Germani, Poloni, atque alij frigidaruin regionum populi ob eam causam à frigidis cauentes, uinis generolis, aromatisq; nimium indulgentes, hepar immodec calificunt, atque exsanguant, ex qua tempore qualia oriri soleant mala, nobis obscurum nō est, & cum ab his tamen abstinere nolint, eos brevitorum uitani vivere, mirum non est. Eodem quoque modo aliis me dixisse memini, ex frigido rum frequenti, & continuo vsu, Aegyptios in multis morbos incurrire: atque hanc esse ex præcipuis causis unam existimo, qua terra Aegypti calidiori celo uteris, corpora pleraq; sanguinea, ac pituitosa gignat, & quod magis admirandum nobis videatur, ea loca populares morbos frigidos plerosq; pari, ab hisq; plusquam à calidis incolas uexari. Sed cur mihi cupienti ex te cibos, atque medicamenta, quibus illi utuntur, audire, egom ne impe dimendo sum? A i r i s. Ne ab incepto sermone discedamus, dico in primis, Aegyptios ob multis ambientis calorem, uictum, medicamentaq; vi refrigerandi atque humectandi prædicta præcipue consecutari. Plerique enim pro uictu omnia edulium genera, quæ ex lacte parantur, usurpant, maximeq; lac acetosum, quo omnes ibi libentissime, atque familiarissime uescuntur. Pluresq; paupercula lac comedunt, cucurbitæ, cucumeri, laetucæ, endivie, portulace, uel alij ceteris refrigerandi vi prædictis minutissime incisis, mustum. Oleumq; quibus eos uisci consuetudo est, sunt Melochia, bammiq;, frumenta,

Ques,

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

Etus, lactuca, endivia, soncus, cotyledon, portulaca, culcassie, radices, quas quilibet ibi familiarissime varijs modis paratas comedit. Atque ex fructibus, cucurbitae, cucumeres, melia infana, Melones, anguria, Meli fructus, fucus nostrates, & siccatori, qui sunt nostris latiores, breviores, atque longe insipidiiores, limonia, atq; aurantia, daclili, fabæ, cicres, atque pisæ viridia. Ex radicibus, vñ nuper dictum est, culcassie est frequentissimus virus. Arundinum quoque viridium, ex quibus saecularum ibi exprimitur, in cibo apud eos virus est familiarissimus. Pro potu plerique fluorinis Nilis aqua perpetuo venatur, siquidem illis vinum lege interdictum est. De medicamentis itidem dicendum est, illa etenim sequuntur, que refrigerandi, atque humectandi facultate sunt praedita, qualia existunt Nymphaea, papaveri, ipforumq; succus, ab ipsis ashion, à Grecis meconium, & à latinis opium vocatus. Psyllium, coriandrum viride, quod etiam in ferculis in frequentissimo est virus. Endivia, soncus, cichoreum, lactuca, plantago, Melochia, malva, rosa, sandala, limonia, cytria, atq; acacia. Interim etiæ ex calidis vntunent, meliloto, fenugreco, amaraco, menta, camomelo, anetho, liquoritia, séniculo, aniso, atque alijs multis. Berberis fructus in medicina virus valde frequentant, quos purant cor multum roborare, viresq; reficiere, ac perfrigerare, sitimq; extinguere, in febribusque ardoreibus, atque pestilentibus ijs paratis ut solent. Horum siquidem libram in vale magno aqua pleno, vel duodecim etiam aquæ libras continent, mutuant cum nonnullis seminibus séniculis, vel frustro panis, atque per noctem, vel diem sic manente volant, deincepsq; de frigida hac expressione, per eolum transfusa, cum facilius multo rosiero, vel simplici, vel syrupo ex acido citri largè ægrotis propinan, qua potionem calorem febrilem sitimq; extinguunt, viresq; reficiunt, atque etiam putredini prævali de oblitunt. Prastantissimum auxilium ad alii fluxiones apud eam gentem sua adstrictione, habetur, eoque potu ego olim ibi pestis, ra febre correptus, cum immoderata diarrhoea biliosa, libenti, sine felici cum successu, Aegyptiorum medicorum consilio sum virus. Cum autem volant, hos fructus non modo reborrare, sed etiam album solucere, tamarindos ipsis miscent, aut manan, aut terengibil. C hinc radices ex proximis Indijs delatae virus apud eos est familiarissimus, non tantum ad Gallicum luem, sed ad mulces alios inumeros morbos curando, praesertimque pro emaciatis,

emaciatis, atque gracilioribus corporibus. Huiuscē radicis recentis ex iure gallinarum nigrarum pinguium decoctum per multis dies propinantes, corpora carne replent, pinguisq; reddit. Id etenim, præterquam, quod corpora pingua reddit, cutē etiam faciei sic pulchram efficit, vt si illiuscē vires nostrę mulieres recte aliquando experientia didicissent, huiusmodi chinæ radix apud nos cariori pretio, sine dubio venderetur. Raro ligno Indo, vel saliperilla ij vntuntur, eius regionis merito calorem timentes.

Mulieres panperculæ sumptum pro alijs ferre nequentes, vulgares hermodactilos, quibus communiter nostri pharmacopole vuntur, modicè contullos, qvè atque nos castaneas edimus, mulcos unica vice, ad impinguescendum, deuorant, ex quibus neque plus aliquo pacto turbatur, neque aliud quipiam mali accedit. Hinc nostri pharmacopole scire possunt, quantum illis, pro vero hermodactilo vntentes, laetentur errauerint. Egoq; hos non parum admiratum sum, quando Aegyptiæ mulieres earum radicē (quas sine dubio, si modo Dioscoridi credendum sit, Cholchici esse quilibet herbarum materie peritus fatebitur.) per multos dies ad decem, & plures etiam eundem dormitum sum plute, inflarq; castanearum comedisse, sine vila noxa ibi sapienterem. Est etiam illis in vñ frequentissimo semen illud bonab ipüs appellatum, & quo illud decoctum parant, de quo posterius loquemur. Huic omnes non fecus quidam nostri in publicis tabernis, vinorum portationibus, operam dant. De eoq; sigulis diebus sepe admodum calenti interdiu, sed maxime mane ieiuno stomacho large bibere consueuerunt. Si quidem ipso ventriculum calefieri, roborige, apud eos compertū sit, non in inusq; etiam viscerum obstrunctiones tolli, quotidie experiantur; Mulieribus ad euocandos menses præsentanum est remedium, apud casq; in vñ est frequenter, quibus diminutæ fluentibus, eius decocti probè calentis multum eruant, paulatim modicum sorbitantes. Sic cum in vñ est apud omnes, ut paulatim ipsum deglantiant. In vñ etiam satis frequenti sunt semina laetucæ, Altheæ, maluæ, coqueteris, melonis abdellauæ vocati, papaverisque virtusque. Albi quidem semina sanitatis tempore libentissime, largissimeque comedunt. Vnuntur etiam fruticis cuiuspiam floribus, salicem emulantib; quem alij dan, alij calaf appellant, ad mulcos morbos, præsertimq; ubi eorū patitur, nam aiunt, cor ijs maxime roborari expertum esse, satisq; va-

letiner

## DE MEDICINA AEgyptiorum

Ienior excellentioni putredini obſistere, febresque delere. Hincq; eis ad peſtiferas febres utuntur frequentissime. Flores etiam al-  
tius fructis ei haute diſti, qui eſt Alcanna Auicenop; maximè fre-  
quentane, ad dolores, caput ex frigida cauſa infestantes. Et quos  
proprieſta ex caſſe arbore colligunt, pro omnibus lenientis dolori-  
bus, maximeque in podagra habent itidem in vſu. Utuntur fre-  
quentissime & ſi minibus pſyllij, maximeque in febribus ardentib;  
bus, quorum infuſum, ſeu mucilaginem, in his febribus tutiſſime  
propinuant grotis. Ex quo proſpicitur errare cum Diſcoride  
omnes, qui pſyllium venenum eſt ſcribunt; quando ibi tutiſſime  
nominis ab eo unquam iſo, pſyllium affimatus. Opoſalfami  
quoque, quod illoc ex ſylici Arabia legitimum, ac ſyncerum de-  
tertetur, ad multa mala viſus apud eos eſt familiarifſimus, præcipuq;  
que ad mulieres ex veſti frigiditate, atque humiditate ſteriles, per  
elyſtere intra uterum injecti. Expertum eſt ſepſiſſime, ipſum ad  
id magnum auxilium eſt, quibus imbecillas, laxus quippe, ac  
frigidus eſt ventriculus, id per os ſumptum maximus eſt adiumenti.  
Eiusſiquidem calorē ualde fouet, auger, ac roborat. ex quo ad iu-  
uandam concoctionem ceteris omnibus fine dubio preſtat. Opij,  
quod ijs affion nuncupane, uetus hi frequentiſſime, cui longo tem-  
pore ſic illi affeſcent, ut mox, vel trium etiam dragmarum pon-  
dus aliqui tuò per os affumere audiant, eo homines duarum ho-  
raram intervallo bilares fieri arbitrantur, promptioresque in ob-  
eundis ipſorum numeribus, maximeq; ad bellum, atque uenerem.  
Ibi que vulgus fabulatur, milites in bello, qui eum ſuc eum ſumpre-  
runt, omnes bellū timorē deponere, ſicque ferociores ad ſubueni-  
dam pugnam fieri, ut quilibet belli inconuenia fortiſſime ac stre-  
nuoſiſime deinde ferant. Non pauci euī ſunt, qui eum affumen-  
tes, opinantur, ſe per ſeminum varia pulcherrima, amnissimaq; vi-  
ridaria, atque amara puellas viſuros, ſequi cum ijs obliꝝ etiarios.  
C V I L A N D. Necio unde affirmas, eam gentem opio, Cypciſ me-  
conio, atque ab ipſis affion diſco, tuò vel innoxię vi, quando tute  
ipſe in libris de preuidendis morbis, à te olim coſcriptis, plu-  
rima ſequiſſimaque ſympromata ex vſi huius ſucci concitari ſcriptum  
reliqueris, atque ab omnibus tum Cypciſ, tum Arabibus medi-  
cinae neconium, ſeu opium, ſeu affion in numero frigidorum medi-  
camenſt, ſuin recenſicatur. A L P I S. Hand eſte absurdum, ut ho-  
mines aliquorum venenorū viſui affuſciant, tibi planè uotum eſt,

p̄fserit, si quispiam eo uti à minima quantitate incipiens, p̄a-  
 latim, ac gradatim ad maiorem quotidie accēdat. Quod Anus Ache-  
 nensis, Galeno his verbis in lib. 3. de alimen. fūcul. docente, eius  
 p̄celebris memoria est fecisse dicitur, etenim ea à minima eicu-  
 te portione auspiciata, nullo detrimento ad permagnam pro-  
 gressa est copiam: principio enim pacum exiguitate ipsa deui-  
 chia est, at conuictudo naturalē redditit. Multi Aegyptiorum  
 in ista erronea opinione a lep permanent, vt ab affīm pro opio  
 multa se per soūrū spectre imaginentur, atque pro certo ha-  
 bent omnes opium per os suū multa operata viridaria, puel-  
 lis, & cū illa id genus esse spectaturus. Quorū deliramenta lesa ima-  
 ginatio aliquando in hominē pariat, neminem medicorum latere  
 arbitror. Mirumq; idecirco haud erit, illos ea im- ginatione, quōd  
 omnes vñ opij multa videant, deductos, eo deuorato somno gra-  
 uiori captos, quippiam rerum desideratarum ipsorum imaginatiōnē obiectarum, somniare. An verò verè quiequam eis opij vñs  
 conduceat possit, non est, quod tibi persuadēam, quando te non la-  
 tectat, ipsum præualidum vnenum esse, ac nullo pacto iuuare, &  
 omnino homini nocere. Negandum tamen non est, quamplures  
 Aegyptios opium quotidie fumentes, nullam noxam sentire, eo  
 longa scilicet consuetudine à natura superato, & in alimentū quo  
 quo modo verso. Hincq; fieri puto, eos qui ipsum quotidie deuo-  
 rate consueuerint, aliqua die intermitentes, hora, in qua assuē-  
 bant, in grauiissima symptomata incurrere; Animis siquidem deli-  
 quio fastidiofissimo ipbi tentantur, nulloq; auxilio sic raro liberan-  
 tur, quām rursus opium enorantes. Multos ab hac seruitute libera-  
 tos vidi, si in hora, qua soliti sunt ipsum capere, largius ex vino ere-  
 tico, pipere, atque alijs aromatibus alterato potent. Verum etiā  
 affirmant eo viu recte se valere, minimeq; Izdi, tamen eorum cor-  
 pora valde frigida redduntur, functionesq; deteriores sunt, ebrijsq;  
 atque torpidi ferè perpetuo apparent. Singula, quae sunt à me vi-  
 fa, ex opij vñ symptomata, in libris de præuidendis morbis in Ae-  
 gypto mēmorix prodit, extant, ad quos, qui hae de re plura scire,  
 volunt, nos remittimus. Sed adrem modō redeo, reliquaq; medi-  
 camenta ab illis vñstata persequor. Habent siquidem alia multa  
 composita medicamenta, quibus animi gratia vtuntur, veluti de  
 opio nunc dictum est. A quibus per os sumptis inquietant se tru-  
 ta per somnium videre, de quibus, nisi nunc multa decocta, quæ  
 medicinæ

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM.

medicine causa virginitatis, exposturus esset, longiorum sanctorum sermonem tibi fecissem, cui tamen finis iam est imponendus. CIVILIA. Haud in uile, neque iniucundum fore existimo, si ante quam ad illorum decus te conferas, illa eadē medicamenta, quæ animi gratia ab ea gente assumuntur, edissemus. In memoria sanctorum habeo, dum per Aegypti loca olim diuersarer, multos eiusmodi medicamentis veluti chloros, ac amentes factos, multa capite, oculisque, praesertim delirantē facientes inspissis, de quibus aliqui ex Turcis, qui nūhi tam ad securitatem astabant interrogari responderunt, illos esse, qui herbam animi gratia comedere solent, quiq; etiam confirmabant illos tunc in somnijs multa letissima viridaria, amatasque puellas videre. Multaque alia de ipsi dixerunt, quæ mihi risuvalde digna videbantur. Itaque de his etiam aliquid aliud te loqui, desidero.

### *De medicamentis ab Aegyptijs animi gratia usitatis, quibus sperant his deuoratis, varia exceptata in somnijs se visuros. Cap. II.*

A L P I N V S.

R : I : V : S : Q : U : A : M : tibi ea medicamenta recenseam, quibus deuoratis multi Aegyptiorum sōpore capti, varia optata obiecta se uidere opinantur, atque ijs admodum delectantur, praesertim an istud verum esse queat, nūc ex te in primis addiscere, quādo ipsorum alij affirmant, si per os affuum vel afis, vel bofa, vel bernau, vel denique bers accepterint, se plurima pulcherrima viridaria, atq; formolissimas lachiniætæq; puellas quasi somniantes uidere. Atque alij se illa tantum somniare ac videre, quæ ipsos valde delectant ita, ut viridiorum visione gaudentes, eadem in somnijs videant, & amantes, desideratas puellas, & milites bella. Hęcque opinio sic ipsos inuasit, atque ibi tandem inuasit, ut nūne quamplurimos semper ibi spectare possis illis medicamentis indulgentes. Nec tantum hic usus in plebe, utrum etiam in priuatibus, nobilibusque Aegyptijs retinetur, ibidq; antiqua confuctudine sit, ut aliquis ad rem alijs quam vocatus, uolens eius laborem subterfugere,

fugere, neget se id posse, quod ea die, atque hora herbam comedere consueverit. **GVL A S B.** Cur tu de his loquens, qui ad mouendas illas visiones ijs medicamentis vtuntur, dixi herbam eos comedere, prouerbio dici, quid ex te quedam elecharia potius, quam herbam illos deuorare, nuper audierim? **A L P I N.** Non me latent Aegyptios ad illas concitandas visiones, pluribus medicamentis compositis vti, vi est electuarium bernari vocatum ex proximis Indijs delatum, Bers, Bosa: sed ad id simplex herba cannabis ceteris apud illos est familiarior, quam ea gens aſſis appellat, quo nomine nihil aliud quam herba significatur, quasi cannabem hinc herbam per excellentiam vocent. **Q**uia vero (ut audiui) prima experientia eas mouendi visiones ex huius herba vſu prodita est, atque originem traxit, vel quod ipſa promoueris his visionibus ceteris alijs medicamentis pereſt, adagium illud herbam fumendi venit. Sed haec mifra faciamus, quando ex te nunc audire cupiam, an id verum esse queat, Aegyptios quippe ijs deuoratis medicamentis posse in insomnijs eas visiones cernere, an potius haec ipſis falſa, laſaqi ferat imaginatio. Quamobrem tuum nunc erit, queſita dilucet. **GVL A N.** Quid? an noa hanc esse fitis in cumdam ſpeculatioenem, ipſamq; etiam vberiorei sermonem defiderare quam praefens hoc tempus nobis concedat? verumtamen non finam te omni reſponſione earentem abire, qui mihi tan topere confidens, facillime poſſe me hanc veritatem cognoscere, arbitraris, ſed quicquid eſt, quod ego in hac re ſentiam, nunc paucis ex me andies. Quod igitur ibi famosissimum fit, omnes, qui ea medicamenta afflant, multa, ac varia, quibus delectantur, obiecta ſopore captos videre, certissimamq; dictorum visionem quifq; speret, facile erit, vt ſibi ipſis omina ſe viſueros ſuadeant, que famoſe illo modo ab omnibus ſpectari affirinantur. Negue immerito, cum à deuoratis medicamentis vapores multi concitati, & in caput delati, ipſum varijs modis feriant, eiusq; ſenſus valde perturbent, ex quibus, ijs preſertim, qui viſu auditiq; deſeruit, ſic turbatis, varia, ac multa obiecta ex conſuetis rebus, communi ſenſu, cuius munus eſt ſibi oblata obiecta contemplari, diſtinguere, ac iudicare, offeruntur. **Q**uia non modo dormientibus, ſed etiam vigilantibus apparet possunt. Hominibus itaque ab hujusmodi viſu medicamentorum varijs modis capite leſo, atq; eius ſenſibus exinde turbatis, illis certò multa obiecta offerti videntur, que vulgus illorum

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

illorum medicamentorum vſu per insomnia ſe videre arbitratur, qui tametiſi nihil vere videant, tamen ea cernere imaginantur. Vel dicendum erit, (quod facilis ſortalsè nobis ſuadebitur) vſu illorum medicamentorum vitiatam eſſe iſorum imaginationem, non fecus quanq; accidit in melancholicis. Homines ſiquidem eo morbi genere correpos, melancholico humore, vel halitu cerebrum inuidente laſa imaginatione, uaria deliramenta opinari medicis notissimum eſt. Duo in melancholicis obſeruantur, quippe primo humor, uel halitus, qui cerebri partem, in qua refidet imaginatione, obſidet, atque laſit, qua parte laſa, functiones imaginatricis facultatis continuo uitiantur, atque exinde homines haud refidet imaginantur. Secundo eſt illiusſe, uel humoris, uel vaporis ater color, quo, vt Gal. docet, (quanquam Auerrhoes aliter ſentiat) ſingula illa deliramenta cum timore, & mero omnia fūnt. Quae duo melancholice amantia, Hippocrate affirmante, verum caræterem explicant, quo ab alijs amentijs verè diſtinguitur. Hinc igitur à ratione non erit alienum, vaporcs, uel halitus ex deuoratis illis medicamentis in caput delatos, cerebri membranas ferientes ac laſentes, varia per id temporis obiecta, ac pl. antafinata ad imaginationem deferre poſſe, ex qua vitiata imaginatione homines plura uariaq; deliramenta, ueluti melancholici faciunt, uideri opinantur. In dormientibus iſtud haud obſcurè illicebit obſcrutari: etenim quis ille erit medicus, qui plera uariaq; ſemina ſeu uifiones ferè lingulis noctibus à uarijs uitatis cibis, in quam pluribus hominibus fieri, non audiuerit? Brassicam percocta in cibo ſumptam, paſtinacam, pefſertim caroē, uocatam, porra, erucam, phaſeolos, multaq; alia ferè infinita, uaria turbulentiaq; ſomnia facere noſtrum latet neminem. Diſcoridesq; de hortensi ſimilaci hęc in ſecundo lib. memoriz̄ prodidit, dicens: Siliqua cocta cum femine in oleribus asparagi modo eſt, urinam ciet, & tumultuosa ſomnia facit. Vnum uero ſupererit intelligendum, ſcilicet, quod Aegyptij fabulantur, an fieri poſſit, ut ab ijs deuoratis medicamentis ea utique dormientes, quoq; iſpis ualde accepta exiftant, quoq; ualde amant, & diſiderant, uideri queant, quando omnia uel ſolia, uel femina, uel radices, ſomnia mouentia, illa tumultuosa ac melancholica plerumq; faciant, quod ſingula hęc ſuecum halitumq; giugnant melancholicum. Quomodo itaque preſcriptionem uifus amata, atque diſiderata obiecta illis offere poterit? A. I. P. I. N. Hinc

pro-

proficiunt putauerim, quia halitum commotione, vel agitatio-  
ne in cerebrum facta, ea frequentius obiecta facultati imaginati  
representantur, que aptiora sunt, ut ad ipsam facilius mouen-  
tur, ac ferantur, qualia sunt hominibus plus accepta, & cara, quæque  
ab ipsis plus coluntur atque desiderantur. Haec siquidem fre-  
quentius memoriam ac imaginationem occupant, ex quo aman-  
tes frequenter somni amatas, ac desideratas puellas videre, bellaq;  
milites videntur somniare, atque nautæ naues maria ac ventos,  
amata si quidem & multum desiderata obiecta ferè continuo à  
memoria ad imaginationem mouentur, atque ab hac ad illam, &  
rationem. Ad imaginationem ea citius mouentur ex motu, quem  
amor, desiderium, delectatio, ac appetitus hos sequens concitant,  
hæcque ceteris alijs obiectis citius, frequentius, & facilius interni  
sensus mouentur ac exercentur, ex quo alijs obiectis familiaribus  
ac frequentius non tantum dorinientium, verum quoque vigilan-  
tibus ipsa imaginationi offeruntur, hinc à quibusvis sumptis me-  
dicamentis somnia excitandi vim habentibus amata plusque de-  
siderata obiecta cœrent alijs facilius ad imaginationem mouen-  
tur. Quam ob causam iij illas devoratis medicamentis plus ama-  
ta ac desiderata obiecta frequentius in somniis, atque etiam leuifimo,  
perinde ac ipsis vigilarent, sopore captis videre certò affir-  
mant. G V I L A S D. Satis nos rationem illarum visionum, ijs  
medicamentis mouendarum, nunc considerauimus, videmur quæ  
de ignotis loqui, quando ea medicamenta haud haecenus agno-  
uerimus, proinde præstat, ut nunc de his loquaris. A T T I N. Dixi-  
mus tamen illa his noemnibus apud eam gētem appellari, scilicet  
affion, affis, bosa, bernauia ac bers. De affion, quod est Græcorum  
meconium, atque nostrorum opium, seu succus è nigri papaveris  
capitibus exprimitus, referunt homines, eo devorato paulo post hi-  
lares admodum euadere, multaque ac uaria loqui, fortioresque ad  
quæque obcunda munera sibi videri, præterea subdolientes, hot  
tos etiam & viridaria multa arboribus, herbis, ac floribus varijs per  
belle ornata spectare. Horum visiones omnibus Mahometis af-  
febris sunt acceptissimæ. Fiunt nihilominus, opium fumentes co-  
matoſi, ueterinoſi, sereque stupidi, atque apud omnes incōstantes  
habentur, modo etenim aiunt, modo negant, cum ipsisq; tradidre  
omnes cauerint. Ioan. Jacob. Manni medicus sane in Aegypto mul-  
tu uerſatus, quiq; ante me medicinam pro illustris. Veneta Na-

tione,

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

tione, magna cum laude ibi fecerat, tres casus de ijs, qui opio vii confuerere, mibi narravit, dixitq; cuidam viro, opij vslui nifero, per Nilum flumen Alexandriam versus nauiganti, cum opium de-  
ficeret, ille statim egressus nauis, adeo celerem cursum Cayrum ver-  
sus tenuisse, vt nonquam quisquam nostram ipsum consequi po-  
tuisse, idque ne in hora solita sumendi opium præterita, in fasti-  
diofa symposia laberetur. Secundus fuit Nauta, qui dnii sua  
nasi malos Alexandriam vñberet, in medio itineris opio carens  
in fauifina incidit symptomata, præfertim in syncopem molestis  
simis, quibus à viatoribus opio oblati ilicet fumarus est. Iterq; illud  
incolumis prosecutus est. Tertiū alius fuit, qui eodem modo opio  
deficiente, in exiriosissima symptomata lapius, ferè mortuus est,  
vixq; reuixit, atq; non nisi longissimo tempore sanus evasit. Hunc  
succum, quo omnes vrumour, ex locis Saitis, vbi olim Thebarum  
vrbs erat præclarissima, defrunt; ibi etenim nigra papauera co-  
piosissime proueniunt, ceterisque omnibus facultate præstant, ex  
quorum capitibus succum exprimunt, quem sole siccant, atque ad  
vsum seruant. Absis nihil quidem aliud est, vt superius quoq; di-  
ctum est, quam puluis ex cannabis folijs paratus, quem cum aqua  
dulci mixtum in massam redigunt, cuins bolos quinque caſtanæ  
magnitudinis, vel plures deuorant, à quibus per horam post ho-  
mines, qui eos sumpsere, quasi ebrii facti, suas amictias prouident,  
atque in ecstasi dñi manentes, suis desideratis visionibus oble-  
gantur: hocque medicamenti genus plebs frequentat, quia vilio-  
ti pretio ibi venditur. Tibi mirum haud erit, ex cannabis vſu hoc  
fieri, quando is caput vaporibus replere, atque ferire multum va-  
leat, Galeno in primo libro de abm. facul. docente. Qua miraculos  
facultate ista herba apud ipsos nomen vt iam dictum est, Absis af-  
fecuta est, quod per excellētiā herbā dicit. Bofa idē, & plus quam  
absis præflare, dicunt, quam ex farina loliacea, & feminib; canan-  
bis, & aqua componunt, nihilique aliud quam massa ex his confe-  
cta existit. Alij ex his cremeorem parant, vt in potu absorbeant.  
Bernauis electuarium in proximiæ Indiæ locis paratur, in Aegypti-  
que copiose defertur cutis Aegyptij compositionem planæ igno-  
rante, eius tamen operationes violentur admirabiles, tuisque autem  
bus non indignæ; siquidem ab assumpta vñcia huius electuarij  
homines primo hilares fieri incipiunt, multaque loquantur, &  
genuit amatoria, multaque rident, aliaque deliramenta latet pro-  
ducunt.

dote, quae amentia ferè per horū spaciū, in his perdurat; à qua statim iracundi sunt, in iramque precipitantur, effrenesque reduntur, in qua parum persistunt; deumū ijdē sic tristatī incipit, tantoq; mōrō atque tristitia, & timore angī, ut continue plorent, & lamententur, quę paulo post, ab his deliramentis multum fessi somno correpti, digerunt, ac finiunt tēdentes ad pristinam sanitatem. Hęc in conuijs ab Histrionibus, ut conuianribus solatio sunt, sępissime fieri consueverunt. At mihi hac narranti, mulier quędam Aegyptia in memoriam venit, quę à potu largiori vini cretici ebria, ounia ferè prēpartata varia deliramenta faciebat. Primo enim immodice hilariſ siebat, atque sic tunc amore lasciuiebat, ut quemcumque virum sibi obuiem continuo complectetur, ac oscularetur, mox è tunc cantuque ad iram, & furias sic transfliebat, ut cum omnibus rixam habere vellet, sicutque lites, & contētiones sequebatur, ut ounies qui in eadem cum ipsa domo erant, ab ipsa non parum timentes precauerent. Demum ab his rota in mestitiam sc̄ebatur, multumq; lamentabatur, ac omnes suos defunctorū cantu illo mēstissimo, ut consuetudo est, affidie deplorabat, quoq; somno caperetur, quo ebrietatem planè digeribat.

**G V I L A N D.** Neque immerito illa symptomata in illa muliere ex largiore vini generosi potionē sc̄ebant. Sanguine siquidem primo ex vino calfacto, & multum humectato, qui fortasse biliosus, vel exustus esse debebat, nec non aducto vividioreq; reddito, hilaris summo pere mulier illa ostendebatur, ex quo etiam ubi vini caliditas eximia immodicē in illiusse sanguinem egit, multumq; ipsum calfactiēs, biliosum, atq; acutum, fecit, vapores illico acuti mordentes membranas cerebri biliosos illos effectus concitabant rixas sc̄ilicet, contentiones atque furias. Sanguine vero eodem à vini calore sc̄erupto, admodumq; exiccato non ab re in mestitiam mulier, facta exinde melancholica labebatur. Quam hep̄ par valde calidum ac exustum habuisse cogito, cuius quidem sanguis exustus, quam primum à vino copioso humidior fieret, statim ea perinde ac sanguinea evanisset, hilaris reddebat, quo potesta à vini calore potente calidiori reddito, ut biliosa, bilis accidenzia sentiebat, & denique intensiori in sanguinem facta adustione, melancholica sc̄ebat. Sed cur hęc amplius repeto, teq; moror, quo minus reliqua iam absoluas? A. P. S. Bens quoque est electuaria, quo Aegyptij ad illa deliramenta vtuntur, cuius compositio

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

Buc est. Accipiunt piperis alii, semini hyoscyami albi, an. dra. xx.  
opij, dra. x. spicæ Indæ euphorbij, piretri, an. mitchal. et cœli. scil.  
xv. Contundant omnia in mortario marmoreo, & mox earo mel-  
lis partibus tribusuniscent, quo vtuntur tantum post sex menses.  
Bers vero nomenclatura sanitatem vna hora tantum durantem, so-  
nat. Utuntur illi etiam alijs compositionibus, veluti est diamul-  
cus, philosophia, Theriaca Andromachi Senioris, & alijs. Nunc ve-  
ro ijs auditis utilius erit, vt ego ad decoctæ accedam, quæ parati-  
tur, tum ad corporum euendam, tum perditam recuperandam sa-  
nitatem, ab illis populis visitata, à quibus deinceps de syrups fer-  
mo à nobis etiam erit habendus, vt denum de ipsorum Theriaca,  
quoque loqui possimus aliqua; quam illi ita egregiè se compone-  
re arbitrantur, vt ipsorum compositionem alijs omnibus preferen-  
dam putent. G.v i. l. & n. Recitè dicis, & spero etiam Solem non  
occisorum priusquam omnia, quæ superfluit dicenda, planè absolu-  
teris, proinde ne fructu tempus conseruamus, nunc perge de pro-  
positis decoctis sermonem habere.

*De decoctis, quibus Aegypti tum insanis, tum agro-  
tis corporibus utuntur. (ap. III.)*

A. L. P. I. N. V. S.

**D**ecocca sunt decocta; quæ frequentare illas medicos no-  
vi, attamen qualiacumque ea sint tibi etiam expondere mi-  
tum granaber. In frequentissimo vsu ibi cist decoctum;  
chaona appellatum, quod ex quibusdam seminibus nigris, fabas;  
hei tantibus parare consueverunt. Duobus que modis ab ipsis pa-  
rari solet; corum enim alijs decoctum faciente ex seminum nuper  
dictorum tunicis, seu folliculis, & alijs ex corundem seminum fab-  
stantia, quod ex folliculis paratur, efficacius quam ex seminum fab-  
stantia elaboratum prædicant. Semen hoc bon vocant, arboremq;  
ipsum seruentem vidi in quadam Turcæ Bei viridario ex Arabia.  
di latum, quæ euonomo maxime similis erat. Illiusce decocti fa-  
cultas est frigida, & sicco, quo ad primas qualitates temperata, cui  
etiam multa est caliditas, quando illa semina ex duplice substi-  
tutia consistunt, altera crassæ, & terrea, qua cogunt, & roborant, altera  
calida.

calida in tenui substantia fundata, frigidaque modice pingualentib;  
qua calfaciunt, abstergent, obstruunt, aperiuntur. Horum decoctum  
cichorei decocto gustu proximum est, quod tamen ipso val-  
entius obstruunt liberat. Cum ego animaduertissem mulieres,  
quibus creperint fluere menses, ad eos adiuuandos de eo calidiori  
temper paulatim multum sorbilliare, apud illas q; omnes ad iauan-  
dam eam vacuationem in vñs effe frequentissimo, cœpi, illa perdo-  
ctus experientia, in omnibus, illo vñi, quibus aliquam ob causam  
eorum purgatio menstrua deficiet, quod quidem felicissime mul-  
tis euenisse vidi, exinde q; didici hoc genas rem edij pro euocandis  
menstruis ab uteri obstruunt venis, esse præstantissimum. Post vni-  
uersalem tamen corporis vacuationem, mane ieiuno stomacho  
istud decoctum assumpsit efficacissime menses prouocat, tempo-  
re q; quo multis cum vehementibus doloribus minutæ difficulter  
excunt, eis præsentaneo est auxilio. Parant autem illi hoc decoctum,  
sumentes nucleorum illorum seminum, à folliculis mundato-  
rum libram vnam, & medium, eaq; parum igne torrefaciunt, con-  
tostaq; bulliant in aqua lib. viginti, alijs sinentibus nucleos prædi-  
ctos torrefactos, ac minutim cofractos per diem infusos in aquam  
manere, atque alij nulla precedente infusione eos bullit ad con-  
sumptionem medietatis percolatumq; decoctum ad usum seruant  
in fistilibus vasis vndiq; clausis. Eodem itidem modo parant de-  
coctum ex seminum folliculis, in minori tamen quantitate sum-  
ptis. Pro quo parando accipiunt alij prædictorum folliculorum  
sex uncias, atque alij nouem, in librisq; viginti aqua fontis ad con-  
sumptionem medietatis ipsum coquentes. Hos decoctum sto-  
macho summopere conducit, id ij valde calidum, & effervescentes,  
ieiuno stomacho paulatim sorbentes, potant ad ciathi mensuram,  
& eo amplius. Ut autem vino in cenopolis sine tabernis nostrorum  
multi ebrietatis dediti indulgere obseruantur, sic illi cauda decocto  
delestantur, eidq; indulgent. Aliud decoctum apud illos vñ-  
statum obseruantur, maglib; appellatum. Multq; ibi medice officinæ  
existunt, quæ in ex vrbē nāhīl quidem aliud, quam ipsum vendunt,  
cuius quotidie mane ieiuno stomacho semilibram propinant, quod  
stomachum maxime iuare aiunt, ipsum calcificando, concoctione  
in adiunando, flatus dissipando, atque obstruunt aperiendo.  
Ipsum parare volentes, accipiunt seminum stenoculorum, radi-  
cum glycirrhizæ contufarum, an. unc. ij. s. cucumerum, s. altheæ,

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

an. dra. i. iniubas ou. quatuor aquæ fontis lib. iiij. bullientq; omnia simul ad cibum punctionem medicatatis, & colarum cum faccharo exhibent. Habent quoque ij nonnullas forbitiones, quæ refrigerant, nutrit, tollunt, ac coborant. Harumq; omnia hac est illis familiarissima, quâ mastahaleb vocant, quæ quidem in febribus omnibus præstantissimum est remedium, maxime vero a febre extinguendam, caloremq; febrilern minuendum, atque non minus ad vrinam prouocandum. Hanc potionem in latris inflammatorijs doloribus maxime frequentant, quam sic parant, fumentes seminum melonis, abdellai vocati, vnc. iiij. haec etenim ceteris omniis plus refrigerare creduntur, semin. anguriarum, cucurbitarum, cathè cucumeris, an. vnc. i. liquiritie mundanae radicis, facchari candidi, an. unc. i. & semina feniculorum, vel anisorum, dra. iiij. contundunt in mortaria minutissime omnia, quæ petia linea ligant, ex qua aqua rofacea irrorata lac expriment, quem regotis prophanant. Hoc genus potionis sic communiceat omnes parant, cuius facultatem variat, varijs ad dietis medicamentis prout variorum morborum, & caufarum vñus poscere videtur. Siquidem in ardorebus febribus, in quibus maior refrigeratio desideratur, prestitis addunt semina endiuq; laetace, pifylli, portulacæ, alborumq; papaverum, atque vbi etiam simili flacus dissoluere cupiente, addunt, coriandri, Duxi, feniculi, & anisi semina, atque alia etiam, quibus flacus dissoluere datum est. Itidemq; dolores mitigare volentes, mastahaleb cum seminibus etiam altheæ, malumrum meliloci, sennugræci, liri, selini, melochiq; bambiniq; parant. Ad eosdem quoque dolores initigandos decoctio ex camomeli, meliloti, ban, cusiæ fistula, atque alborum floribus parato vñntur. Mastahaleb etiam faciunt lcpissime, priorei ad dentes micam panis, vellac amygdalarum dulcem ex Gaza adue charum, quæ cas quâm allorum horum amygdalas minus culficere opinantur, vñcantur; ipsa lana Gazau, quam potionem in acutis morbis pro cibo multi frequentant. Alium parant, quæ nutrit, ac refrigerat fumentes superfloris tritici pug. iiij. quam ter aqua abluit, eamq; abjecti, ruscum in noua aqua ipsa eodem modo lota, aquam cum modico foçchari candidi, ac aqua rofacea parum bullient, quam sic parata in calidam febricitantibus bis in die pro prandio, & cœna exhibent, alijs addant lac variorum feminum refrigerantium, prout vñus exposu- lat. Alij eam in aurora modo scapiorum sumant, hęc alit, refri- gerat,

gerat, abstergit, aperit, suumq; extinguit. Est alia Taluina ab ijs vocata, quam parant capientes fermenti optimi ex farina triticea semunciam, atq; aquae rosacee libram, quam addito saccharo candido, aut laetè amygdal, vel seminum frigidorum, parum ebullientes, parant. Est etiam fauich apud omnes familiarissima potio pro alcndis febricitantibus, quam etiam hoc modo parant, accipientes modicam farinam hordei torrefacti, quam cum aqua rosacea dissolutam multum bulliunt, cui postea saccharum candidum permiscantur. Non pauci in uictu utuntur farina amygdal, dulcium cum aqua rosacea bullita. Superius quoque dictum est illos in febribus sequi berberoru[m] decoctum, vel infusum, cui, interim addunt pulpam tamaroniu[m], aliaq; semina, prout varius in ijs medendi visus expostulare videtur. Non minus etiam in ardentibus febribus seminum psyllij, atque cironiorum mucilagine uti solent. Pro potu vero non in ægrotis modo, verum multo magis in sanis corporibus hanc potionem frequentant, quæ fitientibus est iucundissima, quam surbet, quæ potum per excellentiam vocant, illud etenim nomen, potum, simpliciter explicat, ipsam parant, in aqua multi saccharum dissoluentes, eiq; admiscentes tantum limonum succi recentis, quantum modice aquam acidam reddere queat. Hanc aquam in æstiuis caloribus omanes libertissime potant, tum ad fistum extinguendam, tum ad refrigerandum. Nobiles Aegyptij, & Turcæ addunt modicum, moschi, vel ambræ. Pro ægrotis febricitantibus, in aqua interim rosacea, vbi febres non carent malignitate, inerteriq; in aqua endiu[m] febribus ardentibus obseruatæ hunc, potum parant. Antiqua confuetudine ibi nobiles Aegyptij, ac Turcæ suis in domib[us] aduenas honorare volentes, perinde ac nostri Lombardi vina optima, sic ipsi iam dictum potum propinuant. Ibi etiam in visu frequencissimo sunt anguria uel Nauia, vel batech elniua vocata, quæ nihil præter aquam, & semina continent. Domini, vel primatis magnam, ac optimam anguriam accipiunt, in ipsaq; foramen faciunt, per quod in uschum, ambram cum thiodico rosacea aque dissolutam intus injiciunt, aqua q; anguria permiscantur. Hec aqua mirq; voluptatis est omnibus fitientibus, febricitantibus q; iucundissima, atque utilissima, quia refrigerat, humectat, aperit, utinamq; valenter mouet. Hac in renum, iecinorisq; caloribus omnes utuntur. Hoc tamen mali ijs, qui eam frequentant, facere obseruatur, quippe aquosas maximas hennias

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

parit. Decoctionum quoque ex chinc radicibus paratum Aegypties  
se qui dictum est, tum ad laem gallicam, cuius non minus quam  
Itali ac alij, Aegyptij diuites sunt, pellendam, tum ad hepatis san-  
guinisq; calores corrigendos, tum maximè in longis tertianis, atq;  
in corrugenda corporum gracilitate. Est etiam in vñs non minus  
ad fírmando quoscunq; fluxus ex vnero, alterata ramen acacia,  
licio, dactilis immaturis. Atque hęc fuerū decocta à me ibi apud  
eum gentem obseruata. Transfō iam ad syrupotum vñsum, atque  
ad medicamenta quibus purgandi gratia vtuntur.

### *De syrupis apud Aegyptios vñstatis. (ap. IIII.*

#### A L P I N V S.

 Y R Y P I S non sicutus quam nostri, Aegyptij sani, atque  
egroti vtuntur, diuites omnes varios syrups domi pa-  
ratos habent, quos aquę dissolutos in c̄stius caloribus  
decoctant, & vñstiores uero apud eos sunt violatus, acetofus, oxy-  
mel, rosatus ex simplici infusione, vel ex decocto paratus, nenu-  
pharicus, de pomis, de citro, de limonibus, de omach, quod est me-  
dium inter citrum, & limonem, de moris acidis, de mirtho, de sandalo, de ligno aloe, atque de dactilis immaturis. Quos omnes tum  
in solida forma, tum liquida parare ij solent. GYLAND. Memi-  
ni alijs ex te intellexisse, illos medicos syrups egrotis exhibere,  
non ut nostri faciunt in aurora, sed ad egrotantium, affidentiumq;  
libitum omnibus, si libeat, horis, parum syrapi multum aquę exhibe-  
ntes. Qui quidem vñs quantum sit laudandus, vel non, alijs  
aperiuimus. Omnes sc̄re hos syrups sc̄io nostros etiam medi-  
cos sequi, pr̄ter syrumpum, de sandalīs, de ligno aloe, atque de dacti-  
lis, quibus nos planè caremus, proinde hos mihi tantum na-  
rato. A 1 1 1 1. Parant syrumpum ex sandalīs hoc modo, capie-  
tes sandalorum alborum modice flauorum, drag. i o. contyndunt  
crasso modo, & duobus diebus, in unc. vi, aquę rosaceę, infundunt,  
posteaque colant, & colataen aquam seruant. Deinceps idip-  
sum sandalum in tantundem aquę rosaceę bullient ad medietatis  
consumptionem, multaque final aqua infusionis cum aqua deco-  
ctionis in ipsi dissoluunt sacchari optimi libram, atque coquant,  
duas confidentiam syrapi adipiscuntur. Parant uero ex ligno aloe,  
acci-

accipientes illiusce ligni optimi, semen balsami à folliculis mandatorum, an. dra. 2. spicæ Indæ, gariophyllorum, nucis muschatae, mastiches, an. dra. 1. omnia crassiori modo contundunt in tenuissimisq; lineo panno albo oboluunt, ligant, atque infundunt in libram aqua rosacea, mox decoquunt usque ad tertiae partis consumptionem, atque in colatura dissolusit sacchari optimi libram, rursumq; quod satis est coquentes, syrum conficiunt, cui postea addunt muschi orientalis chirat. Hic syrum calfacit omnia membra, praesertim q; stomachum, & cerebrum, eaq; & cor valde roborat, stomachus ad concoquendum eo robustior fit, ex quo etiam haud immerito experientur, laxiori facto summopere conducere, atque non minus cordis palpitacioni, resolutis, convulsis, asthmatis, atque alijs morbis itidem maxime subuenit. Ex dætilis vero faciunt fumenta succi dactilarum immaturorum lib. ij. s. succi grañatorum acidorum lib. i. facchari optimi, lib. quinque, ex quibus secundum artem faciunt syrum, quo frequentius vruntur ad ventriculi intestinorumq; relaxationem, atq; ad sanguinis fluxum, maximeq; ad cruentas expunctiones. Hæc de Aegyptiorum syrups erant dicenda, tempusq; est, vt de purgantibus medicamentis, quibus ij vti consuecant, nunc etiam loquamur.

### *De purgantibus medicamentis à medicis Aegyptijs vsiatis. Cap. V.*

#### G V I L A N D I N V S.

 I BENTISSIME purgantium medicamentorum, quibus ibi ij medici vruntur, vsum ex te audiam. Etenim illos plura ex his familiaria habere, nobis fortasse incognita, ac noua, quæ nostris quoque medicis valde accepta erant, tuq; atque alij multi in Occidentalibus Indijs nouerunt plura medicamenta, ex Aegypto quoque quodpiam nouum purgans medicamentum ex te cognitum nobis aportatum. ALPIN. Neq; multa ibi purgantia medicamenta noui, quæ ob aliquam singularem facultatem, atque præstantiam digna tuis suribus putem. Aegypti siquidem medici, vt alijs etiam à nobis dictum est, in medicina haud perfectè incumbunt, quod es apud illam gentem in viliori prelio

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM:

pratio est, proinde in ijs locis pleriq; medici empirici existunt, qui si quid boni in mendendo habent, hereditate potius à priscis medicis ipsis relictum, quam scientia acquisitum possident, ex quo non miraberis in ijs locis medicamenta plura noua non fuisse inuenia. Dicam tamen, que ibi hisce annis eam gentem pro molliendis corporum purgationibus exercere ac affectare cognoverim. Medici vero iij, quo ad purgantium usum, Cayri duplice sesta interstitiæ sunt, siquidem plerique illorum, quique medicinam in nobiles excent, sic in purgando se gerunt, ut ab omnibus solueribus fortibus abstineant, timentes in regione summe calida, corpora à valide solueribus nimis calcifici, vaeuari, resolvi, atque labefactari, quare abstinent ab usu seborum, turbidum, ciborum virtusque, carputis, mezerei, cluli, encumeris, asinini, brioni, cyclaminis, colocynthidis, atque aliorum huiusmodi. Hac um usu certe ea corpora valde incalescerent, purgarentur, & resoluerentur, præsertim que quod ex te audiui, ibi pleraque corpora esse temperata, habitusq; moderate carnosæ, pinguis, & mollis, que quam facilè, & malrum resolvi Gal. in lib. i. o. atque etiam i. i. meth. med. memorie prodidit, quod facile humidum per latiores poros cutis diffundat, ac resol uatur. Addo plerosque ilorum stomacho languidiori constare, tam ab usu frigidorum ciborum, tam a potu aquæ, veneris que ab usu immoderate. Itaque rectè faciunt medici illi abstinentes ab usu valide soluenti, quia omnia valide soluentia calidissima sunt, multumq; caloris nativi resoluentia, ut Gal. in lib. de purg. med. factum reliquit. Sed quid elarius Hippocrate? qui scripsit: Sub cane, & ante canem medesta sunt purgantia medicamenta. Ac statim vero ambientis caliditatem idem arque calidæ regionis calidam téperiem pollere, nemo ignorat. Non cōfirmauerim tamē utique id verum esse, cum magis crediderim illos haud parum errare, in nobiles omnes usum lenientium potius quam purgantium medicamentorum exercentes. G. v. l. a. n. d. Quid inquires illos in regione summe calida abstinentes in purgandis corporibus à valide soluentibus medicamentis errare? vide ne tu quoque hac de re sis accusandus, atque in maiorem errorem labaris. ALPIN. Si potius parvum pati, ut quod sentio loquar, id forsitan haud ita certe affirmabis, atque nos ciudem sententiae esse cognoscetis. Itaque dico non in hoc sitre medicorum Aegyptiorum errorem, quod ibi abstinent ab his fortibus soluentibus, hoc enim nunquam

quam ausus esse affirmare, sed quod iij nō modo à fortibus abstineant, sed ab omnibus soluentibus. **GVLAND.** Quid rursum affirmabis, an nōne solent illi ibi corpora aliquando purgare? qui si id faciunt an non medicamentis soluentibus id prestant? **ALPIN.** Purgantur quidem in Aegypto pleraque corpora medicamentis sic debilibus tum qualitate, tum quantitate, vt humores noxijs à stomacho, vel primis venis debiliter moueri queant, quae profectò lenientia magis quam purgantia vocandæ sunt. Ea verò huiusmodi esse solent, quippe cassia Aegyptia, quæ ibi copiosa prouenit, manna, Tamarindi, syrups ex granatis dulcibus soluens, dc manna, haec sunt ijs in purgando maximè familiaria, atque in usu frequentissimo. Rarissime soluentebus utuntr, atque in modica, si ijs utratur, quantitate, qualia sunt rhabarbarum, mirabolani, sena Mechina, Agaricus, & alia. His aliquando utuntr, sed in exigua adeo quantitate, vt potius humores mouere, quā educere queant. Nemo, quidem rhabarbari dragma vnam cum diuidit transcedat, vel dragmam agarici, quibus tamen rarissime utuntr, quia tormina concitant, interim, quod rarissime contingit predicatorum, aut senz, aut mirabolorum dragmam cum vncia manna, mīscerit, vel cum tantundem syrapi ex manna parati, vel syrapi ex granatis dulcibus solutioi. His medicamentis loco valide purgantium utuntur, putantq; sic se purgare posse humoris exuperantis copiam, quod tamen non assequuntur, quia plerique utuntur nuper dīctis lenientibus absque vlio soluente, rarissimq; sunt, qui utrisque committis, vi velint. Quibus quidem exuperantes humores plurimum mouent, parumq; vacuant, qui non vacuati tum in venas exiles ex motione inculcati, ipsas obstruere possunt, tum, quod peius est, ad nobilia viscera decurrere possunt. Sed hic quoque plures medicos Aegyptios reperiri certo scio, qui hoc modo purgantes humores interim præualido pharmaco purgandos, lenitorio inouentes, modicumq; ex his ducentes s̄p̄ius in causa fure, ut multi putridis febribus correpti obstructionibus ex humore vi medicamenti per venas attracto, & non vacuato, adauictis, aut alijs è nouo exinde concitatis, perierint. Aegyptij itaque, vt ad rem nostram nunc redeamus, quanquam corpus ipsis sit purgandum, quod vel articulorum doloribus vexetur, vel asthmate, vel vertigine, vel alio morbo, validiori purgatione indigente, vnciam mannae, vel cassie cum saccharo, vel syrapi è manna, aut ex granatis dul-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

tis dulcibus, binas vel tres vncias exhibet, qui tamē plurib. viciibus purgant, quotidie, alij, & alij alterius saltem diebus, alij vero horum vice, quod ramen rarissime faciunt, & multo cum timore, vel rhabarbari, vel agarici, vel senae, vel mirabol. dragnam offerunt. Multos ego ibi noui febricitantes in codem morbo pluribus viciibus manne, aut cassie, vellibras sumpsisse, minime tam en faneos, qui mox felix tantum præualido purganti medicamento plurimum purgati statim sanitate eascerere. Sed his omisiss, tempus est, ut sigillatim de prædictis medicamentis, quibus ad purgandum eo modo illi reficitur, seruonem habeamus, rati; primum narramus, quia multa ab his super sunt disputanda de illorum purgandi uso.

GYLAND. Recidit putas, atque à Cæsiæ Aegyptiæ narratione ex ordine. A T R I X. - Cæsiæ fructus est omnibus uotissimus, de quo copiosius in alio libro dicemus; ipsius duæ obseruantur differentiæ, quarum altera ex loco, in quo nascitur, colligitur, quando cæsia alij Cayri, alij Damiatæ, & alij Alexandriæ proueniante, ex quibus locis usq; aliquam etiam bonitatis differentiam praeficerunt. Quæ Cayri proueniunt atque Alexandriæ, omnium sunt optimæ, duplicitæ, differentia obseruantur, siquidem alij colore nigro rubescente, qualis in Abissinis vultur, atque alij nigre cernuntur, illi his meliores existunt, abissinæque ex colore gentis, vocantur. Vtique sunt in frequenti uisu, & ticeque constant tenuiore. Quæ uero Pelusij, nunc Damiatæ, colliguntur, omnium minime utiles creduntur, quia sunt corticis crassioris, modicumque pulpe habent, atq; etiam minus ad soleendum efficaces reperiuntur. Quare ex cæsijs Abissina ceteris omnibus merito magnitudine, tenuiori cortice, multaque substantia, atque efficaciori soluendi uirüs prefertur, hac nigra Cayrina inferior est bonitate, & omnium minime Damitina, quæ parva, crassiori cortice, nigriorique colore cernitur. Eiusquis extra ita pulpa ibi omnes libentissime utentur in omnibus morbis, ac symptomaticis à flava, atque cansta bile abortis. Et enim ipsum per os sumparem sanguinem, calidosque, ac exustos humores educendo atque obtundendo, refrigerare, punire, & sanguinem facere opinantur; stomachum etiam a quibusvis excrementis ipsa exonerari multiplici experientia apud eos compertum est. In calidis distillationibus ad pulmones, vel thoracem prolabentibus sanguis cum utilitate eam frequenter, interim solari, interim maneg, ac faccharo candido, vel oleo amygdalarum dulcium mista,

quam

quam sic paratam, atque simplicem renes, & vesicam summopere  
juuare experiuntur. Manna vero, qua illi vtuntur, quatuor ibi ob-  
seruantur differentiae, quarum prima est similis grano mastiches,  
quam nostri mastichinam appellant. Secunda est adulterata ex  
amido, saccharo, & modico mannae mastichinae, eaq; exsistit, quam  
nostris vocant bombacinam. Has duas mannae species Aegyptij,  
alique Arabes Siracost nuncupant. Tertia, (tereniabim ab ijs dicta)  
est rubra, granulosa ex Armenia asportata. Quarta est quidam  
liquor, ut mel, qui interdum condensatur, colligitur que supra ar-  
bores montis Synal in Arabia deserta à Reuerendis monachis Ca-  
loieribus, eum montem habitantibus canis; consulibus, Cayri de-  
gentibus illi offerunt, quid magnum ipsi donare opinantes. Hanc  
vocant terengibil. Vfus cuiusvis dictarum specierum non differt  
à nostrorum medicorum vfu. Apud illos maximè commendatur  
mastichina, que ad purgando omnes humores in vfu frequentio-  
ni habetur, præfertimq; in affectionibus pectoris à calida causa conci-  
tatis, & in fistulosis. Namq; ipsam inflammationes mitigare, fe-  
briumq; calorem, atque fistim extingui, aeq; aluum mediocriter  
subducere, restantur: Eius uero quantitatem idoneam sic metiu-  
tur, ut pro singulo anno dragmam exhibeant ascendunt vero in  
totum visque ad binas, vel ad plus ad tres uncias in adultis. Tama-  
rindi non minus apud ipsos in vfu existunt, quam sit cassia, & man-  
na. Quorum duplex genus ibi obseruatur, alterum, quod ex re-  
gione Sahit desertur, atque alterum ex India, hoc altero bonitate  
præfertur. Indosq; tamarindos bazzi appellant. His Aegyptij  
vtuntur, frumentisq; in morbis calidis, fiscisq; à flava bile ortum  
daçentibus. Siquidem hunc humorē commode ac incunde va-  
cuant, fistimq; omnium maximè extinguunt. Ipsis vero vtuntur  
infusis, infundunt enim ipsos in aqua simplici fluminis Nili, vel stil-  
latice cichoeei, vel endiuze, vel sonci, vel alterius huiusmodi qua-  
litatis per se ptem horarum spaciis, aquamq; percolatam cum sac-  
charo, febricitantibus fistulosis propinant. Non defant, qui su-  
bitò infusis tamarindis exemplis, aquam cum saccharo epotant.  
Paucissimi sunt, qui eos bulliant, uerum non nisi binis, uel tribus  
ebullitionibus, ibi quoque tamarindi non fecus quam nuces ina-  
schatz, aliaque aromata, coniduntur, saccharo conditos assūmete  
confuerunt, qui sunt etiā gaſtui iucundissimi, commodeq; bilio-  
ſos humores purgant. Sic conditos plures fecum in longis itine-  
ribus

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

ribus deferre solent, præfertimq; per deserto Arabiæ loca iter facili, quando iter facientium corpora ex longo itinere, solis calore inflammata, vnu tamarindorum luuentur, quoniam ipsis nō modo suscepimus calorem contemperant, uerum etiam, quod non sic facile est iter facientes per ea loca arenosa, ac à Sole inflammati homines a siti non cruciari, siti extingunt. Sæpe etiam tamaridis fructus berberis addunt, ubi præfertim reborari, ac adstringere volunt, quæ duo se iunctim in aqua infundunt, moxq; utriusque simul mistum infusum propinante ei sape addentes mannam masticinam, uel terengibl, in petram ligatum, hæcq; potio incunde aluum subducit, a biliosisq; humoribus exoneras. Frequentant non minus syrum solutuum ex granatis dulcibus paratum, quorum succum ibi habent dulcissimum. Parant uero syrum istum, capientes eius succi dulcissimi libram unam ac medium, quem bulliunt ad consumpcionem tertiae partis, cui alijs mannam, alijs amidum, alijs penidia, alijsque iulep addentes, syrum conficiunt. Ut plurimum uero parant accipientes succi illiusce ebullitum libram, manne masticinæ libram semissem, iulep uolati, unc. 4. Quæ miscentes syrum conficiunt. Hunc dicunt aluum lenire, biliosos humores vacuare, atque sanguinem refrigerare. Utuntur etiam syrupo soluentem ex manna parato, quem parant ex manne dragmis centum, aquæ dragmis quinqua ginta, mellis desumpti dragmis decem, parumq; simul bullientes, syrum conficiunt. Prædictorum syrupo ehibent adultis usque ad tres uncias. Hæc igitur sunt medicamenta, quæ ad purganda nobilium corpora in usu frequentissimo apud eos, qui se primates medici profentur, atque uera purgandi methodo uti opinantur, existunt. Dicunt enim ijs se corpora blandissime purgare, ad primæq; hunc purgandi modum ijs corporibus conducere, nihilque noxae inferre. Vbi uolunt insignem aliquam moliri purgationem, uncie manne addunt binos scrupulos, uel ad plus dragmam rhabarbari, uel agerici, uel seneg, uel mirabolani. Interim uero prædictorum purgantium medicamentorum dragmam cum saccharo rosaceo mixtam exhibent. Hos medicos ijs blandioribus medicamentis copota nobilium purgantes, ueram medendi artem callere cines oenes, ac nobiles exstirpant, hosque predican, atque usque ad sydera ipsorum præstantiam tollunt. **G Y I L A N D.** In memoria habeo ieiuno, ut ita loquar, purgandi modo, præses illos, doctissimosque

finitosque medicos capisse vti; non vt illū ex arte optimum credent, sed vt multas contumelias uitarent quibus recte medentes sepe, vt vsus requirebat, illorū corpora purgantes validioribus medicamentis, ab illa barbara gente afficiebātur. Nō insignes purgationes illi damnabant, que si aliquando quibusdam terminibus ijs medicamentis operantur, vēh miseris illis medicis, quorum aliqui vel verberi etiam in mercedem accipiebant. Hincq; blandis illis vti medicamentis ipsi cōperunt. Hocq; non ex te tantum sed ex pluribus alijs, dum Cayri olim morām facerem, audieram. A t-r s. Hic iejunus purgandi corpora vſu, apud primates medicos, vt iam dictum etiam est, qui nobilibus tantum medentur, in vſu est frequentissimo, quem ij omnes libenter sequuntur. Alij vero, & non pauci in vrbe Cayri existunt, qui oppoſito modo corpora purgant, hi etenim corpora non nisi praeualidissimis purgantibus vacuant, qualia sunt scamonium, colocynthis, multaq; semina validissime purgantia, que apud eos in maximo sunt vſu. Que medicamenta in magna etiam doſi audacissime plebeis, rusticisq; concedunt. In vſu apud aliquos similes empiricos, & audaces medicos quædam semina existunt, que immode per vomitum, & per feces purgant, suntq; his omnibus vſitatoria, quædam minutissima caulium seminibus proxima, ex his enim vnciā, que est communis adulteri doſis, crassō modo contundunt, ex quibus cum aqua mistis massam conficiunt, quam egrotis deuorandā offerunt, hoc enim inopum remedium est, 'quod non secus quām antimonium valide purgat'. Cuidam mulieri Turoꝝ publice per eam vrbem pro mulieribus hysterics medicinam facienti, hęc sunt familiarissima, quibus dicitur multas diuitias sibi ipsam parauisse, apud omnesq; creditur doctissima. Fareturq; se morbos mulierum omnes recte lanare posse, virosq; minus illorum morborum cognitionem habere posse, quod non licet ipſos oculatim pudēdorum partes omnes mulierum sedulo obſeruare, ex quo ignorant ſepſime multorum vterinorum affectionum causas. Hanc mulierem, medicam ipſe noui, mibiq; fuit ualde familiaris, pulchraq; atque per liberaleſi uifa est, noſtrisq; fatis perbenigna ac faceta. Aliqui femine utuntur abdelmeluth vocato, quod preſtantius quām cataputia purgas, & aliqui ſeminibus abdeleherua appellatis, que ſunt ricini Arabici ſemina, alij ſcammonium exhibent usque ad dragmam, alij vtroque elleboro preſertimq; nigro, coloquinthide, turbitch,

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

bith, & alijs huiusmodi generis, quæ ualidissime purgant. Sed iam  
hoc empiricorum viu, præualide purgantium, fermone m clauda-  
mus. Ex quo animus cupidus esse cùs est, dignoscendi ex te, an  
in curandis morbis longis, contumacibusq; laudabilior sit usus le-  
niter ac benignè purgantium, quam eorum, quæ præualide purgant.  
Quando sapientiores medici leniter purgantium, quæ medicamen-  
tabene dicta appellant, usum libentius sequuntur, quam ualide pur-  
gantium, dicantq; corpora nesc non sic, ut olim esse robusta, quæ  
ualida medicamenta ferre queant: ratque è contra antiquiores ac  
eruditiores, ut Hippoc. Gal. Auicenna, atque alij ualidorum medi-  
camenorum usum semper securos suisse ipsorum monumentis  
planè constet, non minimeque hoc tempore sive Ignora muliercula,  
quem nunquam plures doctissimi medici medicamentis bene-  
dictis sanare nequierunt, unica superdictorum præualidorum  
medicamentorum medicamento, curarit. Quain re ualde anci-  
pitiue opinioni aquiescere solo, quam nunc audire, & cognos-  
cere ex te summopere expecto.

*Vter nobilium, vel plebeorum Aegyptiorum purgan-  
di viu, sit laudatior, siue an purgando me-  
dicamenta leniter vacuantia præualido-  
ribus praestent. (cap. VI.)*

## G V I L A N D I N V S.

**N**ON TANQ; purgandi viu Aegyptiorum innitilem  
indicandum centeo, quando acque lenientibus, benedi-  
ctisque appellatis illis medicamentis corpora omnia re-  
cte purgari possint, neq; minus imbecillum, mollium, pinguium,  
ratiq; habitus corpora ualide purgantibus tuto vacuentur, facile  
siquidem ipsa ab his nimium resoluuntur. Exindeq; ncmet illo-  
rum purgandi viu mihi laudandus planè uitetur. ALPIN. Hinc  
nobis data occasione, libenter ex te intelligerem, cum tu apud an-  
tiquos celeberrimos medicos medicamenta in usu suisse ad mor-  
bos curandos ualidissime purgaria, cognoris, qualis fuit uteroque  
elchorus, scamonium, colocynthis, pepülium, atque alla huiusmo-  
di, nunc

di, nunc vero non modo in Aegypto, sed in toto terrarum orbe plerique medici vsum leniter purgantium libenter si equantant, utrum valide purgantium medicamentorum vsum, leniter purgantium vsum in morborum curatione prebet. **GVL&N.D.** Mirabar ni mihi tam arduam inter medicos item resoluendam nunc indicasses, quasi meos humeros, quid uis ponderis gestare posse arbitris. Nolo tamen hunc laborem subterfugere, quo te tantopere meo iudicio defestari nunc sciam. Itaque mea hac de re haec erit sententia, quam non audies, nisi prius aliqua clarioris cognitionis gratia tibi praedixero. **A L P N.** Rechè sanè, nam sine aliqua distinctione non posse resoluti quæsitum puto. **GVL&N.** Id ipsum arbitror prænoscendum, etenim iam nouimus prævalida medicamenta robustis corporibus conuenire, minimeq; imbecillioribus, quanquam eos ipsa morbi quoq; magnitudo postularit, eodem item modo leniter purgantia robusta corpora parum iuare affirmandum crit. vidi enim multos ab assumpptis leniter purgantibus, nihil aut parum purgatos fuisse, & aliquos etiam ex purganti pharmaco non inuálido parum deieccisse. Quamobrem non omnibus corporibus eadem purgantia conuenient, sed varijs vtique varia, vt Galin 4. dicit. viet. in morb. acut. testatum reliquit, quandoquidem corporum habitus, temperamentum, sexus, etas, vietus, celum, anni tempus, varia purgantia admittunt. Cui ceterum dubium, corpora habitu pingui, ac carnoſo, difficultius purgari, quam gracilijs & frigidi temperamenti existentia, quam calidi, & densi habitus, quam rari, & duri quam mollis, & rarioris molliorisque qualia sunt pucrorum, valde à medicamentis resoluti, & que frigido constant tempore, quam calido facilius ferre ea medicamenta, proinde ualidiora pharmaca requiri, & calida corpora præter quam, quod citius resolutur, magis etiam ab his resoluntur. Zarotus Zarotus medicus doctissimus, mihi olim affirmauit, cum in Transylvania locis aliquot annis diuersaretur, quamplurimus non nisi à prævalidissimis medicamentis vacuatos obseruauis se, ex quo ipse non nisi prævalida purgantia ibi in omnibus eorum locorum accolis medendo excreuisse dixit. Eodem quoque modo mulieres molles, ac rari habitus, plusquam viri a purgantibus medicamentis labefactantur. Atque ex etatibus pueritia, & senectus difficultius purgationes ferunt. Itidemque crapulis indulgentes, difficulter purgantur, In coelo itidem calidiori omnibus cor-

R poribus

# DE MEDICINA AEGYPTIORVM

poribus purgationes difficillimè existunt. Hippocratesque hinc dixit, sub cane, & ante canem molestas esse purgationes. His itaq;  
præauditis, rem propositam facilius resoluemus. Omnibus igit  
corpoceibus, ex quacunq; causa facile resolubilibus, præsertim  
in calido coelo degentibus, medicamenta leniter, & non valde pur  
gantia conductent, ex quo, illos Aegyptios, qui purgando nuper  
di etorū seminum, & aliorum validorum purgantium vsum fre  
quentant, etrare cognoscimus. **A L P I N.** Igitur vſus purgandi  
olim priuis medicis familiaris, vtebantur enim iij ad purgandum  
scammonio, colocynthide, elleboro, peplio, atque alijs validissimis  
purgantibus, illo, quem nostri nunc medicamentis benedictis ap  
pellatis exercent, minus utiles censendus erit? **GUILAND.** Apud  
Hippocratem, elleborum album suis purgans familiarissimum  
cuilibet nostrum notum est, quod in 2. lib. de fracturis, & quarto  
zphorisi. manifissime legitur. In lib. etiam 2. de rat. vieti.  
in morbi acut. in pleuricide, vbi dolos aliquando ad hypochondria  
descenderit, vsum nigri ellebori, ac pepli commendauit, & Galen  
quartana febre album elleborum in lib. primo, ad Glau. vtilem es  
se docuit, etb. ipse in 6. lib. epidem. affirmaverit, ipsum esse violen  
tissimum purgans. Familiaria Galeno medicamenta purgantia,  
vt pote que apud ipsum in vſu fuerant, sunt catapocia ex aloë, colo  
cynthide, scammonio, ab ipso olim parata, que deuoranda de  
dit homini habenti linguam præturnidam, vt in lib. 1. 4. meth. me  
den. legitur: atque etiam confecta ex aloë, colocynthide, scammonio,  
agarico, bærlilio, & gummi Arabico. Quorum vsum in tu  
sistentibus à falsuginosi humoris distillatione ex capite ad pulmo  
nes, lib. 3. meth. immopere commendauit. Quea quidem Cata  
poea, in libro de remedij facile parabilibus, ad ptydraelia, atque  
alopeciam ludauit. Hocque composuit, vt in 3. lib. de remed. fa  
cile parabil. colligitur, ex aloë vntijs sex, mastiehes, vntijs duabus,  
totidem q; absinthij succi; colocynthidis vntijs quatuor, hocq; me  
dicamentum appellar catapocia ex aloë, & paratum ex aloë, colo  
cynthide, scammonio, agarico, atque alijs; vocat hyrcanum ~~si d'assensu~~  
~~s'is~~. Hec enim medicamenta validissime purgantia in vſu fue  
rant apud Hippocratem, & Galenum medicorum omnium facil  
le principe. Hinc à nobis sciri potest, apud ipsos nostri medi  
camenta leniter purgantia, sed valide purgantia ad vacuanda  
corpora in vſu fuisse. **A L P I N.** Veta loqueris, sed iij benedictis  
appel-

sem. 27.  
zph. 3. p. 14  
15. 1. 6.  
16. 1.  
16. 3. 22.  
29.

up. 6.

up. 1. 4.

appellatis medicamentis a nobis cognitis carentes, cogebantur illis vti, quae validissime purgant. **G V I L A N D.** Hoc uerum nunc concedatur, nihilominus in temperatis corporibus, quae non ex multa copia, neque admodum ex tenacibus ac crassis humoribus ægrotant, validissime purgantia, simul cum humoribus carnem liquantia, bonæ humiditatis non parum educent, veluti in Cachochymis, malorumvè succorum, ubi multi impasti, infarcti, sint, tenaces ac crassi succi in viscerum meatibus, leniter purgantia nunquam poterunt radicitus vniuersam purgare humorum copiam. Frustraque volentes multos in visceribus infarctos succos tenaces ac crassos educere, tentant illos leniter purgantibus vacuare, vel alijs à nostris medicis uitear, quibus raro, uel nunquam morbum à multis, & tenacibus illis succis ortum, perfectè sanant: Quod uidere possumus in multis diuertis febribus, quotidianis, tertianis, & quartanis. In istis sepius obseruati humores noxios ab assumpto leniter purganti, potius moueri, quam uacuari, pluresque sic ægrotantes his leniter purgantibus sape in eodem morbo denora tis, potius fastiditos, quam curatos uidi, quos sape quepiam indecta muliercula unico pharmaco ualidissimo, non sine doctissimorum medicorum dedecore, perfectè sanauit. **A Z P I N.** Non omittam hoc loco historiam plane tua dicta confirmantem. Cayri erat Helena Christiana Cophta, an nos nata triginta, cui à supressis menstruis purgationibus caput sequissimis doloribus lèdebatur, eodj; ipsa molestissime cruciabatur; uigiljsq; assiduis cum assidua tufsi, atque orthopneja misera etiam detenta, quæ uix recta ceruicē respirare poterat, perdoctaç ab amica muliercula, ac planè sua fa, antinonij preparati grana quinque deuorauit, à quo medicamento in primis uomieu multa cruda pituitosa, crassa, ac uiscida excrementa reiecit, & mox biliosa, uiridia, & tandem gruginosa, atque atra multa, eadē per alium deiecit, ex qua uacuatione statim sic bene se habuit, ut nocte tota infecuta dormierit, atque quietuerit, a tufsi, orthopneja, capitisq; dolore plane sanata. Pluresq; alios uidi ibi huiusmodi ualentibus purgationibus à morbis fere incubilibus fuisse sanatos. **G V I L A N D.** Atque his malis nos non sic ex arte medemur, ut antiqui faciebant, utentes præualidissimis purgantibus, uolentes potius noxiiorum humorum copiam uacuare, et si non sine ægrotorum molestia insignes hę uacuationes operarentur, quam ab ea naturam deuinci, & non tentata nalida pur-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

gatione, sinec ex cito sequi. Multi ex medicis reperiuntur, qui  
egrota corpora præ manibus habentes, à crassis, tenacibusque mul-  
tis succis in viscera meatus, cauitate fve infarctis, curanda, dubi-  
tanter posse omnes illos humores vacuari, naturamq; egrotatium,  
uel uires non recte præ qualidam purgans perficere, prius sinunt na-  
turam copia humorum uinci, quām purgationem tentare, vel ex-  
periri uelint, quod tamen potest s̄pe viribus morbo iemporibus  
factis, non sine maximo egrotatiū derrimento facere coguntur.

A. 1. 11. 1. Iorat̄ hinc non semper abhorrendas præ qualidas pur-  
gationes, colligitur, quinquo magis illas quandoq; egrotis multum  
conferre; Quod Hippoc. in primo lib. aphorism. docuisse si-  
aphor. 13.

fus est, cum dixit: Deiectiones non multitudine sunt existim an-  
da, sed si talia deieciuntur, qualia conueniunt. & egi facile tolle-  
rant, atq; ubi usq; ad animi defectionem expedit duoc̄, facien-  
dum, si eger posset tollerare, & multo magis cum eiusdem omni-  
ne sententia Gal. in Commento fuerit cum dicit, in maximis  
etiam inflammationibus, & uchementissimis doloribus nullum  
maius noui remedium, quin uisq; ad animi defectionem evacua-  
re, adhibita distinctione an mittere sanguinem, an purgare opon-  
tent usq; ad animi defectionem. C. 1. 1. a. n. d. Multos iurasse  
insignes, ac etiam immo deratas validissimis purgantibus præstas  
vacuationes, non raro multis obseruatū est. Plures inueniuntur,  
qui uel fibram preparantur, uel eis infusum sumpfere, ut ab-  
anti quis hepatis, siueque obstrunctionibus sanarentur, quibus pes  
uomitus, & aluum copioſiori facta vacuatione, præstata laxitas re-  
ſtituta fuit, qui nunquam potuere alia vi medicamentis leviter  
purgantibus sanari. Ex quo forsan suspicandum est, apud Hippo-  
cratem, aliosque eius temporis medicos doctissimos, teratrum  
alium fuisse in aliis familiarissimo, quod morbos breui tempore,  
ac perfide humorum noxiorum multitudinem, visceribus, arque  
alijs intermis partibus tenaciter adhucrentium, præ qualida ui-absen-  
gendo, euellendo, atque purgando sanaret. At tu Hippocratis  
Galeniq; preceptum in primo lib. aphorism. memoria prodidimus  
in medium quoque attulisti, qui ambo docuerunt, corpora aliqua  
interdum etiam ad animi usq; defectionem purgari posse. Que-  
rum sententia, sc̄iennes sc̄i nostros medicos distinxit, ac turbauit,  
ut plerique ipsorum nunc contendant, illiusq; aphorismi precep-  
tum Hippocrate dignum non esse, quoniam in ea non sunt sen-  
tentia.  
aphor. 15.

tentia, ut innoxie possint corpora unquam ad animi defctionem purgari, neque id ex arte medicos facere vlo pacto debere affirmanit, neque si fieri tutum esse: Qui tamen, vt tantorum medicorum sententiam seruarent, plurima commenti sunt, alij siquidem dicentes, communis quadam ratione, & non proprie ab his dictum fuisse, vacuationem aliquando ad animi vlique defctionem moliri posse, & alij verbis seriem peruerentes, negant haec verba, ad animi defctionem, in antiquis Codicibus reperiri, atque alij Hippocratis aphorismum corruptum fuisse affirmant. Quem sic quoque Galenum interpretatum fuisse, cuius mos est, sic vt iacent, Hippoc. textus ac verba commentari. Nonnulli etiam opinantur licere aliquando corpora purgari ad animi defctionem, at per defctionem, non exquisitam syncopim, quae resolutis spiritibus fit, sed leuem quidem animi defctionem, quae scepissime assumptorum purgantium qualitate, vel ab humore acri, ore stomachi lesso, vel etiam in intestinis, dum mucosi acresque humores ab ipsis euelluntur, atque transiunt, terminibus quibusdam concitatis, vel etiam à quapiam leui resolutione vacuationem insignem secuta, excitatur, qualem quisque nostrum in praxi in multis purgationibus aliquantulum majoribus, quam par foret, vel à medica menti, vel ab humorum qualitate infesta, in stomacho, vel intestinis angoreus, vel termina concitante, scepissime obseruantur. Plures siquidem ab his causis etiam à non praevalido purgante in syncopim sceppe labuntur. Hincq; fit, qphod omne praevalidum purgans aliquam defctionem pariat, aliqua spirievum resolutione facta, aut ab eius infesta qualitate, vt in eleboro, scammonio, stibio præparato, alijsque similibus medicamentis obseruantur. Vnum prævalidi purgantis, vbi aiunt, ad animi vlique defctionem purgandum esse, Hippocratem atq; Galenum intellexisse, quale veratrum erat Hippocratis tempore, quo omnes semper cum vacuarentur, lipothymia aliqua corripiebantur. Omnesque medici stibium, gris infusum, sambucum, cameliam, scammonium, aut aliquod eiusmodi validissimum purgans exhibentes, preminent agrotos purgandos, fore à medicamentis vi prævalida, atque ab eius infesta qualitate stomachi angoribus, terminibus, atque aliquando animi defctionibus medicamento cooperante, tenendos. Itaque per purgationem ad animi defctionem faciendam insignem, ac copiosam, quae sit prævalidissimo purganti, Hippoc. Galenumque.

· DE MEDICINA AEGYPTIORVM.

intelleuissē multis hinc persuasum est . Que dum sit multi levill-  
pothimia corripiuntur . Neque alienum à ratione , & experientia  
esse puto , quo/dam copiosis ac insignioribus his purgationibus in-  
vari posse , praesertim robustos , eas tolerantes , maximeq; à vehementi-  
tissimis inflammationibus , vel doloribus ex copia humorum exor-  
tis cruciatos , quippe copia molestantis humoris prossus vacuata ,  
doloris tolluntur , atque inflammationes sanantur . Et quanquam non æquè facile , perinde ac sanguinis missio , purgatio hīti firmar-  
ivit possit , nihilominus , non est ex his , quæ fieri nequeunt , et si quan-  
doq; valde difficile , fluentem aliam firmare , ac fistere . Quapropter , vt tandem quæsitum dubium resoluam , in omnibus antiquis  
morbis , qui à tenacibus malis succis , obstructionibusq; viscarum  
pertinacibus , oriuntur , in tumoribus , suspitionis , asthmaticis , in anti-  
quis doloribus , praesertimq; articulorum , in chronicisque scri-  
bus , atque in alijs senilibus morbis contumacibus , dummodo robur corporum admittat , præualidorum purgantium usus , leniter  
purgantium usui præfendus videtur . In debilioribus vero cor-  
poribus præualidas vacuationes ferre nequeuntibus res ex oppo-  
site creduntur , siquidem his leniter purgantia magis obseruentur , etiam  
si morbi cause validum purgans expolserent , non focus quād in-  
mittendo sanguine nos ſerpe obſeruamus , in ijs , quibus morbi ra-  
tione plurimum sanguinis eſet vacuandum , viribus , vel ætate , vel  
alia renuenet , sanguinem mittimus in pauciori tamen quantitate ,  
qui tantum communis illis affert , quantum nuper , dicitis debilibus  
corporibus leniter purgantia , si enim maximam ferre potuerit  
vacuationem , minus quoque eis commodum accederet , proinde  
iuxta , quæ non inopportuna quantitate fiant vacuationes , quan-  
tum iuare possunt . A r r i s . Verum dicis , namque , vt alii u-  
quoque narrasti , ego etiam multos vidi à diuturnis ex capite in  
pulmones distillationibus languidos , ac penè tabidos effectos ,  
redditos , et vix eorum falso amplius sperari potuerit , nihil per-  
gum tempus à benedictis illis vocatis purgantibus iuatos , ſemel  
à denorato scammonio , vel fibrio , vel colocynthide largissime pur-  
gatos continuò sanos euadit . Ceterum hec medicamenta requi-  
runt medicum non minus doctum , quam prudenter , vt quid opus  
fit , ſcite , ac prudenter videat . sed nunc ſatis de his locuri sumus , tem-  
pusque eſt , vt ad alia tranfermas , sed quid de aquæ potu poſt de-  
ueratum purgans , i quibusdam recepto , iudicabis . G v i l a n o .

D e

De eo nunc etiam quæpiam à nobis dicenda erunt, scđ clarius ante hunc mihi vsum manifestes, ut rem apertius tractemus.

*Apud nonnullos Aegyptios in usu esse ab assumpto  
purganti medicamento, frigidam multam  
propinari. Cap. VII.*

## ALPINVS.

**R**I E C V L V S sanè his usus ac valde barbarus tibi videbitur, quippe medicos illos non paucos ab assumptione statim purganti medicamento, ægrotis multam frigidam aquam bibendam propinare. Ego vnum hoc ex ea sepius obseruan, lenissimo medicamento, insignem per alium evocationem fieri. Multi illorum consuecant ex omnibus medicamentis purgantibus, cassiam, mannam, terengibl, syrum de granatis solutuum, atque ex manna paratum cum aqua exhibere, in primis quidem cassiam, vel mannam, vel aliud superdictorum medicamentorum ægrotis offerunt, paulo post aquam propinantes frigidam, alijs eius binas, vel tres libras, atque alijs quantum ægroti bibere queunt, concedentes, ex qua sepe ego, et si ab ea aliis turbata multa dicecerit, famen multos penè mortuos, toto corpore ea causa immodiè tumefacto, vehementissimisq; doloribus lacerato, conspexi. Multis quoque rursus post assumptionem mannam aqua ad binas libras perhausta, alium absque multa molesta subducitam deieccit, atque combulisse vidi. Quod fortasse accidebat, quia aqua Nili sub dulcis, & tenuissima, perinde ac serum latit, aut de cotionem adiunqbat. G V I L A S D. Barbarus, ac summe periculosus usus mihi videtur, à nulloq; imitandus, quinimo ab omnibus abhorrendus, neque eti aliquos commode, ac ut ille eo purgatos fuisse dixeris, aliquid boni habere putauerim, quod calu os sic purgatos fuisse certus sim, aqua siquidem omnis quamquam optima sit, omniq; culpa vacet, vt Gal. in 3. de vic̄. rat. in morbi acut. docebat, tarde meat, difficile concoquitur atq; pigrè descendit: quoniam itaque modo aqua poterit vim purgantem medicamenti souere, atque augere? atque si ex ipsa aliquando commo-

## DE MEDICINA AEgyptiorum

de quodpiam purgatos compertum sit, in causa suis, vel ab ea eruditas concitata, vel natura ex multitudine aquæ excitata intemperie ad expellendam. **A L P I N.** Nihilominus ego sum huius sententia, quod ipsi, que est omnium aquarum, ut alibi demonstratum est, & tenuissima, & maxime concocta, modice sumpta possit coquendam alii de iectionem adiuvare, multoq; magis, quod omnes aquæ Aegypti aliquid nitri sapient, tota etenim Aegypti terrarum rufa, ac sanguinosa est, proinde aqua quoque illiusse fluminis supra terram nerosam transiens, aliquidculum in se nitri natura retinere potuit, quoniam aqua illa subducendi, vel abstergendi quodpiam facultate prædicta sit, cuius rei fortasse non spernendum hoc erit argumentum, quod omnes aduenerat, cum primum Cayrum accesserint, eaque aqua in potuvis finit, per multis dies diarrhaem copiosam patiuntur; hincq; etiam ipsam fortasse, praeterquam quod probè in tali longo istinere à Solis calore concocta est, etiam aliquantulum nitri habens, ventriculi calorem non sic labefactet, neque sit ita ipsi stomacho molesta, ut alibi, percipitur.

„ Auerthoesetiam in lib. 7. collig. dixit: Et quantitas quam dare debes ex rheubarbaro, &c à duabus drachmis usq; ad tres, miscendo ei syrump iulib, & squinzibim an, vicia una, cum quisque partibus aquæ frigide. Atque hoc fortasse idem insinuetur apud Auençennam, Haly, atque Rhasum, & alios, qui interim aquam post purgans medicamentum frigidam dare præcipiant. **G V I L A N.** Poter quidem aquæ Nili & uminis inesse talis vis, sed tu hac non contenus, usum aquæ etiam ob assumpcis pharmacis ex Auerthois aliorumq; Arabum præclarissimorum medicorum testimonio probare videntis, quod si ita est, animaduertas uelim, Auerthoem, atq; alios Arabes medicos, aquam frigidam dandam illis tantum consueuisse, quibus præ caliditate stomachi periculum est, ne vel vomant medicamentum, vel in syncopim ferantur, ut manifestissime cuique sedulo prædictorum scripta animaduertenti, & ipsorum tempore percipienti, notum erit, sed de hoc usu haec dixisse nobis sufficiant, atque advaria composita medicamenta, quibus ea genas vtitur, accedamus.

*De theriaca, atque alijs compositis, medicamentis, quæ in usu sunt apud Aegyptios.*

*Cap. VIII.*

G V I L A N D I N V S.



ONIS etiam Aegyptij medici compositis aliquibus medicamentis utuntur? quæfo, si quæ sunt, ea mihi narres. ALPIN. Paucissima compoſita illos in medendo exercere obſeruaui, nullas ad purgandum, neque catapotia, neque elenaria ſciu digna. GVLAND. Ea tamen qualia fint narrare quoque non te pīgeat. ALPIN. Quæ ex medicamentis compoſitis apud eos in vſu fuſſe tunc temporis abijs didiceram, haec planè exiſtunt, quippe theriaca, bernaui, bers phemoniæ, philofepha, atque Diamesch. Hęc enim ſciu digna eos in medendo frequentare animaduerti, ſed omnium maxime theriacam Andromachi Senioris, quam iuſſu Turcarum Regis ipſi ſumma cum diligentia componunt; in alijs vero, quæ dixi, medicamentis non eandem adhibent illi diligētiā, cum pro arbitrio omnes domi componere poſſint, ea quisque enim medicinę etiam planè ignarus, vt habet, ea pro vſu ſibi parat, ac componit. De theriaca vero res aliter ſe habet, ſiquidem non licet alicui ipsam priuatim componere, ſed publice corā omnibus medicis, in publico loco, quod pro ipſorum rege componatur, cuius iuſſu omnis cura ac diligētia ab illis adhibetur, vt perfectissima ac absolutissima perficiatur. Atque hinc Aegyptij, apud quos nunc optima medicina obſoleuit, theriacam ceteris alijs medicamentis accuratiuſ compoſunt, eiufque eompoſitioni maxime in cumbunt, qui ſciant haec tione ſe ſuo regi obiequi, cui tale medicamentum gratiſſimum eſſe intelligent. Accedit etiam, quod id medicamentum apud omnes Aegyptios in frequentissimo eſt vſu, quando ferē ad omnes morbos ea gens theriaca utatur. Locus, in quo eam componunt eſt templum, vrbis Cayni præclarissimum, Morestan vocatum. In eo omnes medici iuſſu preſecti, cum archiatro medi corum, ſic principē, quem Achim Bassi appellant, ſimil conuenient,

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

niunt, mense Maio ferè semper, vt de hac præclarissima compositione paranda consilium apud ipsos habeatur: ibi tum is qui compositioni faciendo designatur, qui est pharmacopola exercitatis finus in ea compositione, solamque theriacam componit; coram omnibus pastilos omnes conficit, cum quibus posseta totam compositionem accuratissime absolvit. Is, autem qui eo tempore, quo Cayri ego medicinam faciebam, compositionem hanc moliebatur, fuit Mahemet ebne Haly, vir quidem quamvis Mahemetis affecta, morum tamen integritate non spercendus, quique aduenas plurimi facere prece fert, singit tamen ingenti spe lucri, ex multa theriaca, quam aduenis continue vendit. Nunquam tamen ego, & si mihi admodum domesticus, ac familiaris esset, theriacæ compositionem, quam illi seruant, ex eo discere potui, nunquam voluit me ipso etiam præsente legere; Timent enim, si nos ipsorum compositionem, quam ceteris absolviorem ac præstantiorem esse opinaneur, ab ipsis didiceremus, multi lucri, quod cum aduenis plurimis Italis Germanis, Polonis, Anglis, Gallis, Flandris, aliarumque multarum nationum hominibus sepiissime in Aegyptum nauigantibus continuè faciunt, se non patuam laeturam ac damnum pauciros. Veleriam quia illis lege interdictum est Christianos homines eam compositionem posse docere. Hincque nemo aduenia potest vilo pretio ab illis eam compositionem intelligere.

**GVILLAND.** Hoc iamdu sciueram, sed tu qua nam arte vsus fuisti, utram ab illis intelligeres, auro fortasse pharmacopole illius timorem, atque legis interdictum te expugnasse puto.

**ALPIN.** Nullo meo consilio illud accidit, sed casu atque ab alio Mahemeti mihi valde familiari, rei herbariae longe omnium Aegyptiorum doctissimo, cui quotidie ex Arabia, atque Aethiopix, Indiisque locis aliquan noua medicamenta ab amicis mittebantur, theriacæ, quam Aegyptij componunt, integrum ac veram habui descriptionem, paucis enim diebus antequam ab Aegypto discederem, Deo volente, mihi contigit, ne citra sic desideraram illorum theriacæ compositionis cognitionem, exinde malo animo abirem, idque nec aurum, nec aliud munus nisi multa eius viri erga me humanitas confecit. Apud ipsum enim etiam discederem, vidi librum permagnum, & mirabilem, qui a doctissimo Aegyptio, olim Sultani cuiuspiam Aegypto Imperantis mandato, qui omnes Aegypti, Arabix, Aethiopixque locorum plantas diligentissime obseruauerat, de omnium

omnium illorum locorum plantis conscriptus fuerat. Quem si recte latinizati donatum nostri haberent, de multis medicamentis peregrinis lites omnes absoluissentur. Forte fortuna igitur, ut ad rem nunc redeam, diebus pauculis, antequam illinc discederem, cum quorundam simplicium medicamentorum occasione, dictum Mahemetem herbariae professorem conueniens in eius apotheca se ligentem, parantemque simplicia pro theriaca Aegyptiorum, ab omnibus medicis illo tempore indicata, ut illa in Morestan mitret Mahemeti theriacæ compositione. Nam Mahemet illus, qui iam multos annos theriacam componebat, solitus erat omnia medicamenta, quibus theriaca paratur, ab eo accipere. is rogatus a me, quid tunc ne, gotij haberet, cum respondisset herbas, succos, guminata, radices semina, atque alia medicamenta simplicia pro compositione theriaca se ligere, que in Morestan ad Mahemetem compositionem missurus erat, schedulam, in qua theriacæ compositione Archiatri medici Aegyptij litteris descripta legebatur, eiusdem medici, quoque sigillo submunitam, rogatus, mihi se presente legendam paululum concessit, atque postea etiam permisit, ut totam eam diem illam commodius perlegere possem, ac contemplari. Cuius scriptura principium cum Aegyptio medico Hebreo Italicam eque ac Arabicam linguam callente, cum legissem, theriacæ esse compositionem, quam per eum annum medici Aegyptij componere pro Turcarum Rege constituerant, quia imprium agnoui. In qua, ut iam dictum est, aderat Achim, basili subscriptio. Illam continuò domi cum dicto Hebreo medico, presente etiam Octavio Roucreto Tridentino medico excellenti, qui cum

Franc. Delphino, ibi pro Sereniss. Dominio Veneto Consule

Clarissimo, in Aegyptum, medicinam exercendi causa

venerat, ex Arabicō idiomate in latinam lin-

guam verti, quam quidem ne amplius tuum

desiderium remorer, hoc modo scriptis.

traditam nunc ex me audies. Ve-

rum nomina medicamen-

torum scribere pri-

mo Arabice, &

mox la-

tinè clarioris

cognitionis gratia volui.

The-

DE MEDICINA AGEYPTIORVM

*Theriaca compositio, quam singulis annis Aegyptij  
pro Turcarum Rege componunt, quam Tha-  
rachfaruc appellant. Cap. IX.*

A L P I N V S.

- V**T Theriacam igitur componant, accipiant.  
Acras haufel, idest pastillorum Scyllinorum, dra. 864.  
Acras Affa, idest pastillorum ex serpentum Tahit  
vocatorum carnibus paratorum, dra. 432.  
Acras Alindaracoron. L pastil. Hedicroñ, dra. 432.  
Darfelsel idest piperis longi, dra. 432.  
Affium Rumi, idest opij Thebaici, dra. 432.  
Zaranerd, idest florum rofarum, dra. 216.  
Haſſeſſuſſan, idest radicis iridis, dra. 216  
Scordium, idest scordij, dra. 216.  
Garicum, idest agarici, dra. 216.  
Debenbalafan, idest opoballami, dra. 116.  
Darſini, idest, cinnamomi, dra. 216.  
Robobsus, idest succi Glyciritiz, dra. 216.  
Bezer Sagliān idest ſemimum bunij, dra. 216.  
Mur amār, idest Myrrhē coloratę, dra. 108.  
Zaffaran, idest croci, dra. 108.  
Cheſt mur, idest coſti amari, dra. 108.  
Atcher, idest floris ſequinanthi, dra. 108.  
Selica feuda, idest caſſiq nigre, dra. 108.  
Sombul endi, idest nardi Indici, dra. 108.  
Condor Abiat, idest Thuris albi, dra. 108.  
Felfel abiat, idest piperis albi, dra. 108.  
Felfel affuet, idest piperis nigri, dra. 108.  
Zenzibil idest, zamziberis, dra. 108.  
Stecaclis idest ſticados, dra. 108.  
Elchelimbat, idest thercbeni, dra. 108.  
Fandeng, idest alamenti montani, dra. 108.  
Khaueñ ſkn̄, idest rhabarbari, dra. 108.

Mafcha-

Maschatramassie, idest Dictami, dra. 108.  
 Frassum idest prafij, dra. 108.  
 Pentaphilum, idest pentaphyli, dra. 108.  
 Petroleum, idest petrocelini, dra. 108.  
 Chamefitos, idest chamephytheos, dra. 72.  
 Giahade, idest polij, dra. 72.  
 Phu, idest Valerianæ, dra. 72.  
 Anama, idest amomi, dra. 72.  
 Tinmactum, idest terra sigillata, dra. 72.  
 Sombul Rumi, idest spicæ Græce, dra. 72.  
 Colochtar, idest vitrioli, dra. 72.  
 Mea scile, idest styracis liquidæ, dra. 72.  
 Abbalaffan, idest carpobalsami, dra. 72.  
 Hethud, idest acori, dra. 72.  
 Rasaneg samar, idest seminum séniculorum, dra. 72.  
 Gentiana, idest gentiana, dra. 72.  
 Sang Arabi, idest gummi Arabici, dra. 72.  
 Gardemani, idest cardamomi, dra. 72.  
 Rohob Chachit, idest succi Acatiq, dra. 72.  
 Nanachue Indi, idest ameos Indi, dra. 72.  
 Bezer carafis, idest semenum apij, dra. 72.  
 Anisum helb, idest anisorum dulcium, dra. 72.  
 Chemadrios, idest chamedrios, dra. 72.  
 Selclios, idest seselios, dra. 72.  
 Mu, idest mei, dra. 72.  
 Horf, idest naſturtij, dra. 72.  
 Hasart leget, teteis, idest succi hypocistidis, dra. 72.  
 Seebines, idest scrapini, dra. 72.  
 Hyufaricum, idest Hyperici, dra. 72.  
 Gindubaleſtar, idest castorei, dra. 72.  
 Zarauend tauil, idest Aristolochię longę, dra. 72.  
 Daucum, idest Dauci, dra. 72.

Vini granatorum, aut vini antiqui quantum sufficit. Melliis optimi partes tres. **GVIELANDENVS.** Theriacæ huic descriptioni addenda quoque à te est pastillerorum in primis, qui ex Scylla conficiuntur, mox etiam aliorum, compositio. **AEPENS.** Pastillos Scyllinos parantes, accipiunt sellam albam mediocris magnitudinis, tñam triticca pasta concretam, ac

con-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

conclusam in igrēm ponunt, utrōq; finunt, quousque pasta circa Scillam posita, perfēctè affata videatur, ac crustam contortam contraxerit, quam continuò eximunt, atque extrahunt, quodēq; innis cęps scille est molle accipientes, ei farina orobi permista, in ea portione, ut respondeat duabus scille partibus vna faringe, & plus etiam farine admiscent, si scilla multam habuerit a credinem. Sicq; in misenda farina scille se gerunt, ut ex multo, vel paucō scille acri sapore farine quantitatē expendant, scillis acriori sapore prædictis farine plus, & minus his, qui obscuri rem habēt acriorniam permiscentes. Verumq; quippe percoctam scillam, atque orobi farinam manibus conterunt, atq; postea simul mixta in mortario contundentes, massam efficiunt, ex qua orbiculos paruos faciunt, digitis prius oleo rosaceo inunctis. hosq; permixtunt per multos dies sub umbra siccari. Viperinos vero eodem certè modo, ut Gal. in lib. primo, de antidotis docet, ipsi parant, uno hoc excepto, quod ex viperarum carne, ex quibus nostris suis faciunt pastillos, eos non parant, sed ex quibusdam serpentibus, viperis tamen omnino corporis colore, magnitudine, figura, atque habitu proximis, capite excepto, quod in viperis nostris depresso est, cornibusq; caret, siquidem serpentum illorum capita, una, vel duobus cornibus prædicta sunt, duo feminæ, unum males habent, que cornua sunt veluti acutissimi acus, quibus mulieres ad suendum utuntur, atque in hoc nostræ viperæ ab Aegyptijs disferre cernuntur. Sed de his posterius copiosus loquemur. Pastillos vero alindaracorum, quos nostri hedicro os vocant, parant, accipientes.

Darfahan, idest corticis rad. aspalati, dra. 108.

Cassabederira, idest calami aromatici, dra. 108.

Idam balassan, idest xilobolismi, dra. 108.

Cheft mur, idest coeli amari, dra. 108.

Affarum, idest afari, dra. 108.

Mu, vel Meū, idest mei, dra. 108.

Achaouan, idest mari, dra. 108.

Mastichè, idest mastiches, dra. 108.

Fecaharcher, idest floris squinanthei, dra. 360.

Rauends, idest rhabarbari, dra. 360.

Selici, idest cassiq, dra. 360.

Darfini, idest Cinamomi, dra. 360.

Sambul endi, idest spicæ Indiæ, dra. 388.

Sadeq

Sadeg endi, id est folij Indi, dra. 2 88.

Mur, id est myrrha, dra. 4 32.

Zaffaran, id est croci, dra. 2 16

Omnia haec terunt tenuissime, atq; cum vino granatorum miscentes, digitis opobalsamo inunctis ex ea massa orbes faciunt, quos in umbra siccant.

*In quo Aegyptiorum theriacæ descriptio differat ab ea, qua ab Andromacho Seniore olim memoria fuit prodita.* Cap. X.

## GVILANDINVS.

**H**ec theriacæ descriptionem, quam Aegyptij sequuntur, longè ab ea, quam Andromachus Senior docnit, differe patet: Primum quidem numero ingredientium medicamentorum ab ea differens est, quando in hac ingredientia medicamenta sint novem, & quinquaginta, in Andromachi vero vnum, & sexaginta: Deest Aegyptiæ asphaltus, sine bitumen iudaicum, Centaurea, galbana, malabatum, opopanax, neque in ea perfectus ingredientium simplicium numerus obseruatur. Andromachi etenim theriacam simplicia omnia ingredientia sex numeris comprehenduntur, quorum primus est quadraginta octo, secundus viginti quatuor, tertius duo-decim, quartus sex, quintus, quatuor, atque ultimus duornen. Aegyptiorum theriacæ descriptioni deest sextus numerus, que tamen ceteris alijs numeris similis est, suoque habet Andromachi descriptionis numeris planè respondentes, quanquam in maiori quantitate illi ipsam vna vice componant. Primum enim ingredientium ordinem faciunt octo gentorum cum sexaginta quatuor, qui sanè magnus numerus ingredientium, descriptionis Andromachi primum numerum decies, & octo plus comprehendit, cum Aegyptiæ decies, & octo plus theriacæ vna vice componant, quam sit Andromachi descriptio. Primus igitur ordo ingredientium simplicium, & secundus, & tertius, & quartus, primo, & secundo, & tertio, & quarto Andromachi ordinibus recte conuenit. In quinto vero partim conuenit, & partim differt, conuenit, quod ex quatuor cum viginti simplicibus radicis,

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

medicamentis, omnia, exceptis duobus, habet, quando solum mithibatum, atque thlaspi ei decit. Differit etiam, quia alia habet, quae in Andromachi descriptione non leguntur, qualia sunt, acorus, apium, & nasturtius, habetque reliqua, quibus ab Andromacho sexus ordo datur, qualia sunt, castoreum, aristolochia longa, atque daucus. Alia defunt, non enim Aegyptij in sua compositione ponunt, asphaleum, opopanaxem, & centaureum: ex his itaque nobis persuasum est, illorum descriptionem scatere multis erroribus. Sed cupio, ut de omnibus rurius ingredientibus communiter loquamur, eaque altius speculemur, à pastillorum preparatione factò principio. A 1 p 1 n. An non omnium pastillorum in theriacam ingredientium compositionem ex dictis didicimus? G v : 1 . a . n . Quępiam de ingredientibus in pastillorum compositionem, fore à nobis clarissima cognoscenda existimo; atque in primis, quia tu dixisti, pastillos ex viperarum carnibus parandos, ibi ex serpentibus thayr vocatis parari, velim, ut serpente illum, ex querum carnibus pastillos, vel mochilicos illos conficiunt, mihi sedulo describeres, ut clarissimum ipsum cognoscere possim. A 1 p 1 n. Tahyr serpens est longitudine duorum ad summum cubitorū, corporis magnitudine, colore, figura, ut nuper etiam dictum est, viperis à nostris vocatis, proximus, hoc excepto, quod caput habent magis larum ac deprellum, atq; in eo cornua alba gestant, mas unum, & foemina duo, in sincipite, non sicutus quam acus acutissimos, ex quibus aliqui indicarunt, illum serpentem veram esse cerasum, quod si Arabin cerasitis descriptioni acquiescendum esset, sine dubio cerasitis ille serpens non erit putandus, quando in hac sera sine serpente, non reperiuntur cartilagines spinarum loco, sed eadem spina, quibus viperarum corpora predita sunt, neque, ut aiunt, plura quam duo cornua gestant, quę recta, minimeq; obliqua cernuntur, neque dignoscitur in his artis, quod Actius in lib. 13. scriptum reliquit, his profecto verbis dicens: Cerasites magnitudine cubitalis est, longissimus cubitorum est duorum, corpore vero arenosus est, & iuxta caudam desquamatus eminentias habet in capite duas, cornuum similitudine. Audiu in commoris ab his serpentibus thayr vocatis eadem planè symptomata obseruari, quę à viperarum nostrarum mortibus prodeunt, hocq; unum certo scio, non esse illorum mortum usque adeo exstrosum, ut de cerasitis mortuū à multis proditum est. Testis erit Antonius Palmerius presbyter

ter adeniōdum reuerendus, qui inultos ambos Cayri, multis Vene-  
tis Consulibus sacra ministravit, sicutque Cancellarius, is me cum  
vna vidit, Mahemetum theriacē compōsitorē, duos thayr voca-  
tos serpentes, dum ut nobis aliquando ostendere vellet, manibus  
contrectaret, ab altero ipsorum commōsum, sola theriaca ſolis  
inclusis adhibita sanatum fuisse, in quo cum omnia ſympotata  
viperarum apparuerint, ſine dubio affirmare poterimus, thayr vi-  
peram cornutam eſſe, cum ſolis cornibus à viperā noſtrorum diſ-  
ferat. Ex horum carnibus paſtillos illi, ut iam enī dictū est,  
non diſſimili, quo noſtri parant modo. Hedioſroes verò, quos alii  
daracorum appellant diuerſiſime ab ijs, qui tum à magno, quos  
Galij lib. de theriaca ad Pifo. docuit, tam ex Andromacho ab eo-  
dem Galeno, in lib. primo, de antidiſlitteris prodiſti fuere, componē-  
tane. Quod tibi ex ipsorum narrata deſcriptione maniſtiffimum  
eſſe puto. G v t l a s s o. Admodum certè diſſimili eſt hedioſro-  
rum haec paſtillorum deſcriptio, ab ea, qua in illis componendis,  
vſus fuit Galenus ex Andromachi mente, attraſamen illos veris, ac le-  
giemis plerisque ingredientibus vti exiſtino, quod in his locis  
noñ fit diſſicile multa medicamenta ſimplicia haberi, cum Aegy-  
pto, Arabia, Aethiopia, India, Græcia, ſint contermina, in quibus  
præclara multa ſimplicia, quæ à nobis deſiderantur, ſponte naſcan-  
tur, atque facillime illuc conuehantur. A 1. p 1. n. De bis omni-  
bus, dicam libere, quid ab hiſ didicerim, atque quid ſentiam. Et vt  
à Darſifahan, qui eſt aſpalathus Dioſcoridis, principium faciamus  
deco; illos in hanc hedicroceum compositionem veram radicem  
aſpalathi coniūcere, quam ex Creta, vē Rhodo ipſi ſe habere aīut,  
quæ eſt valde craſſa longa, dura, coloreque flauo rubefacenre, ad-  
modum odorata. Eam Dominicus à Rege, qui pharmacopola-  
m Cayri agebat pro Georgio Hemo Consulatum tunc gerente,  
in Cretę loco propè portum Fraschia dictum meo laſſu plures ra-  
dices excepſit, & Cayrum pro vſu ſecum tulit. Arbustus eſt aſpa-  
lathus ramulis denſis, spinis albis, durisque horridus, folijs rutae  
proximis, atque floribus auricis, rariſ, ſparbiſ florum æmailis, ſum-  
me odoratis, ego eam plantam lucunditate eximia odoris, ex eius  
floribus, vbi Cretę loca aliquando diuerſarer, ad nares elata co-  
gnoui. Alij ſunt, qui eo carentes, quandam herbam ſubſtruunt,  
quam falsò aliqui darſifahan vocant, hanc ego hyperici ſpeciem  
ex eius figura, & feminib⁹ nigris ſubrubefcentibus, in paruis foli-  
culis,

## DE MEDICINA AEgyptiorum.

Ecclis, qui plenis redolent odorem, iudico . De Cassab, elderita regius, quam nostri, cum vero ac legitimo mea sententia vtratur calamo aromatico, & non acrii radicibus, que nunc apud multos herbarum materiis ignatos medicos, pro calamo aromatico in via familiarissimo existunt, qui quam bene hoc intelligent, tu melius in herbarum materia exercitatio explicabis . G V I L A N D . Quid? non omnibus manifestissimum est, calamum aromaticum esse non radicem, sed cannam, vel calamum? quod ex Dioscoridis verbis plane verum esse conflat, dixit enim: Calamus odoratus in India nascitur, melior est falsoe genicularis, & qui assulo se frangitur, plena araneorum fistula, albicans, latus in mandendo, & adstringens, ac cum aliquanta acrimonia amarus. Et Plinius quoque cannam esse calamum aromaticum affirmare videtur, cum dicit: Inest fistula arancum, quod vocant florem. Ac Scropio, & Canna eius est plena cuiusdam rei similis texture araneae cuius, color est albus, & est viscosa. Ex quo aperte cognoscitur, falsa esse eorum sententiam, qui acrii radices verum calamum aromaticum esse affirman, quando neque calamus acrii radices existant, neque concavitatem habent plenam eius medullari substantia, quam florim ipsi appellant, neque assulo se frangantur. Atque tu illum sepe mihi ostendisti verum, ac legitimum, quem ex Aegypto tecum aportasti, qui quidem certissimum calamus aromaticus antiquorum est, calamus enim in primis est, coloreq. sub fulvo spectatur, est fibulosus, concavus, odoratus, amarus cum aliqua acrimonia, assulo se que frangitur, id est in frustula multa inaequalia, inque fistularem meatum arancum florem vocatum haber. Hoc si Aegyptij in componenda non modo theriaca, sed in omib[us] alijs medicamentis, vt ante, rectius certe quam nostri agunt. Cassab elderita Arabum verus proculdubio est calamus aromaticus. Hinc regatos vellem omnes tum medicos, tum pharmacopeas, vt illum aspernari nolint tanta cum componendorum medicamentorum industria. Cuius copia, modo ipsum in usu recipere voluerunt, ex Aegypto, atque Syria eis non decrit. A 1 7 1 x. Grambor te hanc vernaculam cognouisse. Sed nunc age de xilobalsamo, de quo non minus etiam multi ex nostris habent, quamquam nonnullos ramulos, tenues, rectos, subrubescentes, odorem ac saporem non obsecire veri opobalsami redolentes, in suis officinis habebit, quos nomine etiam appellant, qui certissime veri ramuli plantarum balsam

mi existunt, id quod ego sensibus verum esse cognoui: nā non modo Cayri asportatas ex Arabia recentes virgas vidi, verum etiam Venetijs in Arbusculo veri balsami, quem domini meæ viuētem plures viderunt, atque quod magis in irum multis videbitur, etiam ex illius parvuli balsami arbusti stipite, vbi ala quæpiam foliorum ab eo absicindebatur, verum opobalsamum stillasse multi spectarunt, quod ex gusto, atque odoratu omnes qui alijs asportatum ex Aegypto verum opobalsamum viderūt, verum esse fassi sunt. Hoc vidit Iacobus Contarenus, Senator Clarissimus, plantarumq; materiae doctissimus, atque studiosissimus, Nobilissimusque Ioannes Vuthus Anglus, simul cum nobilissimo Fererio Gallo, quampluresque alij tum Angli tum Germani, atque Marcus Phenarius Venetus pharmacopola p̄eclarus simpliciumq; medicamentorum cognitionis non ignarus, ac alij multi, quos, ne te virum doctissimum maiori tedium, quam beat afflictam, omitto. Hane vero balsami, carpobalsami, & xilobalsami veritatem in dialogo de balsamo olim Cayri conferipto suis manifestauit, de qua etiam inferius non pauca erunt suis locis rursum memorie mandanda. Multas recentes virgas balsami ex Arabia Cayrum valde citò conuectas inspexi, quæ eximium odorem opobalsani spirabant, qui tamen adeo citò exoluiebatur, ut paucos post dies obscurissime contiretur.

**G V I L A N D.** Atque hinc est, quod hæc vi gæ, huc asportatae, in tam longo irinere odore multum resoluto, obscurissimum tum saporem, tum odorem referunt. Quamobrem laudarem ego, ut pro illis interim carpobalsamum odoratum substituerem. Sed per Achaouam, quid intelligūt?

**A L P I S.** Per Achaouam herbam aliqui accipiunt camomello valde similem, quam achaœna, vel vebouen, vel alachuan etiam appellant. Crescit haec herba copiosissima in Aegypto, præsertimq; Cayri, in loco Sbechie vocato, altitudine paulo minore ipsius camomelli, floribusque ei maxime proxima, ac folijs matricarie sue parthenio, similis; ipsamque ego sapientissime virentem decerpsti, quæ obscurissimum tum saporem, tum odorem, atque etiam ingratum edebat. Aliqui vero sequentes fortasse Auicenam, dicentem achaouam esse acuti saporis, atque odoris, aliam herbam albam odoratam, atque eum acri sapore ori gani ferre æmulam intelligunt, ex quo non adeo errasse Auicenam constat, qui dixit, achaouam habere flores odore atque sapore macro proximos, iam dictam herbâ acuti odoris, saporisq; intelligens,

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

an vero ipsa verum marum sit, adhuc ignoro. Per darsini optimam cannellam intelligent, sine cinnamomiunt, quod nulla in re à canel la differt, quam gratilitate, odorisque, ac saporis præstantia. Fasces multos conspexi veri, ut arbitror, cinnamomi, qui cortices erant cannelle colore, contorti, vel obvoluti, cannellis multo tenuiores, graciliores, & breuiores, crassitatem veri calami odorati, habentes, quo etiam tenuiores existunt, qui vetustate omni ferè, tum sapore, tum odore carebant. Etsi aliquibus odor aliquis, vel sapor aderat, fatis obscurus, atque non nisi cannelle proximus sentiebatur. Quam speciem cannellæ tenuem, breuem, obtortam, darsini Arabes appellant. Quæ maxima cum difficultate in Aegypto inueniuntur. Quam nostri cannellam communiter dicunt, Arabes cherfè nuncupant, & cassiam ligneam felica. In qua multi etiam Cayri decipiuntur, non tamen in theriaæ compositione ipsum possit, quando veram cassiam illi semper in ipsa adposuerint, opinantes felica non esse cassiam ligneam, sed corticem ex Barbariæ locis a-sportatum, crassum, ac subruberum, qui cortex, me iudice, est verus ac legitimus mäcer Dioscoridis. hunc corticem felica seuda vocant. Ibi vero multæ felicæ circumferuntur, quarum in una aures est cortex, amarus, cum quadam adstrictione, cuius decoctum, & infusum in aqua simplici frequentant instar fomenti, ad oculorum lipitudines, quibus mirifice prodest, quem corticem vocant felica tameñ. Alter est cortex sublatus, vel subruber, vel subniger, sapore subdulci, stipticoq; ac omnis odoris expers, quem aliqui vere cassia ignari, cassiam esse opinantur, hincque aliqui ipsum appellant, quod cassia nigra sit, felica seuda, quod idem est, ac si dixerint, corticem nigrum. Hanc corticem verum esse Dioscoridis mace-rem ego sine dubio ex notis à Dioscoride proditis, affirmarim. Est & tertius cortex, quem felica per eccelleniam appellant, quasi di- xeris, cortex, omnium præstantissimus, qui sanè cassia est vera, quæ nostri ad differentiam fistulae foliatae, quam etiam cassiam vocat, ligneam cassiam dicunt. Per rhauend seū, rhabarbarū accipiunt, & per fædeg endi cinnamomi folia, laeti folijs proxima, sed multo maiores, quibus nostri pro vero folio vtuntur. Per chæst, vtuntur quadam radice alba odorata, sapore modice amaro, cum multa acrimonia lingua ferente, quam ex Syria conuehant, que radix si acutissimum odorem, quo caput feriretur, haberet, sine dubio ve- ras costas Arabicus esset. Neque opinor multum falli illos, qui

provero Arabicō costitūtūtūr. **G V I L A N.** Id ego quoque verum esse costum Arabicū, puto, recte, idcirco facere Aegyptios medicos eo videntes. Neque obstat, quod caput odore acutior non feriat, cum Dioscorides dixerit, Syriacū tantum caput odore ferire, non tamen Arabicū, quem potius suauioris, ac iucundi esse odoris scriptum reliquit, vnum est in eo præcipuum, scilicet sapor valde mordens, cum paucō amarore. Sed quæso quid per amomum ipsi intelligunt, de quo inter nosdos hacenus maxima lis fuit? quoque pro eo in medicina vnu illi vntur, audire cū pio, atque num feminā, an lignum ab ijs creditur. **A L P I S.** Ipsi non feminibus, sed ligno quodam odorato pro amomo vntur, quod amama appellant. Est itaque ipsorum amama ramules breuis gracilis, multis obliquitatibus, atq; partis densis obtortis ramis præditus, vereq; racemo vnguū figura similis. Est tamen lignofus, durus, frangibilis, colore corticis quidē nigro, subrubescens, ligni vero vel albo, vel flavo, præditus, valde iucundum atque aromaticum odorem resipiens: nullius tamen est sapor isthocē, ligno pro amomo merito vntur, cum mea quidem sententia Dioicorides, qui verius de eo scripsit, potius de ligno intellexerit, quam de feminibus, non ab eoque dixeris amomum racemosum, quasi lignum vnguū racemis figura sūnilem. **G V I L A N.** Multi aiunt lignum hoc, quo pro amomo Aegyptij vntur, esse plantæ rose Hierici vocatæ, quod tamen falsum esse comprehendunt, ex hoc præsterrim, quod huius stirpis caules, vel ramuli lignosi non existunt, neque frangibili, neque odorati, quales sunt, quibus pro amomo ij vntur, qui duram lignosam substantiam habent, facilimeque dīgitis franguntur, odoremque suauissimum respīrant, & quia flores parnos albos violarum floribus proximos habent, fortasse non immerito eos pro vero amomo habent: Nam & ipse Dioscorides dixit: Amomum est arbuslum, quod ē ligno racemi modo in seipsum conuoluitur, florem habens paruum, album, violis proximum, atque folia brionie. Melius ex Armenia portatur, aureo colore, cuius lignum subrubrum, atque odoratum existit. Ex quibus Aegyptios magis, quam nosdos probarem, qui ligno vntur pro amomo, & non feminibus, vt nostri faciunt, prorsus sapore atque odore carentibus. Res tamen est perdifficilis, quippe vt haec veritas antiquorum monumentis demonstretur cum apud varios scriptores, amomi historia planè varia insueta-

## DE MEDICINA AEgyptiorum

tur, ex qua nihil, vel parum certi elici potest. Sed de myrrha etiam loquamur, quam illi vocant Mur. A I F S. Per mur myrram omnes intelligunt, sed tamen optima Trogloditica carent, cuius loco illa vntur, quam Dioscorides ergalimam appellant, quæ & Veneris pharmacopœos vti quoque scio. Hac enim colore, atque aspectu gumeni est proxima, odore grani, gustu modice amaro. Alia simplicia medicamenta, quibus vntur ad dictorum pastillorum compositionem, eadem existunt, quæ apud nos trios quaque in vñ existunt. Hecque de huiuscem compositionis ratione à nobis dicta sunt. Nunc perop portunum erit, vt ex medicamentis in theriacæ compositionem ingredientibus, quæ cum apud nos trios vñstatis conueniant, & quæ differant, loquamur. G V I L A S. Ut libet, sed non de omnibus, sed tamen de necessarijs breviter causâ frimo habeatur, ac tantum de his, quorum vñs nō omnibus adeo patet, & in quibus multi dubitare videntur.

### *De aliquibus simplicibus medicamentis in theriacæ compositionem ingredientibus, consideratio.*

Cap. XI.

#### G V I L A N D I N V S.



V i d itaque intelligunt per denbelassam, velim in primis mihi nares; atque mox de singulis alijs, quorū vñs nostris hand omnino clarus est, erit dicendum. A I F S. Per denbelassam succum balsami arboris, per idanbelassam, signum, & abbolasian fructus, illi intelligunt, quæ omnia vera habent, atque recentissima, quibus ad componēdam theriacam atque alia medicamenta, vntur. Nostri hæc ex Græcis appellaverem, opobalsanum, sikk. balsanum, atque carpobalsanum. Omnia hæc apud me vera ex Aegypto comportata vidisti, fatusq; tunc foisti sine dubio legitima ac vera esse. Quoniam autem de his posterius, vbi de balsami planta loquemur, copiosius agemus, prope rea alia de his in præsentia dicenda non sunt. De cinnamono & cassia nihil aliud, quam quod de ipsis iam dictum est nos dicere oportet. G V I L A S. Quoniam autem vbi de cinnamono, & cassia sermonem habuisti, non recè perecipi, ideo narsum explorantes

ratus à te eadem audierim, tu enim dixisti, Aegyptios pro cinnamomo, & cassia, ijs tribus nominibus vt, quippe darsini, cherfē, & felica, quibus sanè nō nominibus intelligunt cinnamomum, cannellam, atque cassiam, scilicet per darsini corticem cannella similem, sed eo tenuorem, longè breuiores ac graciliorem, in seipsum inservsum, conuolutum. Per cherfē nostram vñitatum canellam, & per Selica, Cassiam, quam ligneam nostri appellant. A T R I N. Cayri vidi nonnullos fasces veri cinnamomi, præ antiquitate raro ferè odore ac sapore resoluto, idque apud Ioannem de Leonardi, Venetum, mercatorem integrerrimū. Erat enim illud cinnamomum, cortices tenuissimi in seipso cannella modo inuoluti, crassitie tamē communium arcuum cordas nō excedeant, vel calamis aro maticis proximi, longeq; erant cannella breuiores, quæ palmi longi tudinem nō excedeant. Ipsorumq; odor, ac sapor, quanquam obscurissime ex vetustate sentiretur, nihil differebat, ab eo, quem communis cannella spirat, atque saporit. Cannella igitur, quam, vt iam dictum est, cherfē appellant, neque odore, neque sapore, neq; colore à vero cinnamomo diffens est, & solum corticis era sitie, & longitudine interstinguitur. Verum cinnamomum, vt ex multis audiui, cannella sapore atque odore præfertur, quia cinnamomi odor suauior, atque validior, saporq; dulcior, atque mordacior sentitur. Hincq; puto Theophrastum scripsisse, cortices tenuiores è furculis, vel farmentis tenuioribus eximi, cinnamomumq; quod ex tenuibus sit præstantius, atque cassiam ex crassioribus, minus efficiacem, ex quo dicendum est, cinnamomum nihil aliud esse, quam furculorum, vel ramulorum tenuissimorum cortices, & cannella, maiorum, atque crassiorum, atque adhuc crassiorum iuxta Theophrastum, cassia. Qui an verum attigerit, valde dubius sum, quem tu, qui iste omnia accuratius cognoris, facile illustrare poteris, atque huius veritatem mihi aperire. G V S L A X. Quid? cassiam à cinnamomo, & cannella differt crassitie, ac odoris, saporisq; præstantia? hoc planè falsum esse scio, siquidem has obseruari differentias in varijs cannellis, atq; cinnamomis puto, ex quo differt cinnamoma atque cannella inter se corticū magni tudine, ac odoris saporisq; præstantia. Namque cinnamomorum alia sunt tenuioris corticis, odorisq; ac saporis validioris, & alia crassioris, & odoris, saporisq; obscurioris, veluti etiam ex cannellis aliquæ sunt crassiores, maiores præstantioresq; quoad saporemq; atq;

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

aliꝝ minores, atque odoris fáporisq; humilioris. Ex his collige cinnamomum, quòd darsini Arabes vocant, nihil aliud esse, quam corticem tenuissimorum surcularum, qui sunt odoratiores, ac validioris fáporis, & cannellare, quam cheret appellat. esse corticem crassorem, omniumq; crassisimum, qui à crassoris ramis ac truncis auferitur, eamque cannella quoque esse, minimeq; cassiam, ut voluit Theophrastus, cum cundem odorem spiret, atque cundem planè seruer fáporem, qui in cannellis obseruatur, etiā longe obscuriorum. Cassiam vero, quam felice Aegyptij dicunt, alterius esse arboris corticem census, cum diversissima tum odore, tum fápore à cannella clarissime cognoscatur. odores siquidem fáporesque cannellæ ab odore, fáporeq; cassie specie sanè differunt, fápor cannelle est subducis, cum multa mordacitate, at cassie aliquárum amarus. Igitur cum cassia diversissimum à cinnamomo, cannellaq; qui sunt vnius cūsideremq; arboris cortices, odorem fáporumq; edat, quid diversum à cinnamomo, & cannella necessario erit indicandum, ex cassiae etenim corticis gracilitatis, tenuitatisq; & crassitatis différētia, varia eiusdem profectio cassiaz præstantioria, & minus præstantis différētia exurgunt. Cayri plurimos cortices cassiaz crassissimos vidi, vñi prorsus sicut inutiles, cum vix aliquid odoris, atque fáporis haberent. Non immerito igitur Aegyptios ego laudanerim, qui illis tribus nominibus cinnamomum cannellam, atque cassiam comprehendunt. Quod autem cinnamomum nunc reperiatur, apud plures iomedicos eruditos dubium non est, nihilq; à cannella differt, nisi, quod ipsa præstantius sit, si enim cannelle cortices tenuissimi, & gracillimi, ex surculis extracti recentes haberentur, veluti paulo crassiores, quos cannellas, & cinnamoma confusim nostri appellant, habentur, sine dubio essent ad vñsum præstantiores, veraq; cinnamoma dicerentur. Venam quia odor, fáporq; corticum tenuissimorum surcularum in humido facile resolubili fundantur, facile priusquam in Aegyptum, vel Syriam conuehantur, in tam longo itinere odor, fáporq; cyanescit, sc̄ minuitur, ea ratione fit, ut mercatores, quod sic cū cinnamoma sua præstantia deficiant, atque inutiliora reddantur, non conuehant ea, tum quia difficilis à surculis eximi possum, tum quia odore fáporoq; in tam longo itinere destituta, viliori prelio, & difficilior a mercatoribus venduntur. Cannellæ vero, quod certe crassior, est, non sic facile à qua cūque causa patitur, odore fáporeq; namq; non.

non deficit: ob id ex Arabia mercatores conuicuntur, quia diuinus odorem, atque saporem conseruat, facileque ab omnibus coemuntur. Sed haec de his dicta sufficiant. Per Elchenlimbar, ut super etiam dictum est, in usum habent resinam terebinthianam, siccaram, duram, lucidam, fortis album, & intus flauam, odoratam, qua lingua aspero subdulci sapore fert, dentibusque cibam in ore, ac cera mollescit, siveque in ore substantia molitur, saporeque cerę videtur proxima. Per sinuatum vero bolum orientalem ex terra, in Chia insula certa quadam die mādato Turce maris praefecti sanguino anno effossa, paratum. Iussum enim huiuscē praefecti Parte vocati, cui Turcarum Rex eam terram dono dedit, singulo anno certa ac statuta sic illa terra effossa Bizantii sub sigillo mittitur, ibique recte purgata in varios orbes formatur, que his coloribus spectatur, quippe cineritio, vel subrubro, vel subflavo, saporeque subdulci, adstringenti, lena, viscositate, atque pingui substantia obseruantur. Hanc terram pro compositione theriacę habent præstantissimam, è Byzantio sub sigillo Cayrum conductam. Per Iang Arabi gummam in compositione recipiunt, quam nostri Arabicas appellant, ex arboribus acacia in Arabia petra nascitibus collectam. Magnam quidem huius gummam copiam eas arbores in Aegypto gignere se fecire cento scio, ex quo illos planè errare cognoscitur, qui communem gummam ex Aegypto aduectam verili esse Arabicas negant, sed illam tantum Arabicas faciunt, sicut à Dioscoride perdocti, que vermicularis cernitur atque alba; Quod fuit falsissimum est, quando omnia guminata, non tantum alba lacerda, vermicularia, sed etiam gummis nostrisibus colore, & figura proxima, exinde asportata, vere Arabica sunt, atque ex spissis Aegyptiis, vel acatis arboribus colligantur. Nulli siquidem in Aegypto, vel Arabia deserta arbores, excepta acacia innenuntur, uel ibi nascunt, qui gummata gignant, omnia que cunque illinc asportantur in arboribus predictis, & non in alijs colliguntur, ea enim loca omnia, cerasis, prunis, pomis, pyris, atque alijs arboribus gummatum feracibus carēt, sola acacia ibi est, que gummata gignat, sed de his etiam, ubi de Acacia arbore loquemur. Per Rholo chachiq, succum, ab immaturis filiisque illiusce arboris expressum intelligunt, eoque in hac compositione vntur. Miror quidem aliquos ex cellentissimos medicos, lachrymam ex Acacia arbore collectam, & nō eius succum fore ad componendam theriacam in usum recipiendum, quan-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

quando in Aegypto nemo viderit ab hac arbore stillantem lachrymam, colligi, vel illiuscet aliquem vñquam suis vsum, cum nulla ab ea stiller lachryma. Neque mirari nos debemus Galenum, atque post ipsum Aerium dixisse, liquidum succum, qui talis semper est, vbi non multum coquitur, ex quo etiam perassatur, nam remanet liquidus modo ab his, (vt nunc omnes nescio qua negligentia faciunt,) à nimio calore nō perassetur, atq; siccatur. Ibi enim liquidus, mollis, acutus succens, reperitur, arque siccus, & durus, siccus verò major est vñs apud Coriarios, pro ringendis corijs, siccus opimus est recens, nigro colore subrubescens, arque sapore subdulci atque adstringenti obstruatus. Amo, quem Nanachue endi vocant, vtuntur optimo, ac synocrissimo ex India declaro. Pro Gardemani vtuntur ijsdem seminib; aromaticis, à nostris pro cardamomo receptis. Datecum ex Cræta perquirunt optimum, quo vtuntur, pro Hebud, idest acoro vero vtuntur, scilicet illis radibus, quibus nostri pro calamo aromatico vtuntur, quæ verè radices acori existunt. In vñs alliorum ingredientium à nostris Argyprij non differunt, ijsdem ac nostri simplicibus medicamentis recipientes in vñsum ad componendam theriacam. G V I L A N D. Video etiam Aegyptios multos errores committere in componenda theriaca, proinde merito suspicandum à nobis videtur, tot laudes ei à multis datas fortasse non conuenire, vel neque ijs morbis, atq; venenis, quibus sic præstantissimè succurrere dictum est, ita præstancum, atque tutum esse auxilium; eos ego tibi errores distinctius explicabo, ru vero quid sentias expectabo.

*Errores, quos Aegyptij committunt in componenda  
theriaca, atque de ipsorum theriacapra-  
stantia. Cap. XII.*

G V I L A N D I N V S.

**N**on dubium, quia Aegyptij in componenda theriaca multos errores committant, in primis ipsorum compositione ab ea, quam Andromachus docuit, in multum differe numero ingredientium: cum ex Andromachi Senioris descriptione constet, ingredientia theriacam esse numerò vnum ac sexagesimata, &

ta, & Aegyptiorum descriptio sit tantum quinquaginta nouem, eiō; etiam decrit asphaltum, sive bitumen, cœtaurea, Galbana, malabatum, opopanax, & tlaspi, quæ omnia habet Andromachi descriptio. Aegyptia vero quedam habet, quibus illa caret, acoram, apium, atque nasturtium. Præterea Andromachi descriptio ingredientia medicamenta sex numerorum ordines complexa est, quorum primus constat, quadraginta & octo, secundus, vigintiquatuor, tertius duodecim, quartus & x, quintus, quatuor, sextus & viii, & ultimus duobus. In Aegyptiorum vero descriptione, quinque tantum ingredientium numerorum ordines leguntur. Mellisque etiam in compositione triplam addunt proportionem, cuius Andromachus nullam præscriptis quantitatē, præterea trochischorum, vel pastillorum aliudara descriptio apud ipsos diuersa plane est ab ea, quam Gal. laudavit. Pastillos quoque ex carnis coriaceorum karpeneum parant, quos omnes nostri medici damnant, multo magis, quod in arcosis locis illi capiantur, quos Gal. suum opere in lib. de theriaca ad Pison. damnauit. Quid itaque dicimus de præstantia theriacæ Aegyptia? tot summis laudibus à multis celebrat? A l p s. Diuerſam sanè esse compositionem ab ea, quam Andromachus scriptam reliquit, eaque cauſa etiam non nihil à sua antiqua præstantia ipsam defecisse, credendum profecto est. Quod peccatum comune etiam est nostris theriacis, quæ à nostris pharmacopolis ita parantur, ut multa desiderentur ingredi entia, multaque male substituantur, non sine artis dedecore, veluti est acorus verus, calamus aromaticus, amomum, terra lemnia, opobalsamum, xilobalsamum, & carpobalsamum, atque alia, quibus nostra theriaca caret, quamquam illa simplicia levissimo negotio haberi possent, si modo illi ipsa agnoscere vellent. Aegyptiorum vero theriaca haec omnia cum habeat, et si alijs erroribus in compositione commisſis, theriaca Andromachi Senioris nō sit dicenda, est tamen affirmandum, antidotum esse insignem, multis viribus præputam. Aliquos ab aspidibus, cornutisq; Aegyptijs viperis, atq; à scorpionibus, qui ibi sunt pernicioſissimi, quales Diocerides descripsit, demorſos, vel fauciatos, illiusce tantum theriacę vsa probat, ac fere continuò sanatos vidi. omnes afflantur theriacam illam vim efficacissimam habere aduersus omnia venena, atque furvum virus, plurimos uero morbos hanc antidotum invante posse, non est longa oratione persuadendum, cum ex ingredientiis.

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

trum simplicium uiribus facile pateat, ego mulierem uiduam, multis annis ab uteri granioribus doloribus vexatam, nec non ab affida cruditate, ventriculum languidius adeptam, eam crudorum humorum gignere copiam, ut quotidie ingentem aquosae pituitae molles in vomere cogeretur, hec inquam mulier vnu theriacæ Aegyptiæ probè sanata fuit, filio breuitatis causa, alia commoda in paraliticis vertiginosis, suspiciofis, ac consumptis, atque in alijs ferre innumeris malis ex theriacæ vnu obseruata. Neque id iniuria, cum ea valde perficiatur vtro calamo, acoro, amomo, oprobalfamo, carpobalfamo, xilobalfamo, & multis alijs præclarissimis medicamentis, quæ humani generis saluti magnopere conducunt, quæ quidem in nostra theriaca desiderantur. Sunt qui affirmant, illius theriacæ præstantiam, ex cornutorum serpentum carne augeri, si quidem aiunt, cornes tyrorum, quas aliqui ceraastes dixere, tunc nostrarum viperarum carnibus calidiores, uenenosioresque. Quod non parum efficacis ipsorum theriacæ addere colligunt; quando antidotum promptius ad cor deducatur ex serpentis facultate, cuius uenenosam qualitatem cum homine inimicitij causa, subito ad cor præcipuum hominis propugnaculum suaptè natura duci ac inuadere omnes sciant. Ex quo, ut dicunt, caro illorum serpentum longè multò nostrarum viperarum carne est uenenosior. Igitur antidotum reddet promptius, ut cor subeat, illique operi ferat. Præterea, ob animalis speciem, & ob calidum sub quo nascitur, & alitur cœlum, & quod in locis asperis arenosis uiuat, ratio suadet, ex ipsorum carne confectos pastillos esse calidioris facultatis, idque aneidotum motum ac operationem sine dubio iuuare. Quamobrem hec non indignas laudes de Aegyptiorum theriaca prædicere uidentur. **G V I A N D.** Hoc antidotum, cuius Andromachi theriaca non dici queat, cum adeo diuerso modo componatur, tamen quod ex multis nobilitissimis uenenis atque medicamentis sit compositum, quæ multis alijs morbis ualide occurrere possunt, nō indignum ac inutile antidotum dicitur, alii meoq; & ego, ipsum posse multis malis præsentarem esse auxiliu; uerum illius summa facultas, ob illius formam resuans, & trm expriemta ab Andromachio, et puto inuenta, tum ab ingredientium medicamentorum natura, & ob ipsum sic ordinato pondere probata, initato posita ingredientium pondere, atque multis desideratis ingredientibus, alijsque peccime admisis, interciuit. Sed ne plus temporis

in hoc antidoto conteramus, cum aliqua præterea fuerint à te de illius vſu dicta, finem faciemus. A L P I N. Vſus theriacæ apud Aegyptios est frequentissimus, præfertim in venenatis, atque ab omnibus serpentibus demorsis, a scorpionibusque ičis, qui ibi, vt dixi, exilio filimi, quales Dioscorides prodidit, habentur, nostris etenim scorpionibus longe maiores existunt, colore viridi, claro, nullijs nigri ibi existunt. Multi igitur theriacam diu frequentant ita, vt aliqui per totum annum, & aliqui per plures ea vtantur, putantes illum naturalem calorem souere atq; augere, iuuentutemq; diu conseruare, & vitam longiorem reddere: His vero utilitatē in ijs, qui stomachi languores patiuntur, & à diminuto calore con quoquere nequeſit, nemo eſt, qui ibi ignoret, ita familiaris eſt pro stomachi calore augendo, vel conſeruando, neque in meritō, cum plerique debilem stomachum, ac languidum obtineant, quod omnes veſcantur cibis refrigerantibus, aquamq; ebibant, & dulcibus balanciis immoderatè ac inordinate, vtantur: veneſijs maxime indulgent. Quisque etenim ibi vxores multas ducere potest, atq; non minus mācipia, quot alere suis sumptibus potest, pro veneris deleſtatione, nec tamen his ipsorum turpissima libido vincitur, ex his itaque causis multi ventrieq; debilitate laborantes, vſum theriacæ felicissime frequentant. Multos uidi fere tabe consumptos non coneo quente ventriulo, vſu illiuscē antidoti vitam redenifſſe. In antiquis ophthalmijs, surditatibus, vertiginosis, resolutis, epilepticeis, convulsis, atque alijs omnibus tum morbis tum symptomatis à frigiditate nascientibus, omnes theriacas vtuntur, non minusque in omnibus pestiferis febribus, & in peste nihil habent, in quo magis confidant, quam theriaca. In puerulis etiam eius vſum excreentes, quid uerbis longius rem produeo, ipsi fere ad omnes morbos, ac symptomata theriaca vtuntur, atque hæc de ipsa dicta ſufficiant. G V I L A N D. Composita alia, quibus illos vti nuper narrasti, te quoque ſubiungere æquum eſt, proinde expecto  
ea quoque ex te  
audire.

# DE MEDICINA AEGYPTIORVM

*De quibusdam alijs compositis medicamentis, qui  
bueretiam Aegyptij utuntur. Cap. XIII.*

## ALPINVS.

**A**SSUME illi aliam theriacam ad scorpionum iecus, qua frequentissime veantur, quam tarach elatrap appellant, quam componunt accipientes, piperis nigri, dra. x. piperis longi, dra. v. cyperi, dra. ii. aristolochiae longae, radicum, pastinace, quam carioce nostri appellant, ex quibus puluerizatis, & molli dulcium siliquarum cōmīstis electuarium parant. Huius semisacram exhibent iecus à scorpionibus, quibus ualidissime etiam aduerfari conserit, pulueris aristolochiae rotundae, & corricum radicium e apparorum semidragmam cū uino aromatico datam. Aliud antidotum, quod el philolepha appellant, in usu apud ipsos est etiam frequentissimo, ad firmādum catarrham, quod spiritus corporis reborat, appetitum concitat, concoctionem iauat, memoriā bonosq; mores augere quoque aiunt, à frigore defendit, stillicidio urinæ conserit, & doloribus uectez ex flatu cōcītatis, semen genitale auget, dolorem itidem à dorso leuat, membraq; principia lilia reborat, dentes in gingivis firmat, haē dotes atque aliae legantur in libro ebnag el ducan vocato, in quo omnia composita, quibus illi utuntur, scripta sunt. Parant vero hoc electuarium, accipientes, piperis nigri, piperis longi, zinziberis, cinnamomi, mirabolaniorum emblicorum, sumi terræ, aristolochiae rotundæ, florū calaminthæ, granorū pīnearū, nucis Indæ, curcumæ, & alijs etiam addunt, nasturtij, testium lupi, att. unciam, passalarum à seminib; mundatarum, id est pulpæ dragmas triginta, melis partes tres: omniaque simili miscent, puluerizatisque puluerizandis electuarium faciunt. Alij hoc sic componunt, sumentes piperis nigri, piperis longi, zinziberis recentissimi, cinnamomi, mirabol. emblicorum, bellericorum, sumi terræ, aristoloch. rotundæ, curcumæ, florū calaminthæ, granorū pīnearum magnarum, nucis Indæ partē unā, melis despuinati partes tres, singula separatim puluerizant, per cribrum q; densum deducunt, miscent, & faciunt electuarium secundum artam. Aliud etiam parant, cūq; phalonium perfūcum Asiaticum

cennæ quo vtūtūr, cōponunt verò ipsum accipientes piperis albi, seminum hyosciami albi, an. dra. xx. opij, terræ sigillatae, an. dra. x. croci, dra. v. euphorbij, spicæ nardi, piretri, an. dra. ij. castorij, camphoræ, an. scr. xv. contun dantur omnia, quoad puluerizentur, per sedaceum; traijcentur, quæ simili misce, & rursum fac, ut per sedaceum excant, ex quibus cum mellis despumati idonea quantitate mistis, sicut electuarium, quod per mensem in clauso vitreato vase ad usum seruetur. Cuius apud illos usus est familiarissimus ad immoderatum sanguinis, vel alterius humoris fluxum, præfertimq; ad menstrua profunda firmanda, atque ad gonorrhœam. Aliud etiam quod bers nominat, penes omnes est usitatissimum, ipsumq; parant ex piperis albi, seminum hyosciami albi, an. dra. xx. opij, dra. x. croci, dra. v. (Alij crocum ad quinque taneum chirat in hac compositione ponunt,) spicæ Indæ, euphorbij, piretri, an. dra. j. Omniaq; in tenuissimum puluerem redigunt, ex quo cum melle despumato electuarium conficiunt. Videturq; hæc compositione parum dissimilis, uel differens à Philonio Romano, ex Auecenna litteris prodito, ijsdem enim viribus esse Aegyptij experientur. Demum ij non minus Diamusch, electuarium, quod Diamesch vocant, in usu habet frequentissimo, ad hilaritatē animi conciliandū, & ad augendam venerem: cuiusque gratia dicta sunt medicamentorum, phenoniè, bers, atque diamusch usum maxime exercent. Hæc illa existunt medicamenta, quæ penes illas gentes tum componi, tum frequentari obseruauit. Supereft modo, ut nonnullos clysteres etiam narramus, quibus ad varios morbos atque symptomata ij quoque familiarissime vtuntur. G V I L A N D. Neque id nobis inutile erit. Quo auxilijs genere eos populos maxime delectari olim intellexi. Itaq; ne te hos quoque mihi narrare plegeat.

*De nonnullis clysteribus apud Aegyptios usitatis.*

Cap. V.

A L P I N V S.

**N** febrebus, in inflammationibusq; internis, & in alijs omnibus morbis à calida causa concitatis, clysteres ij frequenter solent paratos ex decocto seminum endiuis, Iacture, maluæ, altheæ, bambusæ, melochiq; feni, oxylapati, Abellaria, me-

L. 1. 18.

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

louis, chatè cucumeris, cucurbitæ, ac oleo sesamino (debenfisis apud ipsum appellato) melleo, carnub, ex siliquis quippè dulcibus expatio, quo ijs familiaris in clysteribus ad subducendam alnum, vtuntur. Sunt aliqui, qui ad supradictum conficiendum decoctum pro clystere parando, addunt etiam pruna damascena, sebestena, atque fructus paliuri, quos nabca nuncupant, cassiam solutiua, vel tamarindos. In ijs vero, quibus ex calore febri atq; ficitate, vel à calidis, mordentibusque halitib; vigilie, delirio, contingunt, clystres conficiunt, decoctio ex feminis psylli, papaveris albi, interdum etiam nigri, hyosciami albi, aliquando etiam rubri, nenupharis, portulace, maluarum betæ, parato; atque oleo nenupharino, in quibus vbi etiam ab ijsdem causis sitim concitata lenire volunt, addunt substantiam tamarindorum, & acidorum cerasarum, nec non berberis fructus, quando etiam adstrictio ne aliqua alius opus habet. Et in ficitatibus ventris, cum ipsum laxare solummodo student, clystere vtuntur, ex feminis malumarum, melochia, bammia, betæ, psylli, hordei, feniugreci, meliloti, lini, altheæ, cytoniorum papaverum alborum, passulis à feminis mandatis, prunis damascenis, sebestenis, dactilis maturis, fructibus sycomori, musarum fructibus, atque iuuiabis parato, cum melleo, carnub, vel cassia solutiua, & oleo sesamino, quibus vbi etiam purgare alnum desiderant, addunt aliquando scammonium usque ad binos scriptulos, vel agarici binas drachmas, vel tantundem pulps colocynthidis, vel leminum minimorum, validissime purgantium, centiforum, (quae dacioi el maratu vocant) drachmam, aut alterius me dicamenti purgantis, ac nitri, vel salis modicum. Sic partis his clysteribus illi utuntur ad dolores dorfi, tenum, vteri, coxarum, intestinorum, atque capitis, ad vertiginem, apoplexiā, paralysem, surditatem à frigida causa concitaram. Prædicta vero decocta, quibus hos clystres parati diximus, parant etiam cum feminis hincnicolorum, anisorum, ammeos, visage, feniugreci, meliloti, dauci, ac alijs, facultate calificandi, ac flatu resoluendi præditis. Ad firmandos ventris immodiç dejeantes, præcipue à causa calida, hunc clysterem parare solent, accipientes, seminum coriandri, sumach, berberis, an. dra. v. succi acati, lycij, hypocistidos, an. dra. ii. aquæ calicearum libras tres; bellunt omnia ad consumptionem tertij partis, ex quo decoctio cum oleo myrtino clysterem conficiunt. Ilerique ad diari hęam, ac dysenteriam corpore prius probè purgato

purgato clysteres adh̄ebent, ex decocto siliquarum immaturarum foliorum atque florū acatię, in quo aliqui quoque duos vel tres, ouorum affarorū vitellos dissoluunt, vel eisdem in oleo roscacco, vel myrrino dissolutos, cum decocto prædicto miscent. Verum quoniam docunq; clyster ex acaciæ silique recentibus immaturis, vel solijs, vel floribus paretur, semper quascunq; sanguinis, vel aliorum humorū non naturales fluxiones citio ac valenter fistit. In vteri profluuijs firmandis nihil ibi mulieres habent præstantius, quo utrantur. Iohannes Mancinus nobilis Florentinus Cayti olim mercaturam feliciter exereens, à febre continua, putrida, biliosa, assida, contabescere incepit, ex qua eum clyster ex acaciæ decocto parato bis tantum vsus esset, sanatus est. Cum quidem alii diecio longo tempore copiosa, ac cerebra persuerasset, cumq; ferè ad exitium duxisset, febre minime (quā satis misis esset) neglecta probè illius corpore purgato, haud leuata alii diarrhoeas multis frusta tentatis remedij, consului, vt clysterem ex decocto immaturarum acaciæ siliquarum, foliorum, ac florū recentibus paratum, vteretur, ex quo bis adh̄ibito, sic illius aliis cohibita, atque adstricata fuit, vt ne dum flatus posthac per anum exire potuerint. Qui quidem nocte sequenti intus retenti, in dextroq; hypochondrio collecti, septum transuersum validē comprimentes, hominem fere suffocarunt. Quo symptomate nonnullis admodum enim igne cueurbitulis, statim leuatus est. Quamplures etiam clysteres habent hystericas mulieres, ex decocto seminum senniculorum, aniforum, coriandrorum, amneos, Cymini, lauri, balsamiq; & nucis myriæ fructuum, abfinthij, camomelli, anethi, rutæ, atque aliorum multorum vim resolutoriam ac excalsatoriam habent, q; cum modice, vel agarici, vel turbit, vel colocythidis, atque oleis calidis paratos, quibus familiarissime ad eos affectus vni folent. In quibus medicamentis purgantib; loco libenter melle vtuntur ex dulcibus silique espresso, carnub; appellato, vel Cassia Aegyptiana, aut hyrea ex incelle paratum electuarium, quod & ipsi etiā componunt. Ad easdem vteri frigidas affectiones clystériorum quoq; auxilio vtuntur, ex ammoniaco, serapino, opo panaceo, in vrim pecten di solutis, decoctoq; ex seminibus apij, senniculi, anisi, ac aliorum dictorum medicamentorum, vim calfactoriā, ac resolutoriam habentium. Sed de his nunc satis. G V E L A N D. Verum dieis, sed olim ex multis audiui, quam plura apud eas gentes selecta, vel se-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

creta auxilia frequentari. Ealgitur si que habes, tuis fermentibus digna, ad ea que hic coائقqui dicta sunt, addas velim. *Alera.* Quibus illi ad curandas febres frequentius utantur, tibi iam poteris explanare, quando pleraque alia, que plurimam existunt, nihil ex memoria maxime exciderint, visaque ea iam recordari amplius possem.

### *De secretis auxilijs, quibus Aegyptij ad febrium curationem uti solent. Cap. XV.*

A L P I N V S.

**A**lqy pro secreto habent, synochas, & ardentes febres, multam aquam anguriz el nati vocate zgratis propinantes, fuisse, si modo febricitantes ea multis diebus in cibo, ac potu sola utantur. Alij aquam stillatitudinem ex anguria, chate, cucumere, atque melone abdellani, tempore vehementiores astus largius, frigidamque potandam concedunt, qua cotta egros multis pannis contingentes sudorem procurant, quo non paucos audio ibi sanatos fuisse. Alij pro secreto habent, multam itidem aquam zgratis potandam offere, in qua tamarindi, berbe risprunis, Damasceni fructus per diem cum paneis feminibus sanguini infusi manferint. Quain tunc recte percolata in cum manna mallichinæ vnicis duabus exhibent. Multi etiam curant has febres, singulis diebus, vel saltem alteris diebus vniuersam solutioem caffir cum sucbaro candido, vel cum aqua stillatitia melonis abdellani, vel anguriz el nati dissolutam exhibentes, & alijs libenios manna, vel syrupo de granatis foliutino in ijs vruntur. Quae soluentia medicamenta nonnullis tantam diebus, decretorijs zgratis danda carent, quo circa singulis ijs diebus illi talium medicamentorum usum exercent, quippe die tertio, quarto, quinto, septimo, nono, undecimo, decimoquarto, & alijs singulis, morbo minime curato. In quibus febricitantibus epithematis ex aqua, multis stillatibus refrigerantibus cum aceto supra thoracem, atque praecordia, plerique pro tuisissimo auxilio veuntur. Vigilijs vero coceptis, ac ipsius admodum vegetatis, succurrunt, emulione albi papaveris, ac polyllij in multa aqua laetissime dissoluta, vel hac hand planè fatig-

fatisficiente, cum syrupo de papauere febricitantibus sepe propnata, vel sanguinis vacuatione in pueris, mulieribusque à scarifica-  
tis cruribus preftita, aut appositis eum incisione eueributulis in  
partibus post aures, prope nucam positis, aut in adultis fecla vena  
frontis, vel temporum, arteriarum altera, vel quæ post aures pulsat.  
Vt autem etiam nō adhas modo, sed ad quascunq; ex calidorum  
humorū putredine ortus, clysteribus paratis, ut super etiam di-  
ctum à nobis fuit, ex decoctis femininum maluarum, althæ, hordci,  
lactueq; endiuig, sonci, cucumejis, melonis, ac aliorum huiuscemo-  
di refrigerandi, & humectandi facultate preditorum, cum oleis re-  
figerantibus, qualia sunt quæ ex floribus ncnupharis, violisq; pa-  
runtur, atque melle earnub. mirum in modum interna viscerā hos  
clysteres refrigerare putant, tenuisque, ac calidos humores euacu-  
re. Plures curant febres intermitentes à biliosis, ac pituitosis per-  
missis succis concitatas, in potu dantes singulis diebus succum be-  
te calidum cum saecharo candido, ad vncias octo in aurora, atque  
nonnulli drachmam agariei, cum calido decocto chamedrios, &  
alij absinthij decoctum, alijq; chamedrios in tenuissimum pulve-  
rem redacti drachmā in potu per horū ante accessionem cum aqua  
calida multis verò magis probatur infusio tamarindorum pulpē  
cum saecharo, in aqua buglossæ, vel binas vncias terégilis in aqua  
multa endiuig, scilicet in duabus ac etiam tribus libris dissoluti ali-  
qui exhibendas landant. In puerisque (quorum terégilis pro-  
prium soluens medicamentum esse iij omne existimant,) vni tantu  
librē aque dissolutum propinant. Et quibusdam magis probatur  
his febricitantibus drachmam rhubarbari singulis diebus ante ac-  
cessionem exhiberi. Alij ante accessionem per horam præbent de-  
vorandum bolum infrascripti eleuarij, quod parant, recipiēnt  
rosarum communian, dra. v. radicis glyzirrhizæ, cinnamomi, spicæ  
Indiæ, rho barbari, mastichæ chiq; fandalorum alborum, flauorum,  
fructuum berberis, cro-ci, an. fer. xv. saechati candidi, dra.x. fir. gula  
conterunt, ex quibus eum syrupo violato permittis ex auarum  
formant. Pro singulari ualde fecero apud quosdam celebratur  
potio quædam ante accessionem per binas horas egrotis oblate.  
Quam parant, ex manne terégilis uocant, pulpē cassis solutiq;  
tamarindorum, an. dra. iij. quæ in endiuig stillatit, uel communis  
aq; libra usque ad consumptionem duarum partium ebulliunt,  
colaturq; miscent olei sesamini binas vncias, nonnulli eodem tem-

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

pore dant illis potionem ex aqua betonicæ, & endiuix, dra. iiij. facchari candidi fumantia paratam, & aliqui tribus diebus exhibent in aurora decoctum pentaphylli, agrimonij, acaltex, cum sy-gupo, isolato, aut sex vncias decocti pulegij cum faccharo per horam ante accessionem. Non pauci etiam eodem modo potionem sequuntur, quam parant de coquenteris in tribus libris aqua, lēminum mel ocluix, sonci, apij, endiuix, melonis abdellau, cucumeris chate, fennu, graci, meliloti, an. dra. iiij. ad consumptionem duarum partium. In cuius decocti vntis quartuor, veri opobalsami drachmam dissoluunt. Cuius opoballami virus est apud multos ad haſ febres frequentissimus, sumunt enim drachmam, & plus etiam veri opoballami in decocto china radicis, & spicaz Indiæ, vel in iure pulli, cum radice petroselini vulgaris ebullito. quo assumptō statim panuis multis coopterti plucrium exudare conantur. terq; hoc remedio ij vii solent. Multi curant haſ ſibres epithematis li-neis pannis exce ptis, hypochondrijs, atq; vniuerso thoraci admo-gis, ſequidem aiunt noxijs humores febres ſouentes vi epithematis reſolui. Non minus vero quam alia epithemata hoc ipſe exercent, quoque parant fumentes, rofarum communium, florum camomillæ, calaf, et hanpe ſive ligulæ Aegyptij, caſſar ſolutiue, violarum, bo-gaginijs, an. m. i. ſenponum ſunci, endiuix, maluarum, melo chie, bam-piæ, meliloti, ſenicularum, ſenugreci, ſefam, altheæ, hordei, psyl-lij, papaveris albi, abdellau, chate, an. dra. iiiij. Quæ omnia modice cooptusa bulliq; in tribus libris aqua ad consumptionem medie-tatis, arque colatur addunt ligni aloes, roſarum communium, ſandal. rub. puluerizatorum, an. dra. j. croci, gr. v. acetii albi, vnc. i.s. ſimulq; miſcent. Utuntur hoc epithemate tepefacto, à cuius viſu ſe cauent priusquam vniuersum corpus aliquo medicamento, vel ſanguine multo per vñā ſe cūtam, aut per crurum ſcarificationem, vacuatum fit. Aliqui hæc epithemata ſolummodo ex aqua hor-dei, calaf, endiuix, aceto, & croco parant. Quamplures more antiquorum pro ſecreto vntaq; ad omnes corporis partes, quibusdam linitioq; cum leuibus perfrictionibus administratis: quiſ aliqui præfiant cum oleo rute, aut amygdal. amararum, aut camo-melino, aut juniperino, & nitro rubeo. Qua frictione, cum lin-itione hac in multis ad sudorem aptis largum sudorem concitant, atque ſic morbum finiunt. Hoc auxilium in pefſilientibus ſibris, in quibus exanthemata appetere incipiunt, vel exiituras ſperant, plurima

plurima cum veilitate exercent sensu ad minus in die probè calidam molientes linitionem, à qua statim febricitantes muleis pannis cooperientes sudorem promouere, venenosumque humorem à vi scribus ad cutim trahere student. In pueris vero, atque infantibus variolis suspectis, vel malignis ex hanthematibus, nullum prestantius, neque ipsis familiarius habent auxilium. Sunt qui inungunt per horam ante occisionem totam spinam dorsi à nuca ad lumbos usque oleo antiquo, sampsaco, ruta, artemisia, absinthio, spica Inda, mastiche, ac thure ebullito, ipsoque calido inungentes, præmissa parua ac leui frictione. Nonnullis ex multis litionibus hęc magis probatur, qua ad eandem spinam libentius utuntur. quam parant ex olei antiqui, succi rutę, vini aromatici albi, an. dr. vj. theriacæ Androm. Senioris, dra. iiij. bullentes in phiala vitrea ad consumpt. medietatis. Sunt etiam alijs multi, qui ad has febres tertianas varia medicamenta pulsis brachiorum, ac crurum admota frequentant, ex quibus unum præstant, multis ex araneis, vna cum suis telis contusis ad modum linimenti cum oleo rosacco mixtis, vel arancas ipsas in oleo prædicto incoquunt, quo calido carpū ambarum manuum inungunt. Alij vrticam cum sale, vel nitro tritam eodem modo admouent per horam ante accessionem. Hęc atque plura alia in curatione febrium tertianarum curatu difficultum illi prosequuntur. Ad eas vero, quę ad pituitosarum magis naturam accedunt, quas nostri spurias ac notas tertianas nuncupant, longeque magis ad quotidianas, vel am phimerinas, multi pro secreto habent ante accessionem, chamedrios puluerizati drachinā in iure pulli exhibere, vel ex ea herba paratum decoctum cum saccharo multis diebus. Alij ad easdem calidum decoctum eodem modo propinant, quod parant in aqua bullientes florum violarum buglossi, boraginis cassiæ calaf, rofarum communium, an. dra. ij. seminum malus, fenu græci, syriculi, mei, endiuq; abdellaui, chatæ, an. drach. iiiij. liquiritię rafę, passiflalarum, pulpę tamarindorum, an. dra. j. zinziberis, spicę, carpolbalmi, cannelli, chamedrios, turbir; mirabol. chebul. an. dra. ij. foliorum senę, dra. xv. agarici optimi, dra. iiiij. rhabarbari eleeti, dra. ij. hęc omnia minutim incisa infundunt in aquę endiuq; libra, quam postea parum bulliunt, valideque exprimunt, & expressioni addunt oxymellis simp. dra. iiij. diei dunt verò hanc potionem in tres partes, quam tribus diebus in a nox summe calidam exhibent. Sunt aliqui, qui prædicta omnia infundunt

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

dunt in tres aquę libras, & postea percoquunt ad dñarum partium consumptiōem ; cuius singulo mane exhibent vncias quatuor cum faccharo . Quibus vero per hoc medicamentum fēbris non tollinur, ij exhibent etiam singula die ante accessionem semi drachmam theriacę Androm . Sen . cum modico facchari rosati . Gvrlas . Videntur haec ex te narrata medicamenta ex eorum esse numero, quæ ratione non omnino aduersantur , propterē ipsorum vsum minime spernendū à nostris medicis existimū . Sed perge, quod supereft ipsorum narrationi, dicere . ALPIN . Ex secretis experimentis, quæ ad quartanas fēbres Aegyptijs familiaria existunt, haec quoque in memoriam sermo , quam plures enim ad id morbi genus pro selectissimo reme dño habent, ægrotis decoctum ex metta paratum ad semilibream calidum, cum spolijs serpentis pulucratis binis drachmis, ante accessionem per horam propinare: Alij p̄e maiorem efficaciam tribuunt, vomitioni à decocto afari per os sumpto tempore accessionis concitatq . Nonnullis etiam probatur drachma catapociorum ante accessionem, exhibita; quæ parit ex agarici, gentiane, caſtorci, myrra, rutę, an. dra. ij, piperis longi, calami aromatici croci, an. fer. iij, theriacæ antiquæ, dra. iiij, cum lycro de granatis dulcibus, & aliqui aliud genus catapociorum parant, quo codem quoque modo reuntur, ex diagridi, salis gemmę, an. dra. s. aloes epatici, dra. iiij, cum inelle: Alijs virtutius est, quarta correptis exhibere drachmā agarici, cum myrra scrupulo difſolutam in decocto pulegijs . Non paucos etiam sanatos audiui clyſtere ex decocto amaraci, oleo laurino, cum duobus ouorum vitellis parato, ſripio adhibito . Nonnulli ad hæc febrem extollunt puluerem quendam ex masticis, dra. iiij, ſpicę nardi, dra. i. s. euphorbij, dra. ij, paratum, cuius drachmam in iure calido per horam ante accessionem affumunt . Sed quæ fēbris pestilentibus presentane, eſe auxilia ij purant, nanc etiam ſubtingam, priuquam ē memoria mihi excidant . Qui tuto magis has curare opinantur, premisso clyſtere Ionicare eadem die, modo ægroti ieſuni ſint, ſanguinem ſurarum ſcarificatione copioſe vacuant, ſecunda die alij tamarindorum accidam pulpam, alij ſyrupi de ſucco granatorum dulcium ſolutui, ac alij terengibil vncias tres in aqua calaf, vel ſon ei diſſolutum in aurora concedunt . Hos ægrotos ī principio ad finem vique perpetuo hunc potum ſequi pricipiētes, qui paratur exempli gratia, ex aquę cndiuī, roſarum, bugloſi, calaf, ex acido citri,

citri, vel limonis stillatę, an. libra media, in qua per noctem, vel diē infundunt fructus Paliuri Athenei, nabea vocatos, berberorum, pulps tamarindorū, an. dra. ij. sem. citri 3. i. f. d. q; diligēti expressione addunt vini granatorum acidorum, succi cieri, vel limonum, lacris feminis ab dellaui aqua rosacea extracti, an. dra. ij. lacris fem. citri, dra. j. miscentq; omnia simul pro potu. Pauperes, qui multum sumptum ferre nequeunt, tamarindorū pulpam atque berberorum fructus, cum feminis sénicularum, vel citri in plurimā aqua communi eodem modo infundunt, quam ēgrotis pro potu toto morbi tempore concedunt. plurimumq; in hisus potus vñ sperant, neque immeritò, cum tum tamarindos, tum berberos illarum febrium putredini maximè obſistere penes illos plures expertum, ac cognitum sit. Primiſ harum febrium ita peractis diebus ad inunctionem totius corporis accedunt, curè quippe leniter perficata, atque postea calida inundatione inuncta, naturę ad cutim expulſionem eo auxilio maximè adiuuantes, innunctionem vero ex oleo amygdalarum amararum cum nitro rubro, quod naeron appellant, parant. In pueris, vt etiam nuper dictum est, variolis, vel puncticulis infectis hac limitione nullum remedium securius, vel præstantias habent. Aliqui huius loco sudorem prouocare student, calidis medicamentis in potu sumptis. Quorum hoc ipsis familiarius obſeruatū, quod parant ex theriacę Androm. Senioris, scr. ij. puluerisque infra dicendę drachma in aqua calaf, vel citri. Puluerem uero conficiunt ex scoradij, chamedrios, feminum citri, an. dra. j. aristolochię longę Zedoarię, dictami crevensi, cornu cerui vsti, bolij armeni, terrę ligillatę, roſarum, calaf, spicę, margaritarum preparatarum, an. scr. ij. camphore, scr. j. s. corallorum amborum, scr. j. facchari candidi, dra. ij. omnianq; tenuissimum in puluerem redigunt. Quam potionem manu ante cibum, & à cibo spacio ad minus sex horarum calidam bibunt, à qua statim ēgroti in lectulo pannis multis cooperantur, vt fudent, & postea toto corpore lineis calfactis pannis molliter fricantur, & à frictione rursum continuo pannis conteguntur, atque sudorem omni conatu procurant, repetuntq; hoc ter ad minus in die. Alijs ad idem magis probatur potus ex aqua rosata, calaf, florrum citri, succi limonum, an. dra. j. theriacę ſupradictę, scr. ij. croci, scr. s. paratus. Nonnulli usque adeo audaces existunt, vt quatuor cancaridarū capita, & alas in puluerem redactas cum tribus

## DE MEDICINA AEGYPTIORVM

Vincis aqua endinique rotis propinate audiunt, quo medicamento, vel per sudorem copiosissimum, vel per urinam pestiferum venenum vacuari, affiruntur. Multi singulo mane libram decocti calidi affiruntur, ex ching radice, & minibus citri, vel limonis, abdellani in aqua boraginis, vel calaf, vel etiam rosacea, atque modico succo citri, parati. alij hunc potum parant: chinam tantum radicem, atque modicum pulpe tamarindorum in aquam, ex limonibus distillatam bullientes ad consumptionem medietatis, cuius decocti calidi libram bibunt, & statim sudare plurimum student. Alij alium puluerem eodem modo utendum cum aqua rosacea, vel calaf, pro secreto ad has febres habent, quicunq; parant accipientes dictami Cretensis, albi, rute, mari Cretensis, an. dra. ij. bacarum iuniperi, lauri, seminum peoniae, an. dra. j.s. calami aromatici, carlobalsami, cinnamomi, aristolocheia rotundifolia, zedoarie, gentianae, an. scr. j. florum calaf, rosarium rub. citri, an. fer. j. gariophyllorum, camphora, boli armeni, terrę sigillatę, lapidis bezzaer, margaritarum, an. fer. s. Iti peste quoque habent in visu nonnulla electuaria sic quenctissimo ad præcauenda corpora, ne inficiantur. Quorum vppum, cui omnes maxime confidunt, componunt, fumentes, terrę sigillatę, dra. ij. sem. citri, acetosę, an. dra. j.s. boli armeni, aristolocheia rotundifolia, scordij, zedoarie, dictami albi Cretensis, an. dra. j. theriacę antiquę, cornu cerui vifti, dra. j.s. margaritarum, smaragdi, Hiacinti, camphorę crōci, an. scr. ij. sandalorum omnium, coralarum ruborum, alborum, ferici combuti, an. fer. i.s. Que omnia in puluerem redacta, cum syrupo de acido citri miscent. Cuius dosis est à fumencia ad unciam. Ad idem hoc aliud sic componunt, fumentes zedoarie, galangę, scordij, chamedrios, calaf, florum, corticum atque seminum citri, acetosę, terrę sigillatę, boli armeni, calami aromatici, cinnamomi, carlobalsami, xilobalsami, coralarum rub. an. dra. j. dictami Cretensis, sandal. rub. an. scr. j. cornu cerui vifti, caphorę, an. scr. i.j. crōci, piperis nigri, ligni aloes, moschi, fragmentorum smaragdi, an. scr. i.s. margaritarum, dra. i.s. aloes succotrinii, myrrę, an. dra. ilij. theriacę antiquę, dra. ij. misce puluerizata cum syrupo de acido citri, & fiat electuarium, dosis est fumencia. Aliud ad idem, quod parant ex seminum citri, abdellani, chatę, acetosę ocy. mi Aegypti, quem rihan appellant, carlobalsami, an. dra. iii. dictami, bedeguar, scordij, zedoarie, an. dra. ij. cornu cerui vifti terrę sigillatę coriandroris preparatorum, lapidis bezzaer, an. dra. j. Margaritarum

garitarum, hyacinthi, smaragdi, topacij, an. drj. i.s. sandalorum opium, camphoræ, an. scr. ij. boli armeni, dra. j. sacchari rotati antiqui, dra. viii. theriacæ antiquæ, dra. viij. miteradatij, dra. jj. cum succo de acido citri puluerizatis puluerizandis miscent, & faciunt electuarium: cuius dosis est à drachma vna ad duas. Apud omnes Turcas atque alios nobiles Aegyptios, oprobalsami visus est frequentissimus, neque ignoratur, cum ille luccus tantopere aducatur: fus omnem humorum putredinem præstet, eo enim inuncta cädaverorum corpora diu imputria feruari multorum testimonio constat. Temperamento hominis naturalem calorem valde fouet, & auget, plurimumque nobilia membra roboret, atque citissime corporis partes perniciat. Multos illius visu à pluribus pestilentijs superfluisse incolæ testantur. Omnes ferè, ut scipiosi pœlis contagio descendant, huius liquoris visu plus fidant, quidam ceteris alijs auxilijs, id in aqua ex acido citri, stillaticia, vel ex florum citri, vel in vino albo, autiure pulli liquatum bibunt, aut (quod sanè valde celebre secretum ad pestem habetur) cum binis ipsis succi vincijs, miscentes myrræ, carpobalsami, ligni aloes, terre sigillate, boli armeni, margaritarium, lapidis bazaar, croci, an. scr. j. sumuntq; huius compoſiti ſingulo mane drachinam. Aliqui peste infelis sic incedunt, continuo cruribus, brachijs, & inguinibus ea medicamenta, quæ nostri vesicantia vocant, applicant, ex quibus ylcerâ multa in ijs partibus, per quæ humores sumuntur putridi à natura extra militantur, expurgentur. Cruribusque non unum, vel duo, at decem, & plura etiam ulcera infligunt, atque non minus brachijs: atq; hoc auxiliu penes omnes Arabes, qui cum per desertâ locâ continue equitantes, secum multa medicamenta habere nequeant, quibus utantur, hoc remedium videntur, raroq; eius opera frustrantur. Repeto aliud, cuius quidem superius quoque meminimus, ad curandos sanè peste infestos non minus apud Arabes celebre, & usitatum, quidam nuper dictum sit. Quod illi moluntur, tres scarificationes longas, & profundas, quæ non scarificationes, sed per magna vulnera apparent, utrique cruris fure per longum diligentes, quæ non sanant, periusquam egroti perfectè à peste sani eauscent. **GVLAN.** Hoc genus auxilij, quamvis barbari primumtolo dolore uideantur, tamen ad prime utile peste infectis iudicandum puto, quod corpora non solum enâcuentur, sed noxi humores non minus à nobilibus partibus ad ignobiles reciduntur, continuâq;

## DE MÈDICINÀ AEGYPTIORVM

tinuacj putridorum humorum in toto morbi tempore per illa vla-  
cera fiat cunctatio, & qua xgrotos maxime iuuari non est hæfitum  
dum . Hinc ego hac perdoctus experientia in omnibus pestiferis  
Ebræis in remotis partibus corporis, vleera omnia, profunda-  
& lata, vclà natura protrudit evencnos humorès, vel igne, vel exul-  
erante quoq; medicamento facta, planè laudanda cuncto, præ-  
cipue; lefo iecore in inguine, corde in brachijs, atque cerebro in  
occipite, vel in collo. His quidem vleeribus illa viscera facile vien-  
tunt ad extra mittendos siue vacuandos veneficos succos à quibus  
ipsa in pestilentibus ijs febribus, lœduntur . Sed eam iam celso ad-  
loqui, ne amplius tuum ceptum sermonem aliquo modo inter tur  
benissequere itaque reliqua ; A. E. P. I. S. Quid amplius dicam ? Nulla  
videntur mihi superficiæ diecndu, nisi de hecicarum febrium  
curatione hac quoque pauca tibi subiungam . Curant enim ij  
hecicis febres, nullis putridis coniunctas, quæ exquisitæ hecicæ  
vocantur, vietu p̄cipue frigido atque humido ex cucumere, cu-  
cubita, hordeo, laetucæ, enciuia, bœta, ac aliis huicmodi in iure  
coctis, aliis magis probatur in viatu vſus angurie et nauj, nam ma-  
xime refrigerat, & humectat . Aliisq; iuſcula cum iſſideni alterata .  
Omnibus vero forbitiones magis arque mastahaleb vocatae sunt  
familiarissimæ, quæ ex variorum ſeminum vim refrigeratoriam, &  
humectationem habentium, paratur, quale à plerisque ſic paratur,  
ex ſemini um laetucæ, endiuie, fonci, maluarum, p̄yllii, papaveris  
albi, melonis abdcllaxi, chaie, cucurbitæ, angurie, hordei, pista-  
chiorni, amygdalarum dulciorum ex gaza aduceturum, ( quas ni-  
nus aliis calidacce ij putant ) ſingulorum ſequalibus partibus, qui-  
bus aliqui mifcent ſemina ſpnicolorum, aut cieri correctionis cau-  
ſa, quæ omnia in marmoreo vase contundunt, ac poſtea lac cuius  
aqua endiuig, vel hordei exprimunt atque colligunt, cui addentes  
inodorum aquæ roſaceæ, & ſachari candidi violati, forbitionem  
parant, quam hecicis aliorum ciborum loco offerrunt . Sunt qui  
hoc tantum viatu pluribus diibus vſo à febre illa euascent . Alii  
hecicos curant laetucæ camelino, vel afiino, vel humano, maxime  
que coſumptos . Utuntur etiam balneis ex laete tepido paratis,  
corpora etiam illorum preter quod laete irrorant, oleis quoq; ne-  
rropharino, vijaceo frigidis, vel tepidis inungunt . Non minusq;  
hunc in viu familiarissimo dulcia balnea tepida, atque frigida exi-  
flunt . Multi enim poſt balneum calidum frigidam in aquam, quæ  
tanet.

tamen non multam sit frigida; se immersant pleriq; libentius tor-  
peda, quim frigida ad hecticos curandos vntur. Diuites, vt iam  
dixi familiaria habent balnea, ex lacte camelino, vel asinino, vel ca-  
prino parata. Hęcq; obiter memini, me, partim apud Aegyptios  
medicos ad usum febrium curandarum, praxim cum ipsis excres-  
centibus obseruauisse, partimq; à quodam medico Aegyptio doctissimo  
acepisse, que qualia cunque sint, tibi libentissime nunc communi-  
care volui. GVILAM. Perphulchra sane videntur, minimeque  
inutilia, quo dixit, modo, pro quib; non parvas gratias tibi habeo.

Sed tempus nunc nobis suadet, vt paululum quietis nunc ca-  
piamus, reliqua in altera die dicenda remarentes,  
quando partam diei nunc supererit, nam video,  
Solem penè ad occasionem iam accessisse, ex  
quo etiam in hac die illa absoluī à  
nobis non po-  
tuissent.

FINIS LIBRI QVARTI.



INDEX  
EORVM OMNIUM.  
QVAE IN OPERE  
CONTINENTVR.

A

- A**BRASSAN, Carpobolum. fol. 139.b  
Abdere virgo multiplici matronatione indicata. fol. 111.a  
Acacia nires ad effundant quatenus suscipit matronationem. 145.4  
Acacia faciens duplex, quippe liquidus, & siccus. 111.b  
Acacia facie sicci usque in Aegypto esse ad certiorius protingeatis corris. 141.b  
Acacia arborem, cuius Aegyptus effervexit, non edere lacrymas, sed ab ipsa arbore non defillare lacrymas, quareum sit usus. 241.b  
Acacia radices non esse calidum aromatum. 137.b  
Acacia nero Aegypti utuntur, quem Herod vocat. 141.b  
Acbonas quid. 138.4  
Acbasen, Vebowen, & Alachuan idem. libidem.  
Achomae herba crescit in Aegypto. 138.2  
Achoniam descriptio. 138.2  
Achoniam an sit marina. 138.2  
Achimbasil medicus omnium primus. 2.b  
Achimbasil medicus mederi solentibus auctoritatibus salutes pretio concedit. 2.b  
Achimbasil officium quale sit. 2.b  
Achimbasil à Bessèz Ceyr procreari folio prelio. 2.b  
Achimbasil Bessèz excellentiore in medicina niron, sed quietu, ei multis arrest

- foliari, procreare. 26.b  
Achimbasil omnes, qui primum solerint, eis med cive artis profus ignari sunt, medici per urbem sunt. 3.a  
Achimbasil, rhinoceros, & paraceras per sefentes exenbitus nides. 76.4  
Ad febres synebas secerunt antilam. 145.4  
Ad f. b. s. p. stellatus potus singulariter. 142.4  
Ad Hyrcane Aegyptis resuione. 98.a  
Ad scorpionis morsus & venefic. & partis efficta. 96.b  
Adversus orines, cum Ceyram flatum acer- rini ex potu aqua Nili diarrhoeam pati soleant. 21.b  
Adulteris mulieres cur magis filios feciles pariant. 39.b  
Ad interi frigidas affectiones clystres. 145.4  
Aedes balnearum gratia constructe. 106.a  
Aedes balnearum in Aegypto quoniam si illa sunt. 106.a  
Aedium pro balneariis constructarum descrip- tio. 106.a  
Agrestes filios giguere agrotos. 40.a  
Agrestis, quibus ante saepe resuinem aliquid cibi sit concedendum. 56.a  
Agrestis, aqueque ipse sanguis militare, aliquem frigidum potum cum aliquo syrum eo neutrictu rebortante esse exhibendam. 56.4  
Agrestis quibus sit valentibus sanguis, tu- tius potum, quam cibam dari posse. 56.a  
Aegypti regionis descriptio. 8.b

I N D E X

- Aegypti fons.* 15.4  
*Aegyptus est inter Aethiopiam, Arabiam,  
& Marmaricam.* 8.b  
*Aegypti sericea fuscum cultum esse, qua  
atendat.* 9.a  
*Aegypti incolorum triplex genus est.* 14.b  
*Aegypti scandari.* 4.2.a  
*Aegyptum voca seris Aegypti homini-  
bus corere.* 4.2.a  
*Aegyptus debet abortu Arabum, ab es-  
cupo Marmaricam, à Separatione mare  
Mediterraneum & à Meridiē Aethiopid.  
8.b  
*Aegyptum carere balneari naturalibus.*  
106.a  
*Aegyptum habere homines pingues, et cras-  
si.* 14.b  
*Aegypti nobile omnes filii existunt.* 17.a  
*Aegyptum viris aliis suis in medicina, cura  
in alijs scientiis illustribus servata.* 1.a  
*Aegyptus pristis facultate pluribus docti si-  
nos medicis floruit.* 1.b  
*Aegyptum totum peste infi ilium attidente  
tropico cancri, ab omni peste, pestifera, con-  
tagiose mortali.* 3.2.a  
*Aegyptio regiori cœterina.* 147.a  
*Aegyptus à quibus ventis libere cœnatur.*  
1.1.a  
*Aegyptus Separationibus ventis magis  
quādū alijs est expeditius.* 12.a  
*Aegyptus magis expeditius Separatione-  
bus ventis, quādū alijs, velut Dux,  
ut refrigeraretur.* 12.a  
*Aegyptus mirabiliter fortata auctoratur, cum  
solis totam aeronem habet.* 12.a  
*Aegyptum totum facundissimum a Nilo flu-  
mine accipit.* 1.2.a  
*Aegyptum bonihius abundare, sic pin-  
guibus, qui ramis longe maximis sem-  
inariis vici, mures habent.* 14.b  
*Aegypti omnes multo sanguine abundant.*  
15.c  
*Aegypti habent flumen eum frigidum mul-*  
*tipinata frumenta.* 15.d  
*Aegypti a quibus flumen eum frigidum con-  
trahant.* \* 15.e  
*Aegyptium corporum habitos.* 15.e  
*Aegypti illis sensu ac admodum fibro-  
ritantes.* 15.e  
*Aegypti plures in die quādū nostri come-  
dant, sed parum.* 15.e  
*Aegypti morbi plurimi qui per urbem Cey-  
ri seu per obseruantur.* 25.b  
*Aegypti medici medendo utuntur illa uni-  
uersalē propositione quippe contrarij cō-  
traria curari.* 7.a  
*Aegyptus non recte intelligere proposicio-  
nem, qua est contraria contrarij cure-  
ri.* 7.a  
*Aegypti errantia cœgescendis morbo con-  
trarij recessijs.* 7.b  
*Aegypti medici in quibus morbis recte ut-  
tantur medentes propositione, contrarij  
contraria curari.* 7.b  
*Aegypti in curandis morbis semper morbo  
contrarij utuntur.* 7.b  
*Aegypti omnes eis ad usum refrigerantia  
maxime praedilectiuntur.* 8.a  
*Aegypti quo modi mutant sanguinem.*  
fol. 2.b  
*Aegypti mutant sanguinem ab arteriis sca-  
rificatis.* 2.b  
*Aegypti mutant sanguinem à cruribus sca-  
rificatis.* 2.b  
*Aegyptos unquam encubitalis vel pro-  
moldatatio corporis invenerato.* 17.a  
*Aegypti cubitalis oscipiti, atque eius  
proximis periordibz utuntur.* 17.a  
*Aegypti encubitalis, neque igne, neque  
aqua, sed fluis attractione admodum.*  
17.a  
*Aegypti medici eis medicina filiis adpre-  
sentant.* 3.a  
*Aegyptes medici filium ueberatum, at-  
que inspiratum sequi.* 3.a  
*Aegyptes ad ueberatum curationem, neq;*  
per-*

# I N D E X

- parvum latitum, neque confutum, neq;  
 natura, neque etatis, haberentem.  
 f.4. 3.4
- Aegypti poterunt omnia morborum genera  
 fieri vel à caliditate, vel a frigideitate. 3.4
- Aegypti poterunt omnes morbos in Aegy-  
 ptico exire a caliditate. 3.4
- Aegypti ob epi Aegypti summe calidi pu-  
 tant a calore omnes morbos fieri. 3.4
- Aegypti refrigerantia medicamenta nū  
 uis cur frequentent. 3.4
- Aegypti quibus dene operam. 3.4
- Aegypti publicas scolias habeant, in quibus  
 uaria scientiarum genera doceantur. 3.4
- Aegypti plurime secreta auxilia praefan-  
 tissima hereditarie a priis dolißimis  
 medicis accepisse. 3.4
- Aegypti, que ad medenatum in uisu habeat.  
 fol. 3.4
- Aegypti quomodo ab oculorum suppedita-  
 tibus praeterneatur. 3.4
- Aegypti ob pariam nullam longiorum ai-  
 tam dicere. 3.4
- Aegyptios ab uisu aquæ Nilii fluminis leu-  
 gatus fieri. 3.4
- Aegyptios non ab aero sed a uisu longius  
 peri. 3.4
- Aegypti quomodo præficiant futurum flu-  
 minis incrementum. 3.4
- Aegypti, quid faciant, ut præficant futurā  
 fluminis incrementum. 3.4
- Aegyptios mittere sanguinem a si his arte-  
 ris, atque a multis menis, nostris medicis  
 non afferuis. 3.4
- Aegypti hirsudinam uisione ignorant. 3.4
- Aegypti in carnium eis sunt parvissimi.  
 15.4
- Aegypti hirsido cibo deli statim, cumque  
 sequuntur. 15.4
